⁊ sancti viri dent vel possint dare alijs spūm sanctū: Que si alijs dant: cū eiꝰ donatio sup̄ dicta ꝓcessio: videt̄ ab eis ꝓcedere spūssanctꝰ vel mitti· Sed creator a creatura nō mittit̄ vel ꝓcedit· Restat ḡ vt spūmsanctuz ipsi nō dent nec possint dare· Vn̄ augꝰ· i· xv li· de tri· Nō aliq̄s discipuloꝝ xp̄i dedit spūm sanctū· Orabant q̄ppe vt veniret in eos qbꝰ manū imponebāt: nō ipsi eū dabant· Quez morē in suis ꝑpositis etiā nūc seruat ecclesia· Deniq̄ ⁊ Simon magꝰ offerens ap̄lis pecuniā nō ait· Date mihi ⁊ hanc ptātem vt dem spūmsanctū· ſ cuicunq̄ inqt imposuero manus: accipiat spūmsanctū· Quia nec scriptura supius dixerat· Videns aūt Simon qz ap̄li darent spūmsanctū: sed dixerat· Videns aūt Simon qz p impositionē manuū ap̄loꝝ dare tur spūssanctꝰ· Ecce his v̄bis ostēdit Augꝰ· nec ap̄los nec alios eccl'ie ꝑlatos dedisse vel dare spiritumsanctum·

Q nō p̄nt dare spūmsanctū h̄ docet· e

Et quod plus est non

posse etiaz dare dicit in eodē libro subdens· De xp̄o scriptū est ꝙ accepit a p̄re ꝓmissionem spūssancti· ⁊ effuderit· in q̄ vtraq̄ natura mōstrata est humana· s· ⁊ diuina· Accepit q̄ppe vt hō· effudit vt deꝰ· Nos aūt accipe quidem h̄ donū possumꝰ ꝓ modulo nr̄o· Effūdere v̄o sup alios nō vtiq̄ possumꝰ: ſ vt h̄ fiat deū sup eos a quo id efficit̄ inuocamus· His v̄bis exp̄sse dicit nos spūmsanctū non posse sup alios effūdere· i· alijs dare·

Quod videt̄ contrarium· f

Sz huic videtur con

trarium qđ ap̄lus ad Gal· de se loquens ait· Qui tribuit vobis spūm ⁊ opat̄ virtutes in vobis· Ecce euident̄ dicit se tribuisse spūm·

Determinatio

Sz intelligēdū ē h̄ dixisse ap̄lm· nō qz haberet ptātem ⁊ auctem dandi spūmsanctū· sed qz ministeriū habuerit in q̄ dabat̄ a deo spūssanctꝰ· Vt em̄ Augꝰ· sup eundē locū exponens illud ap̄li verbū· Ab ap̄lo ꝑdicata ē eis fides· in qua ꝑdicatione aduentū ⁊ ꝑsentiam spūssancti senserāt· sicut illo tp̄e in nouitate inuitatōis ad fidē etiā sensibilibꝰ miraculis p̄ntia spūssancti apparebat: vt in actibus ap̄loꝝ legit̄· Apte h̄ ondit quō illis spūm sanctū ap̄lus tribuerit· Nō vtiq̄ ip̄m mittēdo in eos: ſ ꝑdicādo eis fidē xp̄i· quā illis recipientibꝰ ꝙ spūssanctꝰ in eis eēt aliq̄bus signis visibilibꝰ monstrabat̄· Nō ḡ hoies quātumcūq̄ sancti dare p̄nt spūmsanctum·

Hec est distinctio quartadecima· In q̄ mgr̄ postq̄ egit de ꝓcessione spūssancti eterna: incipit agere de ꝓcessione eiꝰ tp̄ali. Et circa hoc duo facit. Nā primo ondit spūmsctm̄ a p̄re ⁊ filio sic tp̄alr̄ ꝓcedere. Secūdo ꝙ spūssanctꝰ dat̄ ꝑsonalr̄ in suoꝝ donoꝝ cōmunicatione. Tertio ꝙ a nullo alio nisi a deo dat̄ instrumētali opatione. Primū facit a principio disin. vsq̄ ibi. Sunt aūt aliq̄. Secunduz ab inde vsq̄ ibi. Hic querit̄ vtrū ⁊ viri sancti. Tertiū v̄o ab inde vsq̄ ad finē istiꝰ distin. Et hec ē sn̄ia mgr̄i in hac distictione in generali. In sp̄ali sn̄ia mgr̄i stat in tribꝰ ꝓpositionibꝰ. quaꝝ prima est. Spūmsanctū a p̄re ⁊ filio simul ꝓcedere tp̄alr̄ ꝓcedit̄ cū in creaturaꝝ sanctificatiōe mittit̄. Et ꝓbat̄ sic. Qn̄cūq̄ gr̄a spūssancti hoībꝰ dat̄. tūc spūssanctꝰ a p̄re ⁊ filio mittit̄: ⁊ ꝓcedere videt̄. sed ois datio spūssancti creature facta ē tp̄alis igit̄ qn̄ sic spūssanctꝰ dat̄ vel mittit̄ ꝓcedit tp̄alr̄. vt dicit ꝓpositio ꝓbāda. Tenet argumētū ⁊ maior. sed circa minoris ꝓbationē mgr̄ sic ꝓcedit in textu. Et primo ponit geminā spūssancti esse ꝓcessionē. s. eternam ⁊ tp̄alē. Eterna est q̄ ineffabilis equa a p̄re ⁊ filio ethalit̄ ⁊ sine tp̄e ꝓcessit. Tp̄alis est qn̄ spūssctūs mittit̄ ad sanctificandū creaturā rōnalē. Et subdit ꝙ qn̄ mittit̄ ad sanctificandū creaturā: tūc ꝓcedit a patre ⁊ filio simul ī illa etiā ꝓcessione. Et hoc ꝯfirmat auctē Augustini ī fine primi capituli. Q aūt gratie spūssancti collatio sit eiꝰ missio a p̄re ⁊ filio tp̄alis ⁊ l' eiꝰ tp̄alis ꝓcessio. ptꝫ auctē Bede. que habet̄ in principio secūdi capl'i. Et tandē ꝯcludit ex v̄bis .b. Augustini. ꝙ dn̄s bis spūmsanctū dedit. Semel post resurrectionē cū insufflauit ⁊ dixit. Accipite spūmsanctū. vt ptꝫ Joh̄. xx. ca. Sc̄do post suā ascensionē. s. in die penthecostes. Et hoc ad significandū duplicē dilectiōz. s. dei ⁊ p̄rimi: quā spūssanctꝰ ī nobis opat̄. Sc̄da ꝓpositio ē hec. Spūs dat̄ ꝑsonalr̄ cum suoꝝ donoꝝ distributiōe. Et ꝓbat̄ sic. Ita spūssanctꝰ mittit̄ et dat̄ sicut in sacra scriptura ſm expositōez sctōꝝ doctoꝝ mitti ⁊ dari manifeste affirmat̄. sꝫ in sacra scriptura manifeste affirmat̄ dari tū donis. igit̄ ꝓpositio vera. Tenet argumētū ⁊ maior. sꝫ minorē ꝓbās mgr̄ in l'ra: dicit q̄sdā errātes dixisse spūmsanctū nunq̄ ꝑsonalit̄ dari hoībꝰ. sꝫ tm̄ gr̄am ⁊ dona eiꝰ. Q đ ondit esse falsum: inducens ad hoc auctes .b. Augustini ⁊ Ambrosij. qbꝰ apte ondit̄ quō spūssanctꝰ tertia ꝑsona in diuinis p se in suis grāꝝ donis hoībꝰ mittit̄ et dat̄. Tertia ꝓpositio ē hec. Spūssanctꝰ a nulla creatura q̄tacūq̄ fulgeat sanctitate ꝯferri pōt· nisi instrumentalit̄. Et ꝓbat̄ sic. Si aliqua creatura q̄tūcūq̄ sancta ⁊ ꝑlata posset spūm sanctū ꝯferre sequeret̄ creatorem a creatura ꝓcedere. Patet hec seq̄la p hoc ꝙ spūssancti datio nō est aliud q̄ eiꝰ ꝓcessio. vt dicit prima ꝓpositio: Sꝫ ꝯn̄s est falsuz ⁊ impossibile. igitur illud ex q̄ sequit̄. sꝫ hoc ē oppositū huiꝰ ꝓpositionis igit̄ hec vera. Istā rōnē mgr̄ insinuās in l'ra q̄rit. An viri sancti p̄nt dare spūmsctm̄. Et dicit ꝙ nō. qz si sic: tūc spūssanctꝰ ꝓcederet a creatura. qđ ꝯfirmat p hoc ꝙ nullibi legit̄ in primitiua eccl'ia: qn̄ viri erāt sanctiores. ꝙ dedissent spūmsanctū. sꝫ legunt̄ bn̄ orasse ꝓ aliꝗbꝰ vt illi qbꝰ manus imponebāt: recipent spūmsanctum. Et ideo soluit obiectionē quandā: quam verba

apoſtoli videt̃ ſonare ad Gal. iij. Qui tribuit vobis ſpũmſanctũ. ⁊ opat̃ v̾tutes in vobis vbi videt̃ ap̃ls dicere ſe ſpũmſanctũ tribuiſſe. qđ mgr̃ ſoluit dicẽs: ꝙ ad eius p̃dicationẽ datꝰ fuit ſpũſanctꝰ. ⁊ hoc nõ eſt niſi inſtrumẽtaľr. vñ relinq̃t̃ ꝓpoſitio tanq̃ v̾a.

Utrum ſpũſanctus a ſeipſo det̃. a

Di. XV

b

Hic conſiderãdum eſt: cũ ſpũſanctꝰ det̃ hominibus a p̃re ⁊ filio qđ eſt ip̃m tpãliter ꝓcedere ab vtroq̃ vł mitti. vtrũ etiã a ſeipſo det̃. Si dat̃ a ſe. ⁊ ꝓcedit vel mittit̃ a ſe. Ad qđ dicimꝰ: q̃r ſpũſanctus ⁊ deꝰ eſt: ⁊ donũ ſiue datũ. ⁊ ideo dat ⁊ dat̃. Dat q̃dẽ inq̃ntum deꝰ. ⁊ dat̃ inq̃ntũ donum. Cũ aũt donatio ſiue datio ſpũſancti ſit operatio dei. ⁊ cõmunis ſit ⁊ idiuiſa opatio triũ pſonarũ. donat̃ itaq̃ ſpũſanctꝰ nõ tñ a p̃re ⁊ filio. ſed etiã a ſeipſo. Unñ Augꝰ. in. xv. li. de tri. dic̃. ꝙ ſeip̃m dat. Sicut inq̃t corpꝰ carnis nihil ẽ aliud q̃̃ caro. ſic donũ ſpũſancti nihil eſt aliud q̃̃ ſpũſanctꝰ. Intantũ ḡ donũ dei eſt: inq̃ntũ dat̃ eis q̃bꝰ dat̃. Apud ſe aũt deꝰ ẽ. ⁊ nemini dat̃: q̃r deꝰ erat p̃ri ⁊ filio coetnꝰ añꝫ cuiq̃ daret̃. nec q̃r illi dãt ⁊ ipſe dat̃: ĩõ minor ẽ illis. Ita eñ dat̃ ſicut dei donum. vt etiã ſeip̃m det ſicut deus. Nõ eñ dici põt nõ eſſe ſue ptãtis. de q̃ dictũ eſt. Spũs vbi vult ſpirat. Ecce apte dicit ꝙ ſpũſanctꝰ ſeipſum dat. Si eñ ſpũſanctꝰ ſeipſum dare nõ põt. ⁊ eũ p̃r dare põt ⁊ filiꝰ. põt itaq̃ p̃r aliq̃d ⁊ filiꝰ qđ nõ põt ſpũſanctꝰ. Itẽ ſi pater ⁊ filiꝰ dant ſpũmſctñ. nec ipſe dat aliq̃d. ḡ p̃r opat̃ ⁊ filiꝰ qđ nõ opat̃ ſpũſanctꝰ. Dat ḡ ſpũſanctꝰ ſeip̃m. Si aũt ſeip̃m dat. tũc ⁊ a ſeipſo ꝓcedit ⁊ mittit̃. Qđ vtiq̃ verũ ẽ. Nã ꝓceſſio tpãlis ſpũſancti vel miſſio ipſiꝰ ẽ donatio: ⁊ ipa dei opatio. Procedit ḡ ſpũſanctꝰ tpãliter a ſe: et mittit̃ a ſe. quia dat̃ a ſe.

Aug⁹.

Nõ eſt mirũ ſi ſpũſanctus dr̃ mitti vel ꝓcedere a ſe. cũ etiã filiꝰ dicat̃ mitti a ſe. b

Ne autẽ mireris ꝙ ſpũſanctꝰ dr̃ mitti vel ꝓcedere a ſe. Nã ⁊ de filio dicit Augꝰ. in. ij. lib. de tri. ꝙ nõ tantũ a p̃re miſſus ẽ. ſ; etiã a ſeip̃o ⁊ a ſpũſancto. querens quõ filiꝰ vł ſpũſanctꝰ ſit miſſus. cũ vterq̃ ſit vbiq̃ tanq̃̃ deꝰ: Nã vterq̃ inq̃t Augꝰ. legit̃ miſſus. De ſpũſctõ eñ legit̃. Quẽ mittet p̃r in noĩe meo. Et iterũ. Si abiero mittã eũ ad vos. Et filius de ſe dicit. Exiui a p̃re: ⁊ veni in mũdũ. Et ap̃lus dic̃. Miſit deꝰ filiũ ſuũ. In ꝓpheta aũt ſcriptũ eſt ex pſona dei. Celũ ⁊ terrã ego impleo. Itaq̃ vbiq̃ deꝰ eſt

Aug⁹.

vbiq̃ ḡ eſt filius. vbiq̃ etiã eſt ſpũſanctus. Illuc ḡ miſſus eſt filiꝰ ⁊ ſpũſanctꝰ vbi erant.

Quõ intelligenda ſit miſſio vtriuſq̃. c

Quocirca querendum eſt quõ intelligat̃ miſſio filij vł ſpũſancti. Pater eñ ſolus inq̃t Augꝰ. ĩ eodẽ nuſq̃̃ legit̃ miſſus. ſed filiꝰ ⁊ ſpũſanctꝰ. Et de filio primo videamꝰ quõ miſſum eũ ap̃lus dicat. Miſit deꝰ filiũ ſuũ factũ ex muliere. vbi ſatis oñdit eo ipſo miſſũ filiũ q̃ factũ ex muliere. Proinde mitti a p̃re ſine ſpũſãcto nõ potuit: q̃r pater intelligit̃ miſiſſe cũ cũ fecit ex femina. qđ vtiq̃ non fecit ſine ſpũſancto. Ecce h̃ dicit filiũ miſſum a patre ⁊ ſpũſancto.

Aug⁹. p̃ri⁹ d̃ miſſione filij

Q; a ſpũſancto filius ſit miſſus autoritatibus confirmat̃. d

Et ꝙ a ſpũſancto filius ſit miſſus. vt ait Augꝰ. in eodẽ. autoritatibus ↄfirmat̃. Ipſe xp̃us dicit ꝑ Eſa. Nunc miſit me dñs ⁊ ſpũs eiꝰ. De hoc Amb. in li. ij. de ſpũſancto ita ait. Quis ẽ q̃ dicit. Me miſit dñs ⁊ ſpũs eiꝰ: niſi q̃ venit a p̃re vt ſaluos faceret peccatores. i. xp̃us. ḡ ẽ tp̃r filiũ miſit ⁊ ſpũſanctus. Idẽ in eodẽ. Datꝰ eſt a patre: vt Eſa. dicit. Puer natꝰ eſt nobis. ⁊ filiꝰ datus eſt nobis. Datꝰ eſt aude eo dicere ⁊ a ſpũ. q̃r et ſpũ miſſus eſt. Dicit eñ filiꝰ dei. Spũs dñi ſup me. ꝓpter qđ vnxit me. euãgelizare paupibꝰ miſit me. p̃dicare captiuis remiſſionem ⁊c̃. Qđ cũ de libro Eſaie legeret: ait in euãgelio. Hodie cõpleta ẽ hec ſcriptura ĩ auribus veſtris. vt de ſe dictũ eſſe ſignaret. Bñ aũt dixit ſup me: q̃r quaſi filiꝰ hoĩs ⁊ vnctꝰ eſt ⁊ miſſus ad p̃dicandũ. Nã ſcḋm diuinitatẽ nõ ſup xp̃m eſt ſpũs ſed in xp̃o. Ecce his verbis oſtendit Ambro. filiũ eſſe miſſum ⁊ datũ nobis. non tñ a patre: ſ; etiã a ſpũſancto.

Ambroſi⁹

Idẽ in eodẽ.

Q; filius ſit datus etiam a ſeipſo. e

Deinde oſtẽdit eẽ datum etiã a ſeipſo. ita dicẽs in eodẽ li. Cum nõ diffinitũ fuerit ꝑ ꝓphetã a quo datꝰ eſt filius. oſtendit̃ datꝰ gr̃a trinitatis. vt etiã ipſe filius ſe dederit. Ecce h̃ dicit ꝙ filiꝰ ſe dedit. q̃r trinitas eũ dedit. Si aũt filiꝰ a ſe datus ẽ. a ſe ḡ miſſus eſt. ⁊ a ſe ꝓceſſit. Et h̃ vtiq̃ verum eſt ⁊ ꝓcedi optet. cum eius miſſio ſit diuina operatio.

Q; filius ſit miſſus a ſe. f

Q: autẽ a se mittat

Aug⁹.

Aug⁹. astruit in li. ij. de tri. dicens. Forte aliquis cogat vt dicam⁹ etiã a seipso missuz esse filium. q: et Marie ꝯceptus et partus operatio trinitatis est. Sed inqt aliquis. quõ pat eum misit: si ipse se misit. Cui rñdeo querẽs vt dicat quõ cũ pr sanctificauit. si et ipse se sanctificauit. Vtrũqꝫ enĩ dñs ait. Quẽ pater inqt sanctificauit et misit in hũc mundũ. Et alibi. Ego ꝓ eis sanctifico meipsum. Item quero quõ pat cũ tradidit: si ipse se tradidit. Vtrũqꝫ enĩ legit. Credo ꝙ rñdebit si ꝓbe sapit: q: vna volũtas est patris et filij. et insepabil' operatio. Sic igit intelligat illã incarnationẽ et ex virgine natiuitatẽ: in qua filius intelligit missus. vna eadẽqꝫ opatione patris et filij insepabiliter esse factã nõ inde sepato spũsancto. ꝗ a patre et filio missus ẽ idem fili⁹. quia a patre et v̾bo ei⁹ factuz est vt mitteret. i. incarnat⁹ hominib⁹ appareret. Nõ enĩ missus est mutãdo locũ. q: in mũdo erat. Qua ꝓpt' et pater inuisibil' vna cũ filio secuz inuisibili: eundẽ filiũ visibilẽ faciendo misisse eũ dict⁹ est. q si ita visibilis fieret: vt cũ patre inuisibilis esse desisteret. i. si substãtia inuisibilis v̾bi in creaturã visibilẽ mutata et trãsiens verteret. ita missus a patre intelligeret fili⁹: vt tm̃ missus nõ etiã mittẽs cũ patre inueniret. Cuz v̾o sic ẽ accepta forma serui: vt maneret incõmutabilis forma dei. manifestuz est ꝙ a pr̃e et filio nõ apparẽtib⁹ factũ sit. qꝺ apparet in filio. i. ab inuisibili patre cũ inuisibili filio. id ẽ ipse filius visibilis mitteret.

Sũmatim colligit q ex p̃dictis astruit. g

Ex predictis aper-

te mõstrat ꝙ fili⁹ missus est a pr̃e et a spũsancto. et a seipso. et que sit ipsa missio. s. incarnatio. i. ꝙ fact⁹ est hõ. ꝑ qꝺ visibilis apparuit. qꝺ est opus cõmune patris et filij et spũssancti.

Questio cur dicit a meipso nõ veni. b

Sz ad hoc opponi

Solutio

tur. Si fili⁹ a seipso missus ẽ. cur ꝗ ait. a meipso nõ veni. Ad h̾ Aug⁹. rñdet i. ij. li. de trinitate dicẽs: hoc dictũ esse ꝺm formã serui. ꝺm quam nõ fecit vt mitteret. i. nõ est opat⁹ incarnationem. sed ꝺm formã dei.

Vtrũ semel tm̃ missus sit fili⁹. an sepe. i

Hic querit vtrum

semel tm̃ missus sit filius: an sepe mittat. Si enĩ missio filij ipsi⁹ tm̃ incarnatio ẽ. cũ semel tm̃ incarnat⁹ sit et semel tm̃ videt missus. Ac si sepe mittit. est et alia ei⁹ missio ꝗ̃ incarnatio. Sz que ẽ illa: Nunqd eterna genitura missio ei⁹ dicẽda ẽ. an etiã alia missio q̃renda ẽ.

Q: duob⁹ modis dr filius mitti. k

Ad quod dicim⁹ ꝙ

duob⁹ modis dr fili⁹ mitti p̃ter illã eternũ genitura que ineffabil' est. ꝺm quã etiã missus posset dici: vt videt qbusdã. ꝗ meli⁹ ac veri⁹ ꝺm eam dr genit⁹. Preter eã ꝗ duob⁹ modis dr mitti. s. vel cũ visibili mũdo apparuit carne indut⁹. vel cũ se in aĩo pias sic trãsfert: vt ab eis ꝑcipiatur ac cognoscat. Hos ꝺ ues missionis modos apte Aug. distinguit i. iiij. li. de tri. dicẽs. Nõ eo ipso ꝙ de pr̃e natus est missus: dr filius. ꝗ vel eo ꝙ apparuit huic mũdo: verbũ caro factũ. Vñ dicit. A pr̃e exiui: et veni in mũdũ. vl' eo ꝙ ex tpe cuiusdã mente ꝑcipit: sicut dictũ est de sapia. Emitte illã de cel' sanctis tuis. et a sede magnitudinis tue vt mecũ sit et mecũ laboret. i. doceat me laborare. Et tũc vnicuiqꝫ mittit cum a quoqꝫ cognoscit atqꝫ ꝑcipit. quantũ cognosci et ꝑcipi põt: ꝓ captu vel ꝓficiẽtis in deũ vel ꝑfecte in deo anime rõnalis.

Q: ꝺm alterũ semel. ꝺm alterum sepe sit missus. et ꝺm alterum vt sit homo. et ꝺm alterum vt sit cum homine. l

Ecce distincti sunt

duo modi missionis filij. et ꝺm alteruz semel tm̃ missus ẽ dei fili⁹. ꝺm alteꝝ sepe missus ẽ. et mittit qtidie. Nã ꝺm alteꝝ missus ẽ: vt sit hõ qꝺ semel tm̃ factũ est. Scꝺm alteꝝ v̾o mittit vt sit cũ hoĩe. quõ quotidie mittit ad sctõs: et missus ẽ etiã añ incarnationẽ et ad oẽs sanctos q ante fuerunt. et etiã ad angelos. Vñ Aug⁹. de filio. i. de sapia patris loquẽs in. iiij. li. de tri. ait. Aliter mittit sapia vt sit cum homine. aliter missa est vt sit hõ. In aĩas enim sanctas se trãsfert. et amicos dei et ꝓphetas ꝯstituit. sicut implet etiaz sanctos angelos. Sed cũ venit plenitudo tpis: missa est nõ vt impleret angelos. nec vt esset angelus. nec vt esset cũ hominib⁹ vel in hoĩbus vt antea in patrib⁹ erat et in ꝓphetis. sed vt ipsuz verbum fieret caro. i. homo.

Aug⁹.

Quod ſm alterū modum dr̄ miſſus in mundum· ſm alterum nō· m

Preterea notandū

eſt· q̄ cū his duobꝰ modis mittat̄ filiꝰ ſm alterū dr̄ miſſus in mūdū· ſm alterū vero nō· Eo em̄ mō miſſus dr̄ in mundū quo viſibilis mūdo apparuit· Unde Augꝰ· in eodē li· ait· Cū ex tpe cuiuſq̄ mente pcipit̄· mitti qdem dicit̄· ſed nō in hūc mundū· Nō em̄ ſenſibilr apparet· i· corporeis ſenſibꝰ pſto ē· Nā et nos ſm q̄ mente aliqd eternū capimꝰ: nō in hoc mūdo ſumꝰ· ⁊ oīm iuſtoꝝ ſpūs etiā in carne viuentiū inq̄tum diuina ſapiūt nō ſunt in hꝫ mūdo· Ex p̄dictꝭ liquet: q̄ pter ineffabilē generationē duobꝰ modis mittit̄ filiꝰ· ſ· cū viſibilr apparuit: vel inuiſibilr percipit̄ mente·

(Augꝰ.)

Cur pater nō dr̄ miſſus cum ab aliquo cognoſcitur vt filius· n

Hic querit̄ cur pat̄

non dr̄ miſſus: cū ex tpe a quoq̄ cognoſcitur ſicut filiꝰ: Ad qđ dicimꝰ: q2 in eo eſt principij autoritas: que nō hꝫ de quo ſit· a quo filiꝰ eſt ⁊ ſpūſſanctꝰ· Pater em̄ eſt vt ait Aug· in eodem li· pncipiū totiꝰ diuinitatꝭ· vel ſi melius dr̄ deitatꝭ: q2 principiū ē filij ⁊ ſpūſſancti· Nā vt ait Augꝰ· in eodē· Si voluiſſet etiā deꝰ pr̄ p ſubiectā creaturā viſibiliter appareret· abſurdiſſime tn̄ aut a filio quē genuit· aut a ſpū ſancto q de illo pcedit: miſſus diceret̄· Congruent̄ aūt ille miſſus dr̄ q in carne apparuit miſiſſe aūt ille q in ea nō apparuit·

(Augꝰ.)

Putauerunt quidam filium ⁊ ſpiritūſanctum minores fuiſſe pr̄e: q2 miſſi dicunt̄· o

Ideoq̄ putauerūt

qdam heretici: cū pater nō ſit miſſus· ſꝫ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ· patrē eſſe maiorē: ac filiū minorem eſſe ⁊ ſpūm ſanctū· atq̄ patrē quaſi maiorē miſiſſe vtrūq̄ q̄ſi minorē· Qđ augꝰ· improbat in· iiij· li· de tri· illis ꝯtradicens· Non ideo inq̄t arbitrandū eſt minorē eſſe filiū q̄ miſſus ē a patre· nec iō minorē ſpūm ſanctū· q̄ ⁊ pr̄ eū miſit ⁊ filiꝰ· Siue em̄ pp̄ter viſibilē creaturā: ſiue potiꝰ pp̄ter pncipij auctem vꝭ cōmēdationē· nō ppt̄ inequalitatē vꝭ imparilitatē vel diſſimilitudinē ſube in ſcripturis hec poſita intelligunt̄· Non ḡ ideo dr̄ pr̄ miſiſſe filiū vel ſpūm ſanctū q̄ ille eſſet maior ⁊ illi minores: ſꝫ maxime ppt̄ aucte m principij cōmendandā· ⁊ q2 in viſibili creatura nō ſic ille apparuit· Ecce oſtenſū eſt que ſit miſſio filij· et quibus modis mittatur·

(Augꝰ.)

Iſta eſt diſtinctio qndecima· In qua magiſter poſtq̄ egit de principio tp̄alis pceſſionis· ſ· qua dat̄ a patre ⁊ filio· ⁊ ſuo mō a viris ſanctis· Hic inq̄rit vtr̄ a ſeipſo det̄ vel mittat̄· Et circa hoc tria facit· Nā primo inq̄rit vtrū ſpūſſanctus a ſeipſo mitti dici debeat· Secūdo qualr̄ mitti a filio ꝯuenit: determinat· Tertio patrē nō poſſe dici miſſū inſinuat· Primum facit a pͥcipio vſq̄ ibi· Quo circa q̄rendū ē· Scđm ab inde vſq̄ ibi· Hic querit̄ cur pr̄· Tertiū ab inde vſq̄ ad finē diſtinctiōis· Et hec eſt ſnīa mgr̄i in generali· In ſpeciali ſnīa mgr̄i ſtat in tribꝰ ppōſitionibꝰ· quaꝝ prima ē· Spūſſanctꝰ ſanctificando creaturā nō ſolū a pr̄e ⁊ filio· ſed etiā a ſeipſo tp̄aliter mittitur ⁊ pcedit· Et pbat̄ ſic· Opa trinitatis· ſ· patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti adextra ſūt indiuiſa· ſed pceſſio et miſſio ad ſanctificandū creaturam eſt opꝰ trinitatis adextra· ḡ eſt a tota trinitate· ⁊ p ꝯñs nō ſolum a pr̄e ⁊ a filio: ſed etiā a ſpū ſancto· ſ· a ſeipſo: vt dicit ppoſitio· Huius rōnis ſnīam mgr̄ explicat in textu querendo· an ſpūſſanctꝰ etiā mittit̄ ⁊ dat̄ a ſeipſo· Et dicit q̄ ſic· Nā ipſe ſpūſſanctꝰ deꝰ eſt ⁊ donū eſt· ⁊ ideo dat et dat̄· dat inq̄tum deꝰ· ⁊ dat̄ inq̄tum donū eſt· Et poſtea ꝯfirmat ſnīam· ſ· q̄ ſpūſſanctꝰ mittat̄ ⁊ det̄ a ſeipſo tripl̄r· Primo p hoc q̄ opa trinitatis adextra ſūt indiuiſa· Secūdo p hoc q̄ q̄cquid pōt facere vna pſona adextra pōt ⁊ alia· Si ḡ pōt pat̄ dare ⁊ mittere ſpūm ſanctū· ſequit̄ q̄ ipſe ſpūſſanctꝰ etiā ſeipm pōt mittere ⁊ dare· Tertio p ſimile de filio· de q̄ dicit beatꝰ Augꝰ· in· ij· de tri· q̄ nō tm̄ miſſus a pr̄e et filio: ſed etiā a ſeipſo· igit̄ ⁊c̄· Secūda ppoſitio ē hec· Licet filiꝰ ſolū ſemel in carnē a tota trinitate mittat̄· frequēter tn̄ in caſtas mentes mitti nullatenꝰ negat̄· Primā huiꝰ ꝯcluſionis ptem mgr̄ pbat in textu· Et primo q̄ ſolū ſemel miſſus ſit in carnem· ⁊ hoc aucte beati Augꝰ· dicētis· q̄ pter generationē eternā: quā qdam generationē appellāt· duobus modis miſſus eſt· ſ· viſibilr in carnē· ⁊ inuiſibilr in mētem· Et hos modos miſſionis ponit Augꝰ· Et differt vna miſſio ab alia· Nā miſſio in carnē ſemel facta ē· miſſio ꝟo in mentē pluries· hec ille· Et q̄ in carnē ſit miſſus a tota trinitate pbat̄· Nā primo q̄ ſit miſſus a pr̄e ⁊ ſpū ſancto p illud Eſa· vbi p pphetā chriſtꝰ dicit· Nūc miſit me dn̄s ⁊ ſpūs eiꝰ· Et q̄ ſit miſſus a ſeipſo: patet autoritate beati Augꝰ· dicētis· ij· de tri· q̄ Marie ꝯceptus ⁊ partꝰ opus trinitatis ē· Secūda huiꝰ ꝯcluſionis ps patet p beatū Auguſtinū vbi ſupra· Tertia ppoſitio ē hec· Nec filius nec ſpūſſanctꝰ eſt minor pr̄e· nō obſtante q̄ pr̄ nō pōt dici miſſus: quālitercūq̄ etiā mūdo appareat· Et pbat̄ ſic· Ille nūq̄ ꝯuenięter miſſus dici poterit q nunq̄ ab alio pcedit· ſed oīs pceſſionis ē autor ⁊ principiū· ſed ex q̄ talis ē pr̄ in diuinis: patet veritas ppoſitiōis· Iſtā rōnem explicās mgr̄ querit· quare pr̄ nō dr̄ miſſus· Et rn̄det q̄ pp̄ter autoritatē ſm quā pat̄ a nullo eſt· ideo nec mitti pōt· Et p hoc excludit errorē quorūdam hereticoꝝ dicentiū filiū ⁊ ſpūm ſanctū eſſe minores patre· eo q̄ illi duo mittunt̄ ⁊ pater nō· Qđ probat eſſe falſum autoritate beati Auguſtini· Et ſic terminat̄ ſententia huius diſtinctionis·

De miſſione ſpirituſſancti que fit duobꝰ modis· viſibiliter ⁊ inuiſibiliter· a

Nunc de ſpūſan

Di· XVI

cto videndū eſt pter illā ineffabilē ⁊ eternā pceſſionē qua pcedit a pa

tre ꝛ filio ꝛ nō a seipso: que sit eius tꝑalis ꝓcessio que dicit missio siue datio? Ad qḋ dicimus: qꝛ sicut filius duob⁹ modis dicit mitti: vno quo visibiliter apparuit. altero quo inuisibiliter castis mentib⁹ ꝑcipit. Ita ꝛ spūssanctus a pr̄e ꝛ filio a seipso duob⁹ modis ꝓcedere siue mitti siue dari dr̄. vno visibiliter. altero inuisibiliter. Dat⁹ est em̄ visibilis creature demōstratione. sicut in die penthecostes aliisq; vicib⁹. ꝛ dat quotidie inuisibiliter illabendo mentibus fidelium.

Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter agit. b

Et primo agam⁹ de

illo missionis mō qui fit visibili specie. De hoc Aug⁹. in. ij. li. de tri. ita ait. In ꝓmptu est intelligere de spūsctō: cur missus ꝛ ipse dicat. Facta est em̄ quedā creature spēs ex tpe in qua visibiliter ostēderet spūssanct⁹. siue cum in ipsum dn̄m corꝑali specie columbe descēdit. siue cū in die penthecostes fact⁹ est subito de celo son⁹ quasi ferret flatus vehemēs ꝛ vise sunt illis lingue diuise sicut ignis. q̄ et insedit sup vnūquēq; eoꝝ. Hec oꝑatio visibiliter expssa. ꝛ ocul' oblata mortalib⁹: missio spūssancti dicta est. nō vt appareret eis ipsa substantia. qua ꝛ ipse inuisibilis ꝛ incōmutabilis ē: sicut pr̄ ꝛ fili⁹. s; vt exteriorib⁹ visis corda hoīm cōmota a tꝑali manifestatione venientis: ad occultā eternitatē semꝑ p̄ntis cōuerterent. Ecce his v̄bis aperit Aug⁹. illum modū missionis q̄ visibiliter exhibet. cū tñ ipse spūs in sui natura nō videat. q̄ nec in illis creaturis magis erat q̄̄ in aliis. s; ad aliud. In illis em̄ erat vt ꝑ eas ad homies venicē: ostenderet esse in illis ad quos ille creature veniebant. Non em̄ spūssanct⁹ tꝑali motu tūc venit vel in homines descendit. sed ꝑ tꝑalem motū creature significata ē spūalis ꝛ inuisibilis spūssancti infusio. Et vt aperti⁹ dicam. ꝑ illū modū missionis spūssancti corꝑaliter exhibitum: monstrata est spūalis ꝛ interior missio sancti spirit⁹. siue donatio de qua agendum est.

Cum filius sit minor patre s̄m formā creatam in qua apparuit. cur non ꝛ spiritussanctus similiter. c

Sed prius queren

dum est. cum filius dicat minor pr̄e s̄m missionem qua in forma creata apparuit. cur et spūssanctus nō dicat filii minor patre: cū ꝛ in forma creata apparuit? Nā de filio q̄ minor sit pr̄e s̄m formā qua missus apparuit. apte ostendit Aug⁹. in. iiij. lib. de tri. dicēs. Misit deus filium suū factū ex muliere. factū sub lege. vsq; adeo paruū vt factū. eo itaq; missum: quo factū. Fateamur ergo factū minorem. ꝛ intantū minorē inquātum factū. ꝛ intantū factū inquantū missum. Ecce habes qꝛ filius inquantū est missus. i. factus. minor est patre. Cur ergo spūssanctus nō dicat patre minor: cū ꝛ ipse creaturā assumpserit ī qua apparuit. Quia aliter spūs assumpsit creaturam in q̄ apparuit. aliter fili⁹. Nam fili⁹ accepit ꝑ vnionem. spūs v̄o nō. Filius em̄ accepit hoīem ita vt fieret homo. Spūs v̄o scūs nō ita accepit columbā vt fieret colūba. De hoc Aug⁹. in. ij. lib. de tri. ita ait. Ideo nusq; scriptū ē q̄ deus pr̄ maior sit spūssancto: vel spūssanct⁹ minor pr̄e. qꝛ nō sic ē assumpta creatura in q̄ appareret spūssanct⁹. sicut assumptus ē fili⁹ hoīs. in q̄ forma ipsi⁹ dei verba ꝑsona p̄sentaret. nō vt haberet v̄bū dei sicut alij sancti sapiētes. s; q̄ ipsū v̄bū erat. Aliud est em̄ v̄bū in carne. aliud v̄bū caro. i. aliud est verbū in hoīe. aliud v̄bum hō. Caro em̄ ꝑ homine posita est in eo q̄ ait. verbū caro factū est. Non ergo sic assumpta ē creatura in q̄ apparuit spūssanct⁹: sicut assumpta est caro illa ꝛ hūana forma ex v̄gine maria. Nō enī columbā vel illū flatū vel illū ignē beatificauit. sibiq; in vnitatē ꝑsone ꝯiunxit in eternū. Ex p̄dictis apte ostēsum est s̄m q̄d fili⁹ dicat minor patre. ꝛ quare filius dicat minor pr̄e et nō spiritussanctus.

Q̄ filius s̄m q̄ homo factus est nō modo pr̄e. s; spūsancto. ꝛ etiā seipso minor est. d

Notandum autem

q̄ fili⁹ s̄m q̄ hō fact⁹ est: nō tm̄ pr̄e: s; spūsancto ꝛ etiā seipso minor dr̄. Et q̄ etiam seipso minor dicat s̄m formā s̄ui: Aug. ostēdit ī. j. li. de tri. dicēs. Errauerūt hoīes ea q̄ de xp̄o s̄m hoīem dicta sūt ad ei⁹ subam q̄ sempiṫna est trāsferētes. sic illud qḋ ipse dn̄s ait. Pat maior me ē. qḋ ꝓpt formā serui v̄itas dicit. s̄m quē modū et iā seipso minorē fili⁹. Quō em̄ nō etiā seipso minor factus est qui seipsum exinaniuit formam serui accipiēs. Non em̄ sic accepit formam serui: vt amitteret formam dei. in qua erat equalis patri. In forma ergo dei vnigenit⁹ patris equalis est patri. In forma serui etiam seipso minor est.

De filio ꝓbat.

Aug⁹.

Aug⁹.

Aug⁹.

Aug⁹.

Non ergo immerito scriptura dicit vtrūq3. s. et equalē patri filiū. ⁊ patrē maiorē ē filio. Illō enī ꝓpter dei formā. hoc aūt ꝓpter formam serui intelligit᷑. De hoc eodē in. ij. li. de trini. Aug⁹. ait. Dei fili⁹ est eq̄lis patri ſm dei formam in qua ē. ⁊ minor patre ſm formā serui quā accepit. in qua nō modo pr̄e: sed etiam spūsctō. nec hoc tm̄. sed etiā seipso minor inuent⁹ est. Propt̄ qd̄ vt idē in li. ꝯtra Maximinū ait. Nō tm̄ pr̄e: sed etiā seipso ⁊ spūsancto minor fact⁹ est. ⁊ etiā minorat⁹ paulominus ab angelis. Est ergo dei fili⁹: vt ipse ait in. j. li. de tri. deo pr̄i natura equal' habitu minor id est in forma serui quā accepit. His autoritatibus ostendit᷑ aperte fili⁹ ſm formā serui minor patre. ⁊ seipso ⁊ spiritusancto.

Augusti.

Hylarius aliter dicit. s. q᷑ pater sit maior nec filius tamen minor. e

Hylari⁹ aūt dicere videt᷑: q᷑ pater sit maior filio. nec tm̄ filius minor pr̄e. Pater enī dr̄ maior ꝓpt̄ autoritatē q2 in eo est autoritas generationis: ſm quā dicit. pr̄ maior me est. Et aplūs. Donauit ei nomen qd̄ est sup oīe nomē. Luc ergo ait. Pater maior me ē. hoc est ac si diceret. donauit mihi nomen. Si ergo inquit Hylari⁹ in. ix. li. de tri. donantꝫ autoritate pr̄ maior ē. nunquid ꝑ doni ꝯfessionē fili⁹ minor ē. Maior itaq3 donans ē. sed minor iam nō est: cui vnū esse donat᷑. Ait enī. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. Si non hoc donat᷑ iesu vt ꝯfitendus sit in glīa dei patris: minor pr̄e ē. Si aūt in ea glīa dei donat᷑ esse qua pr̄ est. habes ⁊ in donātis autoritate. q2 maior ē. ⁊ in donantꝫ ꝯfessione. q2 vnū sunt. Maior itaq3 pr̄ filio est. ⁊ plane maior. Cui tantū donat esse quant⁹ ē ipse. cui innascibilitatꝫ eē imaginē sacro natiuitatꝫ impartit. quā ex se ī forma sua generat. Audisti lector: qd̄ sup h̄ dicat hylari⁹. cui⁹ verba vbicūq3 occurrerint: diligent̄ nota. pieq3 ītellige.

Ista est distinctio sedecima. In q̄ magister postq̄ egit de ꝓcessione spūsancti tpali. incipit agere de missione ei⁹ visibili. Et circa hoc tria facit. Naz primo oñdit spm̄ sanctū esse visibiliter missuz. Scd̄o subdit qualit̄ visibiles missiōes filij ⁊ spūsancti se habeant ad inuicē. Tertio subiūgit qualit̄ filius ⁊ spūssanct⁹ ſm istas missiones se hēant ad patrē. Primū facit a principio distinctionis vsq3 ibi. Sz pri⁹ querendū est. Secundū ab inde vsq3 ibi. Hylari⁹ aūt dicere videt᷑. Tertiū ꝟo ab inde vsq3 ad finē distinctionis. In speciali ꝟo sñia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Spūssanct⁹ ad modū filij est missus dupl'r. s. visibiliter ⁊ inuisibilit̄. Et probat᷑ sic. Spūsancti tpalis missio ē creature sanctificatio sed creature sanctificatio dupl'r fit. aliq̄n cum apparentia alicui⁹ visibilis signi. q̄nq3 ꝟo effectu solū interiori sine visibili signo. igit᷑ missio spūsancti est duplex. s. visibilis ⁊ inuisibilis. Istam rōnem intendit magister in textu. vbi ꝓponit primo. Sicut fili⁹ dupliciter ē missus. s. in carnē visibilit̄. ⁊ in castas mentes inuisibiliter. Sic spūssanct⁹ visibiliter apparuit in die penthecostes in specie linguaꝝ igneaꝝ. alijsq3 vicib⁹ in specie columbe. ⁊ quottidie illab᷑ mentib⁹ fidelium inuisibilit̄. Et subdit postea: q᷑ illa visibilis spūsancti missio nō fuit nisi quedā ipsi⁹ apparentia vel manifestatio in corpali creatura tanq̄ in signo manifestationis: vt magister inducit in textu ex autoritate beati Augustini. Secūda ꝓpositio hec ē. Spūssanct⁹ nō dicit᷑ minor realit̄ tota trinitate ꝓpt̄ ipsius visibilē missionē: sicut fili⁹ ꝓpter suā. Hāc ꝓpositionem mgr̄ insinuans querit. Quare spūssanct⁹ rōne sue visibilis missionis nō dicit᷑ minor pr̄e. sicut filius rōne sue incarnationis seu visibilis missionis dicitur minor tota trinitate. Et rūdet q᷑ spūssanct⁹ nō assumpsit columbā vt esset colūba. sed vt in ea appareret. ⁊ vt ꝑ eam designaret᷑ inuisibilis missio. Fili⁹ autem assumpsit humanā naturā nō solū vt ī ea appareret. sed etiā vt esset hō. Et ideo fili⁹ ſm illā suā visibilem missionē dr̄ minor nō solum pr̄e. sed etiā seipso et angelis. vt patet ibi. Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis ⁊c. Ad qd̄ mgr̄ adducit mltas autoritates. vt patet in lr̄a. Tertia ꝓpositio hec est. Pater autoritate donationis ē maior filio sibi essentialr̄ equali. Hāc ꝓpositionē ꝓbat mgr̄ autoritate Hylarij. ix. de tri. dicentis. Donātis autoritate pr̄ est maior. nunquid ꝑ doni ꝯfessionē fili⁹ est minor. Maior itaq3 donās ē. sed minor iam nō est. cui vnū esse donat᷑. Unde patz hanc ꝓpositionem esse veram.

De missione spūsancti qua inuisibiliter mittitur. a

Di. XVII

Iam nunc accedam⁹ ad assignandā missionē spūssancti qua inuisibilit̄r mittit᷑ in corda fideliū. Nam ipse spūssanct⁹ q̄ de⁹ est: ac tertia in trinitate ꝑsona vt sup ostensum ē. a patre ⁊ filio ac seipso tpaliter ꝓcedit. i. mittit᷑ ac donat᷑ fidelib⁹. sed q̄ sit ista missio siue donatio. vel quomodo fiat ꝯsiderandum est.

Premittit᷑ quiddā ad hanc ostensionem necessarium. scz q᷑ spūssanctus est charitas qua diligimus deum ⁊ primum. b

Hoc autē vt intelligibili⁹ doceri: ac pleni⁹ ꝑspici valeat ꝑmittēdum ē quiddā ad h̄ valde necessariū. Dictū q̄dem ē supra: ⁊ sacrꝫ autoritatib⁹ ostēsum. q᷑ spūssanct⁹ amor est pr̄is ⁊ filij quo se inuicē amāt ⁊ nos. His aūt addendū ē: q᷑ ipse idez spūssanct⁹ ē amor siue charitas: q̄ nos diligimus deū ⁊ ꝓximū que charitas cū ita ē in nobis vt nos faciat diligere deū ⁊ ꝓximū. tunc spūssanct⁹ dr̄ mitti vel dari nob. ⁊ qui diligit ipsaz dilectionē qua diligit ꝓximū. in eo ipso deū diligit. q2 ipsa dilectio de⁹ ē. i. spūssanct⁹

Autoritatibus ita esse cõfirmat· c

Ne autem in re tan

ta aliqd de nr̃o influere videamur sacris au- (Aug⁹.) toritatibus qd̃ dictũ ē corroborem⁹. De hoc Aug⁹. in. viij. li. de tri. ait. Qui ꝓximum dili git: ꝯſis ē vt ipam ꝑcipue dilectionem diligat Deus aũt dilectio ē. cõsequēs ḡ ē vt ꝑcipue deũ diligat. Itē in eodē. Deus dilectio ē. vt ait Jo̅hes aplus. Ut qd ergo imus ⁊ curri- mus in sublimia celoꝝ. ⁊ ima terrarũ querē- tes eũ q̄ ē apud nos: si nos eē apud eũ velim⁹ Nemo dicat. nõ noui qd diligã. diligat frēm ⁊ diligat eandē dilectionē. Magis em̄ nouit dilectionē qua diligit. q̄ꝫ fratrē quē diligit. Ec ce iã potes notiorē deũ hr̃e q̄ꝫ fratrē. Plane notiorē q̄ꝛ ꝑsentiorē. q̄ꝛ interiorē q̄ꝛ certiorē amplectere dilectionē deũ. ⁊ dilectione am- plectere deũ. Ipa ē dilectio q̄ oēs bonos an- gelos. ⁊ oēs dei ſuos cõsociat vinculo sancti tatis. Q̄to ergo saniores sum⁹ a tumore su- perbie: tãto sum⁹ dilectiõe pleniores. ⁊ q̄ nisi deo plen⁹ ē qui plenus ē dilectiõe. His vbis satis ostēdit Aug⁹. ꝙ dilectio ipa q̄ diligimus (Idem) deũ vel ꝓximũ de⁹ ē. Sed adhuc apti⁹ in eo dem libro subdit dicens. Dilectionē quã cõ- mendat Jo̅hes apls attēdam⁹. Qui diligit inq̄t fratrē in lumine manet. ⁊ scandalum in eo nõ ē. Manifestũ ē ꝙ iusticie ꝑfectionē in fratris dilectiõe posuerit. Nã in q̄ scandaluꝫ nõ ē: vtiq̄ꝫ ꝑfectus ē. Et tñ videt̃ dilectionē dei tacuisse: qd̃ nunq̄ꝫ faceret nisi q̄ꝛ i ipa fra- terna dilectiõe vult intelligi deũ. Aptissime em̄ in eadē epl'a paulo post ait. Ita dilectissi- mi diligamus inuicē. q̄ꝛ dilectio ex deo est. ⁊ oĩs q̄ diligit ex deo nat⁹ ē: ⁊ cognouit deuꝫ. Qui nõ diligit nõ cognouit deũ. q̄ꝛ de⁹ dile- ctio ē. Ista cõtextio satis apte declarat ean- dem ipam fraternã dilectionē. Naꝫ fraterna dilectio est qua diligim⁹ inuicē. nõ solũ ex deo sed etiã deũ eē tanta autoritate ꝑdicari. s. Jo hannis. Cũ ḡ de dilectiõe diligim⁹ fratrē. de deo diligim⁹ fratrē. nec fieri põt vt eandem dilectionē nõ ꝑcipue diligam⁹ qua fratrē di- ligimus. q̄m de⁹ dilectio ē. Itē q̄ nõ diligit fra trē: nõ ē in dilectione. ⁊ qui nõ est in dilectio- ne: nõ est in deo. quia deus dilectio est. Ecce apte dixit fraternã dilectionē deum esse:

Q̄ fraterna dilectio cũ sit deus. nõ est pa ter vel filius. sed spũssanctus tm̄. d

Cum autem frater

na dilectio sit deus. nec pater ē nec filius. ſʒ tm̄ spũsscũs. q̄ ꝓprie in trinitate dilectio vl' cha ritas dicit̃. Un̄ Aug⁹. in. xv. lib. de tri. Si in (Aug⁹.) donis dei nihil est mai⁹ charitate. ⁊ nullũ est mai⁹ donũ dei q̄ꝫ spũsscũs. qd cõsequēti⁹ ē q̄ꝫ vt ipe sit charitas q̄ dicit̃ ⁊ de⁹ ⁊ ex deo. Ita em̄ ait Jo̅hes. Dilectio ex deo est. Et paulo post. De⁹ dilectio ē. Ubi manifestat eã se di- lectionē dixisse deũ quã dixit ex deo. de⁹ ḡ ex deo ē dilectio. Itē in eodē. Jo̅hes volens de hac re apti⁹ loq̄. In hoc inq̄t cognoscim⁹: q̄ꝛ in ipo manem⁹: ⁊ ipse in nobis. q̄ꝛ de spũ suo dedit nobis. Spũs itaq̄ꝫ scũs de q̄ dedit nob̄ facit nos in deo manere. ⁊ ipm in nob̄. h̄ aũt facit dilectio. Ipe ē ḡ de⁹ dilectio. Ipe igit̃ si gnificat̃ vbi legit̃. deus dilectio ē. Ex his ap- paret ꝙ spũsscũs charitas est.

Q̄ nõ est dictũ ꝑ cãm illud. de⁹ charitas ē sic illud. tu es patiētia mea ⁊ spes mea. e

Sʒ ne forte aliquis

dicat illud eē dictũ ꝑ expressionē cause. deus charitas ē. s. ꝙ charitas sit ex deo. ⁊ nõ sit ipe deus. sic dicit̃. deus nr̃a patiētia ē ⁊ spes. non ꝙ ipse sit ista. ſʒ q̄ꝛ ista ex deo sunt. Occurrit aug⁹. oñdens hoc nõ eē dictũ ꝑ cãm sicut illa in. xv. li. de tri. ita dicēs. Nõ dicturi sum⁹ cha ritatem nõ ꝓpterea eē dictã deũ: ꝙ ipa chari tas sit vlla subã que dei digna sit noĩe. ſʒ ꝙ do num sit dei sicut dictũ ē deo. Tu es patientia mea. Nõ vtiq̄ꝫ ideo dictũ est. tu es patientia mea. ꝙ dei suba est nr̃a patiētia: ſʒ q̄ꝛ ab ipso nob̄ est. Un̄ alibi. Ab ipso est patientia mea: Hũc em̄ sensum facile refellit scripturarũ ip- sa locutio. Tale ē em̄. Tu es patiētia mea. q̄- le ē. Dñe spes mea. ⁊ de⁹ me⁹ mĩsc̄dia mea. ⁊ m̄lta silia. Nõ ē aũt dictũ. Dñe charitas mea aut tu es charitas mea. aut de⁹ charitas mea Sʒ ita dictũ ē. de⁹ charitas est. sicut dictum est deus spiritus est. Hoc qui non discernit intellectũ a dño: nõ expositionē q̄rat a nob̄. Nõ apti⁹ q̄cq̄ꝫ possum⁹ dicere. De⁹ ḡ chari- tas ē. Ex ꝑdictis clarescit ꝙ spũsscũs chari- tas ē. q̄ꝛ diligim⁹ deũ ⁊ ꝓximũ. vñ facili⁹ ē no bis oñdē quõ spũsscũs mittat̃ siue det̃ nob̄.

Quõ spũsscũs mittat̃ vel det̃ nob̄. f

Tunc enĩ mitti vel

dari dicit̃: cũ ita in nob̄ ē: vt faciat nõ diligere deũ ⁊ ꝓximũ. ꝑ qd̃ manem⁹ in deo. ⁊ deus in nob̄. Un̄ Aug⁹. hũc missionis modũ insinu- (Aug⁹.) ans in. xv. lib. de tri. ait. De⁹ spũsscũs q̄ ꝓce- dit ex deo cũ dat⁹ fuerit hoĩ. accēdit eũ ad di- ligendũ deũ ⁊ ꝓximũ. ⁊ ipe dilectio ē. Nõ em̄

hab; hō vñ diligat deū nisi ex deo. Ecce quō daſ vel mittiſ nob spūsscūs. fm̄ q̄ diciſ datū siue donū. Qō donū cōmēdat Aug⁹. explanans aptius quō deſ in eodē lib. Dilectio inquit dei diffusa ē in cordib⁹ nr̄is. vt ait aplus p spm̄scm̄ q dat⁹ ē nob. Nullū ē isto dono dei excellenti⁹. Solū ē qō diuidit int̄ filios regni ⁊ filios pditionis. Danſ ⁊ alia p spiritū munera. s̄ sine charitate nihil p̄sunt. Nisi ḡ tm̄ impartiaſ cuiq; spūsscūs: vt eū dei ⁊ p̄ximi faciat amatorē. a sinistra nō transferſ ad dexteram. Nec; spūsscūs p̄prie diciſ donū nisi p̄pter dilectionē. quā q̄ nō habuerit: ⁊ si loquatur oīb⁹ linguis. ⁊ habuerit p̄phetiā ⁊ omnē sciam ⁊ oēm fidē. ⁊ distribuerit subam suam. ⁊ tradiderit corp⁹ suū ita vt ardeat: nō ei p̄dest. Q̄tū ḡ bonū ē: sine q ad eternā vitā nemine tanta bona pducūt. Ipa v̄o dilectio vl' charitas: nā vni⁹ rei nomen ē: vtrūq; pducit ad regnū. Dilectio ḡ que ex deo ē. ⁊ de⁹ proprie spūsscūs ē. p quē diffundiſ in cordib⁹ nostris de⁹ charitas. p quā nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spūsscūs cum sit de⁹: vocaſ etiā donū dei. Quod donū p̄prie q̄d nisi charitas intelligendū ē q̄ pducit ad deū. ⁊ sine qua quodlibet aliud dei donū nō pducit ad deū. Ecce hic apiſ qō sup̄ dictum erat. s. q̄ charitas sit spūsscūs: ⁊ donū excellentius. ⁊ quō h̄ donū. i. spūsscūs detur nob. s. cū ita impartiſ alicui. i. ita habet eē in aliquo: vt eū faciat dei ⁊ p̄ximi amatorē. Qō cū facit: tūc aūt dari diciſ siue mitti alicui. et tūc ille diciſ p̄prie habere spiritūsanctum.

Quō spūsscūs daſ: hic notaſ.

Predicte autoritates colligūt summam

Utrū cōcedēdū sit q̄ spūsscūs augeaſ in hoīe. vel magis vl' min⁹ habeaſ vel deſ. g

Hic queritur si cha

ritas spūsscūs ē. cū ipsa augeaſ ⁊ minuaſ in hoīe. ⁊ magis ⁊ minus p diuersa tp̄a habeaſ vtrū cōcedendū sit q̄ spūsscūs augeaſ vl' minuaſ in hoīe. ⁊ magis ⁊ min⁹ habeaſ. Si eīn in hoīe augereſ. ⁊ magis vel minus datur et habeſ. mutabilis eē videſ. deus aūt oīno immutabilis videſ. Videſ ḡ q̄ vel spūsscūs nō sit charitas. vel charitas nō augeaſ vel minuaſ in hoīe. Itē charitas ⁊ nō habēti daſ vt habeat. ⁊ habēti vt pleni⁹ habeat. Si ḡ spūssanct⁹ charitas ē: ⁊ nō habēti daſ vt habeat ⁊ h̄nti vt pleni⁹ h̄eat. Sz quō daſ n̄ h̄nti. i. cū ipse vt de⁹ sit vbiq;. ⁊ in oīb⁹ creaturis tot⁹. Et quō pleni⁹ daſ vel habeſ sine sui mutatiōe.

An spūsscūs deſ habenti ⁊ non habenti

Responsio ad primā questionē. h

His ita respōdem⁹

dicentes. q; spūsscūs siue charitas penit⁹ immutabilis ē. nec in se augeſ vel minuiſ. nec i se recipit magis vel min⁹. sed in hoīe. vel potius hoī augeſ ⁊ minuiſ. ⁊ magis vel minus daſ vel habeſ. sicut deus diciſ magnificari ⁊ exaltari in nob. q tn̄ in se nec magnificaſ: nec exaltaſ. Vñ p̄ph̄a. Accedat hō ad cor altū: ⁊ exaltabiſ deus. Sup quē locū ait autoritas. Deus nō in se s̄ in corde hoīs grādescit. Sic h̄ spūsscūs hoī daſ. ⁊ datus amplius datur id ē. augeſ. ⁊ magis ⁊ min⁹ habeſ. ⁊ tamē immutabilis existit.

Hic ponit illius dubij solutionē

Responsio ad secundam. i

Cunq; vbiq; sit. et

in oīni creatura totus. sunt tn̄ multi q eū nō habent. Nō eīn oēs spm̄scm̄ habēt in quib⁹ est. alioqn ⁊ irrationabiles creature haberēt spm̄scm̄. quod fidei pietas nō admittit.

Autoritate cōfirmat vtrāq; r̄sionē. k

Ut autem certius

fiat qō diximus autoritate cōfirmamus. Q̄ spūsscūs magis ac minus pcipiaſ ⁊ hoī augeatur. ⁊ nō habēti deſ. ⁊ habēti vt plus habeatur. Aug. ostēdit sup Joh. dicēs. Sine spūscō cōstat nos christū nō diligere. ⁊ ei⁹ mandata s̄uare nō posse ⁊ id nos posse atq; agere tāto minus q̄to illū pcipim⁹ min⁹. Tanto v̄o amplius q̄to illū pcipimus ampli⁹. Jdq; nō solū nō habēti. verūetiā habēti nō incassum p̄mittiſ. Nō habēti q̄dē vt habeaſ: habēti aūt vt ampli⁹ habeaſ. Nā si ab alio minus. et ab alio amplius nō habereſ: sanct⁹ Helyse⁹ scō Helye nō diceret. Spūs qui ē in te duplo sit i me. Christo aūt qui ē dei filius nō ad mensuram datus ē spūs. Nec; eīn sine gr̄a spūssancti ē mediator dei ⁊ hoīm hō christus. Q̄ eīn ē vnigenitus dei fili⁹ equalis patri: nō ē gratie sed nature. Q̄ aūt in vnitatē psone vnigeniti assumptus est hō: gr̄e ē nō nature. Ceteris aūt ad mensurā daſ. ⁊ datus addiſ: donec vnicuiq; p modo sue pfectionis propria mensura compleaſ. Ecce expresse habes q̄ spūsscūs magis ⁊ minus daſ vel accipiſ. ⁊ homini datus augeaſ. ⁊ habēti ⁊ nō habēti daſ quia spūsscūs est charitas que nō habēti daſ ⁊ in habēte augeſ ⁊ p̄ficit. Immo vt veri⁹ et magis p̄prie loquar. hō in ea p̄ficit. ⁊ deficit aliqñ. ⁊ tunc ipsa dicitur proficere vel deficere. que tn̄ nec p̄ficit nec deficit in se. q: de⁹ ē.

Hic ponit cōfirmationem p̄dicte conclusiōis

Aug⁹. Unde Aug⁹. in omel. ix. sup eplam Joh. ait. Probet se q̄sq; q̄ītū in illo pfecerit charitas vel potius q̄ītū ipe in charitate pfecerit. Nā si charitas deus ē. nec deficit nec pficit Sic ḡ in te pficere dicit charitas. quia tu in ea pficis. Ecce quō intelligendū sit: cū dr spūssctūs augeri in nobis. quia nos in eo. s. proficimus sic ⁊ alia hmōi.

Qz aliq dicūt spūsscm̄ nō esse charitatem qua diligimus deū ⁊ p̄ximum. n

Supra dictum est

q spūssctūs charitas ē patris ⁊ filij qua se inuicem diligunt ⁊ nos. ⁊ ipe idem ē charitas que diffundit in cordibus nr̄is: ad diligendū deū et p̄ximū. Horū alterū oēs catholici concedunt. s. q spūssctūs sit charitas pr̄is ⁊ filij. Qz aūt ipse idē sit charitas qua diligim⁹ deū ⁊ p̄ximū a plerisq; negat. Dicūt em̄. Si spūssanctus charitas ē patris ⁊ filij ⁊ nr̄a. eadem ergo charitas est qua deus diligit nos. ⁊ qua nos diligim⁹ deū. Hoc aūt scōꝝ autoritates negare vident. Dicit em̄ Aug⁹. in lib. de spū ⁊ lr̄a. Uñ est dilectio nisi vñ ⁊ ipsa fides. id est a spūscō. Nō esset em̄ in nobis nisi diffunderetur in cordibus p spm̄. Charitas aūt dei dicta ē diffundi in cordibus nr̄is. nō qua nos ipse diligit. sed q̄ nos facit dilectores suos. Sicut iusticia dei dicit: qua nos iusti ei⁹ munere efficimur. ⁊ dn̄i sal⁹ qua nos saluat. ⁊ fides xp̄i qua nos fideles facit. His v̄bis videt mōstrari distinctio int charitatē q̄ nos de⁹ diligit ⁊ q̄ nos diligim⁹ Et sic iusticia nr̄a dr̄ dī. nō q ipe sit ea iustus. sed qz ea nos iustos facit. Similiter ⁊ fides ⁊ salus. sic videt dicta dei charitas que ē in nobis. nō q ipe ea diligat. ſ qz ea nos diligere facit. De h̄ etiā idē Aug⁹. in lib. xv. de tri. ait. Cū ioh̄es cōmemorasset dei dilectionē. nō qua nos eū: ſ qua ipe dilexit nos ⁊ misit filiū suū liberatorē p pctīs nr̄is. Ecce ⁊ hic videt manifeste diuidere dilectionez q̄ nos diligimus deū ab ea qua ipse diligit nos.

Autoritates q̄ videntur p eis facere — *Aug⁹.* — *Aug⁹.*

Si ergo inquiūt spūssctūs dilectio ē q̄ deus diligit. ⁊ qua nos diligimus: duplex dilectio ē imo duo diuersa ē. qd absurdū ⁊ a v̄itate longe est. Non est ergo dilectio qua diligimus. ſ qua deus tm̄ diligit nos.

Ex verbis autoritatū argumentando procedit

Responsio ad predicta determinans autoritates. m

His respondemus

p̄dictarū autoritatū v̄ba determināntes h̄ mō. Charitas dei dicta est diffundi in cordib⁹ nostris. nō qua ipe nos diligit. ſ q̄ nos diligere facit ⁊c. His v̄bis nō diuidit. nec diuisa ōndit charitas qua de⁹ nos diligit ab ea q̄ nos diligimus. ſ potius cū sit vna ⁊ eadē charitas. ⁊ dicat ipsa dei charitas. ⁊ diuersis de causis ⁊ rōnib⁹ dei charitas appellari in scriptura ostēditur. Dicit em̄ dei charitas. vel qz de⁹ ea diligit nos: vel qz nos ea sui dilectores facit.

Determinatio prime autoritatis. n

Cum ergo ab apo-

stolo dicit charitas dei diffundi in cordibus nr̄is. nō ē dicta charitas dei qua diligit nos. ſ qua facit nos diligere. i. nō ibi appellat charitas dei eo q de⁹ nos ea diligit ſ eo q nos ea sui dilectores fac. Et q ea rōne possit dici charitas dei. qz nos ea diligere facit: ex sili genere locutionis ōndit. sic dicit iusticia dei q̄ nos iustificat. ⁊ dn̄i sal⁹ q̄ nos saluat. ⁊ fides christi qua nos fideles facit.

Determinatio secunde o

Similiter et aliam

exponim⁹ autoritatē. vbi ait dilectionē dei cōmemorari. nō q̄ nos eū: ſ qua ipse dilexit nos ac si dicēt. cōmēorat dilectionē dei. nō ſm q ea nos diligim⁹ deū. ſ ſm q ipe ea diligit nos

Aliud obijciunt. p

Sed aliud ē inqui-

unt qd magis vrget. dixit em̄ supra Aug⁹. q dilectio est a spūscō: a q̄ fides. Sic ergo fides nō ē spūssctūs a q̄ ē ita nec charitas. Quō ergo spūssctūs ē si ab ipo ē. Nā si ab ipo ē. ⁊ ipe ē. ergo spūssctūs a seipso ē. Ad qd dicimus. Spūssctūs quidē a seipso nō ē. sed tm̄ a seipso dat nobis. vt supra dictū ē. Dat em̄ seipm̄ nobis spiritussctūs. Et ex hoc sensu dictū est: q charitas ab ipo ē in nob. ⁊ tm̄ ipa spūssctūs est. Fides aūt ē a spūscō ⁊ nō ē spūssctūs: qz donū vel datū solūmodo est. nō deus dans.

Rñsio

Qz alias inducūt rationes ⁊ autoritates ad idem probandum. q

Alias quoq; indu-

cunt rōnes ad ideō ōndendū. s. q charitas nō sit spūssctūs. qz charitas affectio mētis ē ⁊ motus animi. spūssctūs v̄o nō ē affectio animi vl mot⁹ mentis. quia spiritussanctus immutabilis est ⁊ increatus. Non est ergo charitas.

Q̄ charitas ē mot⁹ vel affectio animi. r

Q̄ autem charitas

sit affectio animi ⁊ mot⁹ mētis: autoritatibus cōfirmāt. Dicit em̄ Aug⁹. in. iij. lib. de doctrina xp̄iana. Charitatē voco motum animi ad fruendū deo ꝓpter ip̄m. ⁊ se ac ꝓximo ꝓpter deū. Jdē i li. de morib⁹ ecclesie catholice: tractans illō ỽbū apl̄i. Nec mors nec vita poterit nos sepāre a charitate dei. Charitas dei inq̄t dicta ē ỽt⁹ q̄ animi nr̄i rectissima affectō ē. que cōiungit nos deo q̄ eū diligim⁹. Ecce his ỽbis exp̄mit̄ q̄ charitas ē affectio ⁊ motus animi. ac ꝑ h̄ nō videt̄ eē sp̄ūsscūs. (Aug⁹.)

Responsio determinās autoritates. s

Ad quod dicimus

h ita dictū eē sicut d̄r. de⁹ ē spes nr̄a ⁊ patientia nr̄a. q: facit nos sperare ⁊ pati. Jta charitas d̄r eē mot⁹ siue affectio animi. q: ꝑ eā mouet̄ ⁊ afficit̄ anim⁹ ad diligendū deū. Nō aūt mirens si charitas cū sit sp̄ūsscūs dicat̄ motus mētis. cū etiā in lib. Sap. dicat̄ de sp̄ū sapientie: q̄ attingit a fine vsq̄ ad finē. q̄ ē act⁹ mobilis. cert⁹ incoinq̄nat⁹. Q̄ō nō ideo d̄r q̄ sapiētia sit mobile aliq̄d vel act⁹ aliq̄s: s̄ q̄a sui imobilitate oīa attingit. nō localim otu. s̄ vt vbiq̄ sp̄ sit. ⁊ nusq̄ inclusa teneat̄. Sic ḡ charitas d̄r mot⁹ animi. nō q̄ ip̄a sit mot⁹ vel affectio vel ỽt⁹ animi. s̄ q: ꝑ eā q̄si eēt ỽt⁹: afficitur mēs ⁊ mouet̄. Sȝ si charitas sp̄ūsscūs ē q̄ opat̄ in singulis put vult. cū ꝑ euȝ mēs hoīs afficiat̄ ⁊ moueat̄ ad credendū vel sperādū ⁊ hmōi. sic ad diligendū. Quare nō sic dicit̄ charitas mot⁹ vel affectio mētis ad credendum vel sperandū sic ad diligenduȝ: Ad q̄ō sane dici pōt. q: alios act⁹ atq̄ mot⁹ ỽtutum opat̄ charitas. i. sp̄ūsscūs mediātib⁹ ỽtutib⁹ quarū act⁹ sunt. vtpote actū fidei. i. credere fide media. ⁊ actū spei. i. sperare media spe. Per fidē em̄ ⁊ spem p̄dictos opat̄ act⁹. Diligendi ỽo actū ꝑ se tm̄: sine alicui⁹ ỽtutis medio opat̄. i. diligere. Aliter ḡ hūc actū opat̄ q̄ alios ỽtutū act⁹. Jdōq̄ different̄ de h̄ ⁊ d̄ alijs loquit̄ scriptura. q̄ istū specialit̄ charitati tribuit. Est ḡ charitas ỽe sp̄ūsscūs. Vn̄ Aug⁹. p̄missum ỽbū apl̄i tractās in eodē lib. charitatem dicit eē bonum q̄ nil meli⁹ ē. ⁊ ꝑ h̄ ipsam eē deū significat dicēs. Si nulla res ab eius charitate nos sepat. q̄d eē nō solū meli⁹: sed etiā certi⁹ h̄ bono pōt: Ecce dic q: charitate nihil meli⁹ ē. Charitas ḡ sp̄ūsscūs ē q̄ ē de⁹: ⁊ donū dei siue datū. q̄ diuidit singulis fidelib⁹ (Aug⁹.) dona. nec ip̄e diuidit̄: s̄ indiuisus singulis datur. Vn̄ Aug⁹. Ubi Johēs dicit. nō ad mensurā christo dari sp̄m ait. Ceteris ỽo diuidit̄. nō quidē ip̄e sp̄ūs: sed dona eius.

An ꝓcedēdū sit q̄ ꝑ donū dent̄ dona. t

Hic queritur cū spi

ritusscūs ꝑ quē diuidunt̄ dona ip̄e sit donum vtrū ꝓcedendū sit q̄ ꝑ donū diuidant̄ ac dent̄ dona: Ad q̄ō dicim⁹ q: ꝑ donū q̄ō ē sp̄ūsscūs: singulis ꝓpria diuidunt̄. ⁊ ip̄m cōiter oēs boni hn̄t. Vn̄ Aug⁹. in. xv. li. de tri. ait. Per donum q̄ ē sp̄ūsscūs in cōmune oib⁹ mēbris xp̄i multa dona q̄ sunt q̄busq̄ ꝓpria diuiduntur Nō ei singli q̄q̄ hn̄t oīa. s̄ hi illa. alij alia. q̄uis ip̄m donū a q̄ cuiq̄ ꝓpria diuidūt̄ oēs hēant. i. sp̄m scm̄. Apte dicit ꝑ donū dona donari. (Aug⁹.)

Jsta est distinctio decimaseptima. Jn q̄ magister postq̄ egit de missiōe sp̄ūsscī visibili sub speciebus creatis. agit de missione eius inuisibili ꝑ infusionē charitatis. Et tria principaliter facit. P̄rīo em̄ ostēdit q̄d charitas s̄m eēntiā dicat̄. Scd̄o subdit q̄ō in nobis augeat̄. Tertio cōcludit q̄ō actū dilectiōis in nobis opat̄. Primū facit vsq̄ ibi. Hic querit̄ si spiritusscūs charitas ē. Scd̄m ab inde vsq̄ ibi. Supra dictū ē q̄ sp̄ūsscūs ē charitas. Tertiū ỽo vsq̄ ad finem distinctiōis. ⁊ hec in generali. Jn speciali sentētia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionibus. quarū prima ē Sp̄ūsscūs exn̄s charitas: qua deū ⁊ ꝓximū diligimus: tūc nobis inuisibilis mittit̄ vel dat̄. cū talē dilectionē in nobis efficit vel opat̄. Et ꝓbat̄ sic: Sola charitas q̄ facit nos in deo manere: ⁊ deū in nobis. ē maximū dei donū. sp̄ūsscūs q̄ ē maximū dei donum facit deū eē in nobis: ⁊ nos manere in deo. igit̄ solus sp̄ūsscūs ē charitas. Hāc sn̄iam mgr̄ ponēs in l̄ra dicit: q̄ sp̄ūsscūs q̄ tpaliter missione dat̄ inuisibili: est charitas qua deū ⁊ ꝓximū diligimus. Et tūc inuisibiliter mittit̄ vel dat̄: cū hmōi dilectione dei ⁊ ꝓximi in nobis occulte opat̄. Et hoc ꝓbat mgr̄ beati Augusti. autoritate. Postea magister excludit instantiā qua posset dici deū eē charitatē. ⁊ hoc debere intelligi ꝑ causalitatē sicut etiā dicit̄. de⁹ ē patientia nr̄a. et spes nr̄a. q: patientiā ⁊ spem in nobis opat̄ ⁊ causat. sic etiā dici debeat deū eē charitatē. i. charitatē in nobis causans. sed hoc remouet mgr̄. ⁊ dicit q̄ hoc nomen cōsonat sacre scripture in qua bn̄ repit̄ De⁹ patientia mea ⁊ spes mea. sed nullibi inuenit̄ dictū. De⁹ charitas mea. vel aliquid talium. sȝ simpliciter dicit̄. De⁹ charitas ē. q̄ō nō fieret nisi eēntialiter charitas eēt. Scd̄a ꝓpositio ē hec. Sp̄m scm̄ q̄ charitas ē in nobis augeri vel minui s̄m q̄ in ip̄o ꝓficim⁹ vel deficimus: nullaten⁹ catholice ē negandū. Et ꝓbat̄ sic. Jllud catholice de deo nō negat̄ q̄ō cōuenienti similitudine in sacra scriptura cōcessum cōiter repit̄. sȝ sp̄m scm̄ in nobis augeri vel minui s̄m q̄ in ip̄o ꝓficimus vel deficim⁹ ē hmōi. igit̄ illud catholice nō negatur. Argumētū apparet eundēs ⁊ maior. sȝ minoris ꝓbationem mgr̄ ponit in textu. vbi obijcit cōtra sn̄iam in prima ꝓpositione. s. q̄ sp̄ūsscūs sit charitas. sequit̄ q̄ sicut charitas augeret̄ in hoīe. ⁊ nō hn̄ti daret̄ vt eā habeat: ⁊ hn̄ti vt plen⁹ eā habeat. sic etiā sp̄ūsscūs augeret̄ ⁊ minueret̄ in hoīe. ⁊ daret̄ nō hn̄ti. q̄ oīa sūt incōueniētia: vt apparet: eo q̄ videret̄ ponere mutationē in deo. ⁊ ip̄m nō eē vbiq̄. Ad quaȝ mgr̄ r̄ndet

Ista est distinctio vicesimanona· In q magister postq egit de innascibilitate put significatur hoc nomine ingenitus· Agit de cōmuni spiratione put significatur hoc nomine principium. Et dividitur in tres partes. In quarum prima ostēdit qualiter tota trinitas p hoc nomen principium se habet ad creaturas. In secunda subdit quō per idem nomen .s. principium: psone se habeant ad invicē. In tertia subiungit concludendo. q nō sit aliquod cōmune nomen quo exprimatur relatio patris et filij et spūssancti. sicut p nomē principiū exprimitur relatio pris ad spūmsctm Primū facit a pricipio distinctōis usque ibi. Deinde in eodem libro. Secundū ab inde usque ibi. Unū autē principium. Tertiū facit ab inde usque ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarum prima est hec Pater et filius et spiritussanctus sunt unum principium creaturarum temporaliter. Hanc propositionem magister probans dicit. q hoc nomen principium fm q relative dicitur: in divinis importat tm̄ relationem dei ad creaturas. vel relationem psonarū ad invicem. Et postea dicit q quelibet psona et tota trinitas dicitur principium creaturarum et eorum que naturaliter esse habent. non autē peccatorum. quia naturā viciant. et hoc est ratione creationis. propter quam creationem relatio intelligitur inter deū et creaturas. Sūt enim omnes psone unum principium respectu creature. et hoc ex tempore non ab eterno. propterea dicit q una persona est principium alterius. Nam pater est principium filij. quia ipsum genuit. et pater et filius sunt principium spūssancti. et hoc non ex tempore et essentialiter: sed notionaliter. Secunda propositio est hec. Pater est principium filij. pater et filius sunt unū pricipium ipsius spūssancti. Hoc mgr declarat auctoritate beati Augustini que sententialiter pmissa est Tertia ppositio est hec. Relatio qua pater et filius referūtur ad spūmsanctum nō habet aliquod nomen proprium usualiter. Hanc ppositionem magister probans querit. utrum pater et filius sunt eadem notione unū principium spūssancti. Et respondet q sic. licet non habeamus nomen illam notionē exprimens. Nam nomen illud .s. cōmunis spiratio: quo doctores illa notionem nominant temporibus magistri nondum fuit in usu. nec adhuc inventum. Postremo notandum est q hoc nomen principium transiens in pdicationem divinorum non semp sumitur uniformiter. Nam quandoque accipitur psonaliter. ut cū dr principiū de principio. et quandoque notionaliter. ut cum dicitur. Pater et filius sunt unum principiū spūssancti. quandoque essentialiter. ut cum dicitur. Pater et filius et spūssanctus sunt unum principiū creature. Et tm̄ in speciali.

De his que tpaliter de deo dicuntur et relative fm accidens qd non deo sed creaturis accidit· a

Di· XXX

Sunt eniz que

dam que ex tpe de deo dicuntur· et que tpaliter conveniunt sine sui mutatione· et relative dicuntur fm accidens· non qd accidit deo: sed qd accidit creaturis· ut creator· dñs· refugium· datum vel donatum: et huiusmodi· De his Aug⁹· in· v· li· de tri· ait· Creator relative dicitur ad creaturam sicut dñs ad servum· Item nō aliquem moveat q spiritussanctus cum sit coeternus patri et filio· dicitur tm̄ aliquid ex tpe· veluti hoc ipsum qd donatū diximus· Nā sempiterne spūssanctus est donum· tpaliter autē donatū· Et si dñs nō dicitur nisi cū habere incipit servū· etiā ista appellatio relativa ex tpe est deo· Nō enim sempiterna creatura est: cuius ille dñs est· ergo dñm esse nō sempiternū habet· ne cogamur etiā creaturā sempiternā dicere· quia ille sempiterne nō dominaretur: nisi etiā ista sempiterne famularetur· Sicut autē nō pōt esse servus qui nō habet dñm· sic nec dñs qui nō habet servum·

Aug⁹·

Oppositio q non ex tpe sit dñs· quia est dñs tpis qd non est ex tempore· b

Sed hic aliquis di

cet q nō ex tpe competit deo hec appellatio qua dr dñs· quia nō est tm̄ dñs rerū que ex tpe ceperunt· sed etiā illius rei que non cepit ex tpe· i· ipsius tpis· Qd nō cepit ex tpe· quia non erat ante tempus q inciperet· Et ideo nō cepit

Q̄ñ dñs cepit: deus cepit esse dñs. nec añ tpus fuit dñs. sed cum tpe. nō ex tēpore vel in tpe q: nō añ fuit q ipse dñs: sed simul.

Rñsio. — *Aug°.*

esse dñs ex tpe. Ad qd dici potest: q2 licet nõ ceperit ex tpe dñs esse temporis. cepit tñ esse dñs tpis: q2 nõ semp fuit tempus. 2 ipsi° hominis ex tpe cepit esse dñs. De hoc Aug° in eodem li. 2tinue ita ait. Quisquis extiterit q eternum deũ solu3 dicat. tempora vero nõ esse eterna pp̃ter varietatẽ 2 mutabilitatem. sed tñ ipsa tpa non in tpe esse cepisse. q2 nõ erat temp° anteq̃ tpa inciperent. Et ideo nõ in tpe accidenit deo vt dñs esset. q2 ipsorum temporum dñs erat. que vtiq3 nõ in tpe esse ceperunt. Quid rñdebit de homine qui in tpe factus est. cui° vtiq3 dñs nõ erat anteq̃ eẽt. Certe vt dñs hoĩs esset ex tpe accidit deo. 2 vt omnis amoueat̃ cõtrouersia: certe vt tu° dñs esset vel meus qui modo esse cepimus: ex tpe habuit. Quomodo ḡ obtinebim° nihil fm accidens dici deũ. nisi q2 ipsi° nature nihil accidit quo mutet̃: vt ea sint accidẽtia relatiua. q̃ cum aliqua mutatione rerũ de qbus dicunt̃ accidunt. sicut amicus relatiue dr. Non eñ amicus esse incipit: nisi cum amare cepit. Fit ḡ aliqua mutatio voluntatis vt amicus dicat̃. Nummus võ cum dicit̃ p̃cium: relatiue dr. nec tñ mutat° est cu3 esse ceperit precium. nec cum dr pignus 2 h mõi. Si ḡ nummus põt nulla sui mutatione totiens dici relatiue: vt neq3 cũ incipit dici. neq3 cum desinit aliq̃d in ei° natura vel forma qua num° est mutationis fiat. quãto facilius de illa incõmutabili dei suba debem° accipere q ita dicat̃ relatiue aliquid ad creaturã. vt q̃uis tpaliter incipiat dici. non tñ ipsi substãtie dei accidisse aliquid intelligat̃. sed illi creature ad quam dr. qualiter etiã refugiu3 nostrum dicit̃. Refugiu3 eñ nr̃ m dicit̃ deus relatiue. ad nos eñ refert̃. 2 tunc refugiũ nostrum fit cum ad eũ refugim°. Nunq̃d tunc fit aliquid in ei° natura qd anteq̃ refugeremus ad eum non erat: In nobis ḡ fit aliqua mutatio: qui ad eũ refugiẽdo efficimur meliores. In illo autẽ nulla. Sic 2 pater noster esse incipit: cũ p eius grãm regeneramur. q dedit nobis p̃tãtem filios dei fieri. Substantia ḡ nostra mutat̃ in meli°: cum filij eius efficimur. Sil̃r 2 ille pr̃ noster esse incipit. s nulla sue cõmutatione sube. Q ḡ tpaliter dici incipit de°: qd antea nõ dicebat̃. manifestu3 est relatiue dici. nõ tñ fm accidens dei q aliquid ei acciderit: sed plane fm accidens ei° ad qd dici aliquid de° incipit relatiue. Ex his apte ostẽdit̃: q quedã de deo tpaliter dicunt̃ relatiue ad creaturas sine mutatione deitatis. sed nõ sine mutatione creature. et ita accidens est in creatura nõ in creatore. 2 appellatio qua creatura dr relatiue ad creatorem: relatiua est. 2 relationẽ notat que est in ipsa creatura. Appellatio võ illa qua creator relatiue dr ad creaturã: relatiue q̃de3 est sed nullã notat relationẽ que fit i creatore.

Quõ intelligendu3 sit nihil dici d deo fm accidens. 2 que sunt accidentia relatiua.

Per sĩmitudinem oñd't q potest de° dici qd añ non dicebat̃ sine sui mutatõne vt nummus dicitur p̃cium.

Q de° dr refugium relatiue et ex tpe sine sui mutatione.

Q pater dr relatiue.

Sũmatim p̃dictorum intelligentiã perstringit.

Hic soluit̃ questio qua querebat̃ vtrum spũssanctus dicat̃ datum relatiue ad secum ipse det se.

c

Hic põt solui questio

supius p̃posita: vbi querebat̃ cũ spũssanctus datũ dicat̃ vel donatũ. Qd aũt dat̃ refertur ad eũ qui dat. 2 ad illũ cui dat̃. 2 spũssanctus det seipsum. vtrũ ad seipsum relatiue dicat̃ cum dr dari vel donari: Cui questioni rñdentes: dicim° spũmsanctũ dici datum vel donatũ relatiue. 2 ad dantẽ 2 ad illũ cui dat̃. Dans aũt siue donator est pr̃ cum filio 2 spũssancto. Nec tñ dicim° spũmsanctu3 referri ad se. sed appellatio dati vl' donati refert̃ ad dantem 2 ad recipientẽ. q2 nõ potest aliq̃d dici datũ nisi ab aliquo 2 alicui det̃. Cũ ãt spũssctũs dari a se vl' dat° a se dr relatiue q̃dẽ dr ad illu3 cui dat̃. 2 est appellatio relatiua. et in illo cui dat̃ mutatio fit nõ in dante.

Solutio.

Ista est distinctio tricesima hui° primi libri. In qua magister postq̃ egit de innascibilitate 2 communi spiratione. agit incidental̃r de q̃busdã relationibus que 2ueniunt deo ex tpe. Et tria facit. Nã primo ostendit deũ ad creaturã ex tpe referri. Secũdo subdit deum p talem relationẽ nõ mutari. Tertio exemplificat hoc per spũmsanctum et dr tpaliter dari. Primũ facit a principio distinctiõis vsq3 ibi. Quõ ergo obtinebim°. Secundũ ab inde vsq3 ibi. Hic potest solui. Tertiũ ab inde vsq3 ad finẽ distin. Et hec ẽ sñia hui° distinctionis in generali. In speciali sententia mgr̃i stat in tribus p̃positionib°. quar3 prima est hec. Constat deũ ad creaturas ex tpe referri. Hãc p̃positionẽ mgr̃ p̃bãs dicit. q illa que dicunt̃ de deo relatiue tpaliter dicunt̃ de ipso fm accidens. nõ fm accidens qd in deo sit: sed qd in creatur3 est. 2 exemplificat hoc p hmõi noĩa. creator. dñs refugiũ 2 similia que nõ p̃nt deo 2uenisse ab eterno. cum ab et̃no nõ habuit creaturã ad se refugientẽ seu seruum. sed incepit habere ex tpe. Cõtra quã mgr̃ obijciẽs dicit. q de° nõ incepit esse dñs tpis. q2 non incepit in tpe nec ex tpe. Ad qd mgr̃ rñdens dicit. q de° incepit esse dñs tpis: qñ tpus incepit esse. Uñ sicut tpus nõ incepit esse in tpe seu ex tpe. ita de° nõ incepit esse dñs tpis in tpe seu ex tpe. sed cu3 tpe. Scda p̃positio est hec Deus p relationẽ qua refert̃ ad creaturã nõ mutat̃. Hui° p̃positionis rõnem veritatis mgr̃ assignat di. q ipsa relatio est solũ in creatura realit̃. sed tñ ei° appellatio ẽ in deo respectu creatura3. Qd exemplificans dicit. q sicut num° fit p̃cium seu incipit esse precium sine sui mutatione. ita de° sine sui mutatione fit creator. Tertia p̃positio ẽ hec. q spũssanct° sine sui mutatione puris mentib° dat̃. Hãc p̃positionẽ mgr̃ p̃bat soluẽdo questionẽ suam quã supius distinctione. xviij. reliquerat insolutã. Utrum. s. spũssanctus dans seipsum possit referri ad seipsu3. Et rñdet q cũ spũssanctus dr datus vel missus a se. tũc relatiue dr

ad eum cui daẜ. ⁊ est relatio sm nomẽ. ⁊ nõ sm rem. ⁊ sit mutatio in illo cui daẜ nulla mutatiõe facta ĩ ipso donãte. Et tñ de sniã mgri in hac distinctõe ĩ spãli.

Quõ dicaẜ fili⁹ equalis pr̃i an sm subam an sm relationem ita ⁊ similis. a

Di. XXXI

Preterea con-

siderari optet: cũ tres psone coequales sibi sint. vtruz relatiue h̃ dicaẜ. an sm subam: et si relatiue. vtrum sm relationẽ an sm essentiã ꝯsiderãda sit equalitas? Deinde qd sit ipsa eq̃litas? Ad qđ dicimus: q2 sicut simile nihil sibi est. Similitudo eñi vt ait Hylari⁹ sibiipsi nõ est. ita ⁊ equale aliquid sibi non dr̃. ac ꝓ hoc sicut simile. ita ⁊ equale relatiue dr̃. Dicitur ğ relatiue filius equalis pr̃i. ⁊ vtriq3 spũssanct⁹. Est tñ equalis patri fili⁹. ⁊ vtriq3 spũssanct⁹ ꝑpter summam simplicitatẽ essentie ⁊ vnitatẽ. Equalis est ğ filius pr̃i sm subam. nõ sm relationẽ. Vñ Aug⁹. in. v. li. de tri. ait. Querimus sm quid equalis sit patri filius. nõ sm hoc q̄ ad patrẽ dicit̃ fili⁹ equalis est patri. Restat ğ vt sm id equalis sit q̄ ad se dicit̃. Quicq̄d autẽ ad se dicaẜ: sm subam dicit̃. Restat ğ vt sm substantiã sit equalis. Eadem ğ est vtriusq3 substantia. Itẽ in. vj. li. Sat3 est videre nullo mõ filiũ equalẽ esse pr̃i. si in aliquo. s. qđ ꝑtineat ad significandã eius subaz inequalis inuenit̃. In oĩbus ğ equalis est patri filius. ⁊ est eiusdem sube. Equalis est etiã spũssanctus. ⁊ in oĩbus equalis ꝑpt̃ summã simplicitatem illi⁹ substantie. Ex hĩa ꝑspicuum fit q̄ sm subam filius ẽ equalis patri. ⁊ vtriq3 spũs sanctus. ⁊ appellatio tñ relatiua est. Equalitas ğ patris ⁊ filij nõ est relatio vel notio sed naturalis vnitas ⁊ idemptitas.

Hylari⁹.

Aug⁹.

Quid sit equalitas

Hic quõ dicaẜ similis ⁊ q̄d sit silitudo. b

Hoc idem etiam di-

cimus de simili ⁊ similitudine. Cum eñi dicit̃ filius similis patri: relatiue q̄dem dicit̃. sed similis est patri ꝑpter vnitatẽ essentie. Est ğ appellatio tantũ relatiua. Similitudo v̓o indifferens essentia. Vñ quibusdam nõ indocte videt̃ nomine equalitatis vel similitudinis nõ aliquid poni: sed remoueri. vt ea ratione dicaẜ filius equalis patri. q2 nec maior est eo nec minor. ⁊ hoc ꝑpter vnitatẽ essentie. Ita ⁊ similis dicitur. q2 nec diuersus nec alienus. nec in aliquo dissimilis. Et hoc ꝑpt̃ essentie simplicitatez. Non ğ sm q̄ filius est genitus a patre: equalis vel inequalis ẽ patri. nec similis vel dissimilis. sed equalis ⁊ similis sm substantiam.

Quibusdã videt̃ q̄ noĩe equalitatꝭ vl' silitudinis ñ ponit̃ aliq̄d: sed remouet̃.

De sententia sancti Hylarij qua in trinitate ꝑsonarum ꝑpria ostendit. c

Nõ est igit̃ hic pre-

termittendum q̄ vir illustris Hylari⁹ ꝑprietates ꝑsonarum assignans: dicit in pr̃e esse eternitatẽ. speciem in imagine. vsum in munere. Que tante difficultatis sunt verba: vt in eo2 intelligentia atq3 explanatione vehementer laborauerit Aug⁹. vt ipse ostẽdit in vj. li. de tri. ita dicens. Quidam cum vellet breuissime singula2 in trinitate ꝑsonarũ insinuare ꝑpria. Eternitas est inquit in patre species in imagine. vsus ĩ munere. Et q2 nõ mediocris autoritatis in tractatione scripturarũ ⁊ assertione fidei vir extitit. Hec eñi Hylarius in libris suis posuit. Ho2 verborũ id est patris ⁊ imaginis ⁊ muneris eternitatis speciei ⁊ vsus abditam scrutat⁹ intelligẽtiam: quantũ valeo nõ eum secutũ arbitror in eternitatis vocabulo. nisi q̄ pater nõ h3 patrẽ de quo sit. filius aũt de patre est vt sit. atq3 vt illi coeternus sit. Imago eñi si ꝑfecte implet illud cui⁹ imago est: ipsa coequaẜ ei. nõ illud imagini sue. in qua imagine speciez nominauit. Credo ꝑpter pulcritudinez vbi tanta est ꝯgruentia ⁊ prima equalitas ⁊ prima similitudo nulla ĩ re dissidẽs. et nullo mõ inequalis. ⁊ nulla ex parte dissimilis. sed ad idemptitatem r̃ndens ei cui⁹ imago est. vbi est prima ⁊ summa vita. cui nõ est aliud viuere ⁊ aliud esse. sed idem ⁊ p̃mus ac summ⁹ intellect⁹ cui nõ est aliud viuere ⁊ aliud intelligere: sed idem hoc est vnũ tanq3 verbum ꝑfectum: cui nõ desit aliquid. ⁊ ars quedã omnipotentis ⁊ sapientis dei. plena omniũ rationum viuentiũ incõmutabiliũ. ⁊ omnes vnũ in ea. sicut ipsa vnũ de vno cum quo vnũ. ibi nouit omnia deus que fecit ꝑ ipsam.

Ex q̄ sensu ĩtelligẽda sũt v̓ba Hyla. ħ docet Aug. ⁊ prius quare pr̃i eternitas tribuat̃.

Hylari⁹ in li. de synodis. Imago eius ad quaz imaginaẜ spẽs. indifferẽs est. Req3. n. ipse sibi q̄sq3 imago est. sed eũ cui⁹ imago ẽ necesse est vt imago demõstret. Imago ğ ẽ rei ad rez coequendã ⁊ imaginata et ĩdiscreta silitudo. Est ğ pater. ẽ etiaz fili⁹. q2 imago patris est filius. Et q2 imago est vt rei imago sit spẽm necesse ẽ et naturã ⁊ eẽntiaz sm q3 imago ẽ in se habeat autoris.

Hic de spũsancto quare vsus dicaẜ. d

Est autẽ ineffabilis

q̄daz cõplexus pr̃is ⁊ imaginis q̄ nõ est sine ꝑfruitiõe. sine charitate. sine gaudio. Illa ğ dilectio delectatio. felicitas vl' beatitudo. si tñ aliq̄ hũana voce digne dr̃ vsus ab illo appellata est breuit̃. ⁊ est ĩ trinitate spũssanct⁹ nõ genitus. s̃ genitoris genitiq3 suauitas. ingenti largitate atq3 vbertate ꝑfundẽs oẽs creaturas ꝓ captu ea2. Itaq3 illa tria ⁊ a se inuicem determinari videnẜ. ⁊ in se infinita

sunt· Qui videt h̄ vel ex pte: vel p speculum in enigmate: gaudeat ꝯgnoscēs deū ⁊ grās agat· Qui v̄o non videt tendat p pietatē ad videndū· non p cecitatē ad calūniandū· qm̄ vn⁹ est deus· sed tm̄ trinitas· Ecce habes qualr verba hylarij p̄missa accipiēda sunt· licet tante sint ꝓfunditatꝭ· vt etiā adhibita expositione vix aliquaten⁹ ea intelligere valeat human⁹ sensus cum ⁊ ipsa eoꝝ explanatio quam hic Aug⁹· edidit: plurimū in se habet difficultatis ⁊ ambiguitatis·

Q non mō illa v̄ba hylarij, sed explanatio Augustini sup his obscurissima est.

Q ꝺm hanc expositionē nō distinguunt ibi ꝓprietates ꝑsonarum tres· e

Non enim secūduz

p̄missam expositionē distiguunt hic tres ille ꝓprietates superi⁹ assignate· ꝗ ipse hypostases distincte ab inuicē monstrant· Eternitatis tm̄ noīe eadez videt designata ꝓprietas: quā notat h̄ nomen ingenit⁹· Sz videamus q̄d sit qd ait· Imago si ꝑfecte iplet cui⁹ imago est· ipsa coequat ei· nō illud sue imagini· videt eniz dicere ꝙ fili⁹ q̄ est imago pr̄is: pr̄i coequat· nō pr̄ filio· cū et fili⁹ dicat equalis patri in scriptura· ⁊ pr̄ filio· sz fili⁹ h̄ȝ a pr̄e vt sit ei eq̄lis· pr̄ aūt nō habet a filio· ⁊ tm̄ fili⁹ plene ac ꝑfecte equalis est patri· i· imago ei cuius est imago·

Quare dicat hylarius ꝓpria ꝑsonaꝝ assinasse in verbis p̄dictꝭ· cum ibi nō sint exp̄sse ꝓprietates· f

Propria ergo per-

sonaꝝ in p̄dictꝭ v̄bis assignasse d̄r hylarius qꝛ relatiua noīa ꝑsonaꝝ posuit· s· pr̄is imaginis ⁊ munerꝭ· que relatiue dicunt de ꝑsonis ⁊ ꝓprietates notant qb⁹ distinguunt ꝑsone Ita eīn d̄r spūssanct⁹ mun⁹ relatiue sicut donum· Uerumtn̄ ipsas ꝓprietates alijs trib⁹ noīb⁹ nō significauit: iuxta p̄dictā Augustini expositionē: nisi solo noīe eternitatꝭ· q̄ nō ipsam paternitatez· sed eam voluit intelligi notionem qua dicit ingenitus·

Hylariꝭ in li. de synodis. Si qs inascibilē ⁊ sine initio dicat filiū quasi duo sine principio ⁊ duo inascibilia. et duo inata. dicens duos faciat deos: anathema sit. caput eīn qd ē principiū oīm filius. Caput aūt quod est principiū xp̄i

Q earundem ꝑsonaꝝ distinctionē notat Aug⁹· alijs verbis sine exp̄ssione trium proprietatum· g

Illud etiam sciri

oportet ꝙ earundē triū ꝑsonaꝝ distinctionē Augꝭ· ꝯsidere volens· sine exp̄ssione illaruz triū ꝓprietatū superi⁹ cōmemorataꝝ in primo li· d̄ doc· xp̄iana sic ait· In pr̄e est vnitas in filio equalitas· in spūsancto vnitatꝭ equalitatisq̧ ꝯcordia· Et hec tria vnū oīa ꝓpter patrē· equalia oīa ꝓpter filiū· cōnexa oīa ꝓpter spūmsanctū· Itaq̧ pr̄ ⁊ filius ⁊ spūssanctus: ⁊ singulus q̄sq̧ hoꝝ de⁹ est· ⁊ simul oēs vnus de⁹· ⁊ singulus quisq̧ hoꝝ plena suba est· ⁊ simul oēs vna suba· pr̄ nec filius est nec spūssanct⁹· ⁊ filius nec pr̄ est nec spūssanct⁹· Spūssanct⁹ nec pr̄ est nec fili⁹· sed pater tm̄ pater· ⁊ filius tm̄ filius· ⁊ spūssanct⁹ tm̄ spūssanctus· Eadē trib⁹ eternitas· eadē incōmutabilitas· eadē maiestas· eadez ptās· In his v̄bis apte insinuat ꝑsonaꝝ trium distinctio·

deus. Sic eniz ad vnū inuiabile oīm. initiū ꝑ filium vniuersa referim⁹ filiū innascibilē ꝯfiteri impijssimū est. Iam eīn no erit vn⁹ de⁹. qꝛ deū vnū p̄dicari natura vni⁹ inascibilis dei exigit. Cum ḡ de⁹ vn⁹ sit duo inascibiles esse nō pñt cū idcirco deus vn⁹ sit cuz ⁊ pr̄ d̄s sit. ⁊ fili⁹ dei de⁹ sit. qꝛ innascibilitas sola penes vnū sit. fili⁹ aūt idcirco de⁹ qꝛ ex inascibili essentia nat⁹ extitat. Caput eīn oīm fili⁹ est sed caput filij de⁹ ē ⁊ ad vnū deum oīa hoc gradu. et hac ꝯfessione referunt cuz ab eo sumant vniuersa principiū cū ipse p̄ricipiū sit. Idē in eodē Oib⁹ creaturꝭ substantiā volūtas dei attulit. sz naturā dedit filio ex inascibili ac nōnata substātia ꝑfecta natiuitas. Talia eīn cuncta creata sūt qualia deus esse voluit. fili⁹ aūt nat⁹ ex deo subsistit talis qualis deus est Nec dissimilem sui edidit natura naturā. sz ex substātia dei genit⁹ nature ꝺm originez attulit non ꝺm creaturas voluntatis essentiam.

Quare patri attribuatur vnitas· et filio equalitas· h

Sed plurimos mo

uet ꝙ pr̄i attribuit vnitatez· filio equalitatē· Cuz eīn vnitas dicat ꝺm subam· nō tm̄ in patre est· sed etiā in filio ⁊ in spūsancto· ⁊ equalitas vna est patris ⁊ filij ⁊ spūssancti· Cur ḡ patri attribuit vnitas· ⁊ filio equalitas· Forte eadē rōne attribuit pr̄i vnitas ꝺm Augu· qua supra eidem eternitas ꝺm hylariuz· qꝛ vicz pater ita est: vt ab alio nō sit· Et qꝛ filiū genuit vnū secum deū· ⁊ spūssanct⁹ ab eo ꝓcedit vnus cū eo deus· Unitas ḡ in pr̄e esse dicit· qꝛ nec est aliq̄d aliud a quo sit· Non eīn ab alio est· nec ab eo aliq̄s vel aliquid est ab eterno· qd vnū cum eo nō sit· filius eīn ⁊ spiritussanctus vnū sunt cū patre· Uñ veritas ait· Ego ⁊ pater vnum sumus·

Quare pater ⁊ filius dicant esse vnū vel vnus deus sed non vnus· quia res eiusdem nature recte possunt dici vnum simpliciter esse ⁊ cum adiectione· Res vero diuerse nature nō possunt dici vnum nisi dicatur quid vnum· i

Hic dici oportet ꝙ

pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūssanct⁹ recte dicūt esse vnū et vn⁹ de⁹· ꝗ nō vn⁹· Res eīn due vel plures recte pn̄t dici vnū esse: si sint vni⁹ essentie· et eaꝝ vna sit natura· Un⁹ aūt vel vna nō pōt dici de diuisis reb⁹ nisi addat q̄d vn⁹ vel vna· Quo addito recte pōt dici d̄ reb⁹ ⁊ vni⁹ ⁊ diuerse sube· Uñ augꝭ· i· vj· li· de tri· sic ait· Nescio vtrū inueniat in scp̄turꝭ dictū vnū sunt quoꝝ est diuersa natura· Si aūt ⁊ aliq̄ plura sunt eiusdem nature ⁊ diuersa sentiant· non sunt vnū inquantuz diuersa sentiūt· Cum ḡ sic d̄r vnum: vt nō addat quid vnuz· ⁊ plura vnuz dicunt eadē natura atq̧ essentia· non

Hylari⁹ in li. de de synodis. Un⁹ forte exp̄sse videtur de indifferēti similitudine patris ⁊ filij fides locuta esse. cum de patre et filio et

dissidens neqꝫ dissentiens significat. Unde Paulus ⁊ apollo. q̄ ⁊ ambo hoies erāt ⁊ idē sentiebant: vnū esse dicunt cū dicit. Et qui plantat ⁊ q̄ rigat vnū sunt. Cum vero additur quid vnū. pōt significari aliquid ex plurib⁹ vnum factū. q̄uis diuersa natura. sicut aīa ⁊ corpus nō possunt vtiqꝫ dici vnū. Quidem tam diuersum nisi addat vel subintelligatur quid vnum. i. vn⁹ homo. Un̄ aplūs. Qui adheret inquit dn̄o: spūs vn⁹ est. Nō dixit vn⁹ est vel vnum sunt. sed addidit spūs. Diuersi sunt eīm natura spūs hominis ⁊ spūs dei. s; inherendo fit spūs hominis vnus spūs cum deo. quia p̄ticeps fit veritatꝫ ⁊ beatitudinis illius. Si g̊ de his que diuerse sube sunt: recte dicit q̄ sint vnus spūs. quāto magis qui vnius sube sunt: recte dicunt vn⁹ deus esse. Pater g̊ ⁊ filius vnū sunt vtiqꝫ s̄m vnitatem essentie ⁊ vnus deus. In quo ⁊ arriana heresis dampnat. que patrē ⁊ filium ⁊ spm̄sanctū (vt ait Aug⁹. in li. de heresi.) nō vult eē vni⁹ eiusdemqꝫ sube atqꝫ nature. vel vt expssius dicat essentie. que grece dr̄ vsia. sed filiū esse creaturā. Nec nō ⁊ sabelliana q̄ (vt ait Aug. in eodem li.) dicebat x̄pm eundē ipsum ⁊ patrem ⁊ spm̄sanctū esse: vt eēt trinitas noīm sine subsistentia p̄sonarū. Utranqꝫ pestem (vt ait Aug⁹. sup Joh.) elidit veritas dicēs. Ego ⁊ pat̄ vnū sum⁹. Utrūqꝫ audi ⁊ aduerte ⁊ vnū ⁊ sumus. ⁊ a caribdi ⁊ a scilla liberaberis. Q2 eīm dixit vnū. liberat te ab Arrio q̄ dixit sumus: liberat te a Sabellio. Si vnū ergo non diuersum. si sumus g̊ pater ⁊ filius. Sumus eīm nō diceret de vno. nec vnū de diuerso. Erubescant g̊ sabelliani qui dicunt ipm̄ esse patrē qui est fili⁹: ꝯfundentes personas. q̄ ⁊ dicti sunt patripassiani. q̄ dicunt patrem fuisse passum. Arriani vero dicunt aliud patrē esse. aliud filiū. nō vnā subam s; duas patrē maiorē. filiū minorē. Noli hoc dicere tu catholice. In medio g̊ nauiga. vtrūqꝫ periculosum latus deuita ⁊ dic. Pater pr̄ est. ⁊ filius filius est. Alius pr̄. alius filius. sed non aliud. imo hoc ipsum. q2 vnus de⁹. Ecce ostēsum est quare vnitas in patre esse dicat: cū tres vnum sint.

Quare dicit esse equalitas in filio. cū sit vna equalitas trium. k

Nūc videam⁹ quare

equalitas dicat esse in filio. cū vna ⁊ summa equalitas sit triū. Hoc ideo forte dictum est. q2 filius genit⁹ est a patre equalis gignēti ⁊ dono q̄d ab vtroqꝫ p̄cedit. ⁊ ideo illa tria dicunt esse equalia p̄pter filium. Filius eīm habet a pr̄e vt sit ei equal' ⁊ spūisancto. ⁊ spiritussanctus ab vtroqꝫ habet: vt sit equalis vtriqꝫ. Hoc aūt sine assertiōis supcilio ⁊ maioris intelligentie p̄iudicio dicimus. malentes in aptione tam clausoꝝ sermonum peritiores audire q̄ꝫ aliquid alijs influere.

Quare in spūsancto dicit esse vtriusqꝫ cō cordia vel conexio. l

Q autez in spiritu

sancto dr̄ esse vtriusqꝫ ꝯcordia. ⁊ p eū omnia connexa: facilior est intelligētia. nobis p̄mis sa ad mentē reuocantib⁹. Supra eīm s̄m auctoritates sanctoꝝ dictū ē q̄ spūsanct⁹ amor est quo pr̄ diligit filiū. ⁊ filius patrem. Recte ergo spūsanctus dr̄ ꝯnexio vel ꝯcordia pr̄is et filij. ⁊ p eum oīa ꝯnexa. Un̄ Aug. in. v. li. de tri. Cōmunio quedā consubstātialis pr̄is ⁊ filij est amboꝝ spūsanct⁹. Idem in. vij. li. d̄ tri. Spūsanctus est summa charitas vtrūqꝫ cōiungens nosqꝫ subiungens.

Ista est distinctio tricesimaprima hui⁹ primi libri. In qua mgr̄ postq̄ꝫ egit de p̄prietatib⁹ p̄sonarum p̄prijs. incipit agere de appropriatis. Et tria facit. Nā primo ondit quedam noīa cōmunia appropriabilia aliqbus p̄sonis. In scdo ostendit significationē quorundā noīm cōmuniū. sed appropriabiliū s̄m Hylariū. Tertio assignat rōnem appropriatoꝝ pri⁹ dictoꝝ. Primū facit vsqꝫ ibi. Nō est p̄tereundū. Scdm vsqꝫ ibi. Hic dici optet. Tertium vero ab inde vsqꝫ ad finē distin. Et hec ē snīa mgr̄i ī generali. In speciali snīa mgr̄i stat in trib⁹ p̄positionib⁹. quarum prima ē hec. Equalitas ⁊ silitudo sunt ī diuinis relationes tm̄ s̄m rōnes. Et mgr̄ hanc p̄positionē p̄bās querit tres q̄stiones. Et prima ē. Utrum hoc nomen equale ī diuinis dicat substātiā vel relationē. Et respondet q̄ relatiue dr̄. eo q̄ sicut nihil p̄prie dr̄ sibi ipsi simile. ita etiā non pōt dici equale p̄prie. Scdo querit. Utrū equalitas s̄m essentiā vl' relationē attendat. Et rn̄det q̄ s̄m essentiā nō s̄m relationē. Qd̄ p̄bat auctē b. Augꝫ. dicētꝫ. Querim⁹ s̄m q̄d sit equalis pr̄i filius. nō s̄m hoc q̄ ad patrē dr̄ fili⁹ equal' est patri. Restat g̊ q̄ s̄m hoc eq̄lis sit q̄d ad se dr̄. q̄cq̄d aūt ad se dr̄ s̄m substantiā dicit. restat g̊ q̄ s̄m substātiam ē equalis. Tertio querit q̄d sit ipa equalitas in diuinis. Et rn̄det q̄ sit quedā relatio s̄m nomē solū. id ē. relatio rōnꝫ. ⁊ realr̄ nihil aliud ē q̄ꝫ idemptitas v̄tutis diuinaꝝ p̄sonaꝝ. Et addit q̄ idē dicendū est de silr̄tudine ī diuinis. s. q̄ dicat ⁊ attendat s̄m substantiā seu vnitatē essentie. Et q̄ sit relatiuū s̄m nomen. Et postea ex p̄dictis approbat opinionē quorūdam dicentiū. s. q̄ sile ⁊ equale ī diuinis nō dicunt positiue: sed negatiue. eo q̄ equalitas excludit differentē magnitudinē. Silr̄tudo aūt excludit omnē diuersitatē. Secūda p̄positio ē hec. In diuinis s̄m appropriationē affirmant de patre eternitas et vnitas. de filio imago ⁊ equalitas. de spūsancto amboꝝ nexus ⁊ charitas. Hāc mgr̄ insinuat ex v̄bis Hylarij. atqꝫ reddens rōnem ex dictꝫ b. Augꝫ. qui dicit eternitatē patri appropriari. q2 cū eternitas p̄uenit principiū. ideo cōuenit patri. qui p̄pter principij priuationem innascibilis affirmat. Imaginē. equalitatē. speciem ⁊

spūsancto ita sen serit significatā in nominib⁹ p̄prijs vniuscuiusqꝫ noīatoꝝ substantiā ⁊ ordinē ⁊ gloriam vt sunt quidem p̄ substātiā tria p̄ ꝯsonantiā vero vnū. Uolens g̊ ꝯgregata sctoꝝ synodus impietatē eaꝝ p̄imere que vnitatē patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti noīm numero illuderet. vt nō subsistente cāvniuscuiusqꝫ nois triplex nūcupatio obtineret sub falsitate noīm vnionē et pr̄ solus atqꝫ vn⁹ idem ⁊ ipse haberet ⁊ spūs sancti nomē ⁊ filij. Idcirco tres substantias esse dixerunt. subsistentiū p̄sonas. sed p̄ substantiā edocentes nisi substantiā pr̄is et filij diuersitate dissimilꝫ essentie separantes. Qd̄ aūt dictum est: vt sint q̄dem p̄ substātiā tria p̄ ꝯsonantiā vero vnū non habet calumniā. q2 eo ꝯnominato spū id est paraclyto ꝯsonantie poti⁹ q̄ essentie p̄ silitudinē substantie p̄dicari cōuenit vnitatem. Item in eodem. Cum deū patrē ꝯfitemur ⁊ x̄pm dei filiū p̄dicamus ⁊ inter hec diuortiū deoꝝ sit irreligiosa cōfessio nō p̄nt s̄m nature indifferentiam ⁊ nomen indifferēs nō vnū esse ī essentie generatione quoꝝ essentie nomen nō licet esse nisi vnū. nō eīm religiosa vnitas nominis ex indifferentꝫ nature es-

senti a ꝯstitutam p̄sonā genite ademit eēntie. vt vnica ac singularis dei substātia p̄ vnionē noīs itelligatur: cum vtriusqꝫ essentie noīm. i. vnus deus. ob indiscrete in vtroqꝫ nature indissimilē substantiam p̄edicetur.

pulchritudinē dicit appropriari filio: ꝑpter ꝑfectã ꝛ ꝓportionatã repſentationē patris. Repſentat eñ filius cū summa ſilitudine ꝛ equalitate. Munus aūt ꝛ nexum charitatꝭ ꝛ vſum aſcribit ſpūiſancto. eo ꝙ ꝑ ipſum ꝛ ab ipſo omnia nobis donanꝭ ꝛ infunduntꝭ ad noſtram vtilitatem. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quis pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctꝰ vnum ſunt. non tñ dici debent vnꝰ. niſi cū additione vt dicaꝭ. vnus deus. vnꝰ creator. Cuꝰ ratio eſt. qꝛ neutrū genꝰ referꝭ ad eſſentiam. ideo cum dꝛ pater ꝛ filꝰ ꝛ ſpūſſanctꝰ ſunt vnū intelligiꝭ eſſentialiter. vel aliquid talium. Maſculinum vo genus referꝭ ad ꝑſonaꝫ ſeu hypoſtaſim. ꝛ nō cum dꝛ. pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctꝰ ſunt vnus. niſi fieret additio vt diceretꝭ vnus deus vel vnꝰ potens vel vnus ſciens. tollereꝭ diſtinctio ꝑſonarū vel ponereꝭ ipſarum ꝯfuſio. Et tñ de ſententia in ſpeciali.

Utrum pater vel filius ſpūſancto diligat cum diligere idem deo ſit qḋ eſſe. a

DI. XXXII

Hic oritur que

ſtio ex ꝑdictis deducta. dictū eſt eñ ſupra atqꝫ ſanctoꝝ autoritatibus oſtenſum ꝙ ſpūſſanctꝰ eſt cōmunio patrꝭ ꝛ filij ꝛ amor quo pater ꝛ filiꝰ ſe inuicē diligūt. Ideo querit. Utruꝫ pater vel filius ꝑ ſpūmſanctū diligat? Qḋ vtiqꝫ videtur oportere dici ſm autoritates ſuprapoſitas. quibus oſtendiꝭ ſpūmſanctū eſſe q̇ genitus a gignente diligaꝭ. genitoremqꝫ ſuū diligat. Sed econtra ſi pater vł filiꝰ dicaꝭ diligere ꝑ ſpūmſanctū: videꝭ eſſe ꝑ ſpiritūſanctū. quia nō eſt aliud deo eſſe ꝛ aliud diligere. ſed idem. qꝛ vt ait Augꝰ. in. xv. lib. de tri. Quicquid ſm qualitates in illa ſimplici natura dici videtur ſm eēntiam ē intelligendū. vt bonus. magnus. immortalis. ſapiens. diligēs. et hmōi. Ideoqꝫ ſi pater vel filius diligit per ſpūmſanctū. ꝑ ipm ſpiritū eſſe videꝭ. neqꝫ tantum eſſentia ſua diligit. ſed etiam dono.

Augꝰ.

Hec q̄ſtio iſolubilis ē. humanū ſupans ſēſū i q̄ autoritates ſibi occurrūt. b

Huic questioni cuꝫ

altitudine nimie ꝓfunditatꝭ ꝯtineat id ſoluꝫ rñdemus qḋ Augꝰ. ſignificare videꝭ. ſ. ꝙ pr̄ ꝛ filꝰ ſe diligāt ꝛ vnitatē ſuēt. nō ſolū eēntia ſua. ſꝫ ſuo dono ꝓprio. qḋ lꝫ ſuꝑ poſitū ſit iterare cū nō piget. qꝛ ſic expedit. Ait ḡ Augꝰ. i vj. li. ḋ tri. ita. Manifeſtū ē ꝙ nō aliq̄s duoꝝ ē quo vterqꝫ ꝯiungiꝭ quo genitꝰ a gignente diligaꝭ genitoremqꝫ ſuū diligat. ſintqꝫ nō ꝑticipatiōe. ſꝫ eēntia ſua neqꝫ dono ſuꝑioris alicuius. ſꝫ ſuo proprio ſeruantes vnitateꝫ pacis. Ecce hic diꝭ ꝙ eēntia ſua ꝛ dono ſeruant vnitatē. Idem in. xv. li. de tri. ait. In illa trinitate quis audeat dicere patreꝫ nec ſe nec

Augꝰ.

Aperte dicit ꝙ pr̄ ꝛ filius eſſentia ꝛ dono ſuo diligant ſe ꝛ pacem ſeruant.

filium nec ſpiritūſanctū diligere. niſi ꝑ ſpūmſanctū. Hic apte oſtēdit patrem non tantū ꝑ ſpūmſanctū diligere. Nō aūt ſimpliciter dicit patrē nō diligere ꝑ ſpūmſanctum.

Utrū pr̄ ſit ſapiēs ſapia quā genuit. ſic diligit amore q̇ ab ipo ꝓcedit. c

Preterea diligenter

inueſtigari oportet vtrū pater ſapiens ſit ſapientia quā genuit que tñ filius eſt? Qḋ videtur a ſili poſſe probari. Si eñ pater diligit amore qui ab ipo procedit. cur nō et ſapiētia vel intelligentia quā ipe genuit ſapit vel itelligit? Hanc queſtionē vrgere videtur. vt ait Augꝰ in. vj. li. de trini. quod ſcripſit aplš dicens chriſti dei vtutē ꝛ dei ſapientiā. Ubi q̄ritur. vtrū ita ſit pr̄ ſapientie ꝛ vtutis ſue. vt hac ſapientia ſapiēs ſit quā genuit. ꝛ hac virtute potēs quaꝫ genuit? Sed abſit vt ita ſit. qꝛ ſi hoc eſt ibi eſſe qḋ ſape. nō ꝑ illam ſapiaꝫ quā genuit ſapiens dꝛ pater. alioq̄n nō ipſa ab illo ſed ille ab ipſa ē. Si eñ ſapia quaꝫ genuit cā ē illi vt ſapiēs ſit: etiā vt ſit ipſa illi cauſa eſt. qḋ fieri nō poteſt. niſi gignēdo euꝫ aut faciendo. ſed nec genitricē nec ꝯditricē patris vllo mō quiſq̄ dixerit ſapiam. Quid eñ eſt inſanius? Ergo pr̄ ipſa ſapia eſt qua ſapiens eſt. Filius vo dicꝭ ſapientia patris. ꝛ virtus patris. nō qꝛ pater ꝑ eum ſit ſapiēs vel potens. ſed qꝛ filꝰ ſapia ꝛ virtꝰ eſt de patre ſapia ꝛ virtute. Ex his ḡ patet ꝙ paꝭ nō eſt ſapiens ſapia genita. ſed ſeipſo ſapientia ingenita.

Hic determinat dicēs patrē nō eſſe ſapientē ſapia quā genuit. Augꝰ. in li. lxxxiij. queſ. Cuꝫ ſapiens deꝰ dꝛ ꝛ ſapientia ſapiens dicꝭ ſine qua eum vel fuiſſe aliq̄n. vł eſſe poſſe nephaſ ē credere. nō ꝑticipatione ſapiē ſapienſ dꝛ. ſicut aiāˣ q̄ ꝛ eē ꝛ nō eē ſapiēs pōt. ſꝫ qḋ ipſe eā genuerit qua ſapiens dꝛ ſapientiā. Aiaduerte lector patrē dici ſapientē genita ſapia. qḋ eñ aliis obuiat teſtimonijs. Uerꝫ hoc auguſtinꝰ corrigit in li. retractā. inquienſ. Dixi in li. lxxxiij. q̄ſtionū. de pr̄e. ꝙ eaꝫ genuit qua ſapiens dꝛ ſapientiam. Sed meliꝰ iſtā queſtionē i li. poſtea de trini. tractaui.

Utrum filius ſit ſapiens ſapiētia genita vel ingenita. d

Poſt hec queri ſo-

let a quibuſdā vtꝝ filius ſit ſapiens ſapia genita vel ingenita? Si eñ nō eſt ſapiens ſapientia genita. nec ſeipſo ſapiens eſt. Si vero ſapia genita ſapiēs ē. nō videꝭ ſapiēs eſſe ſapientia ingenita. ꝛ ita nō videꝭ eſſe ſapiēs q̇ pr̄e. cū a pr̄e habeat oīa. Ad qḋ dicimꝰ quia vna ē ſapia pr̄is ꝛ filij et ſpūſſancti ſicut vna eēntia. qꝛ ſapia i illꝰ nature ſimplicitate eſt eēntia. ꝛ tñ filꝰ tñ ē ſapia genita. ꝛ pr̄ tñ eſt ſapia ingenita. vel a ſapia ingenita. Et cum ipe ſit ibi eſſe qḋ ſapientē eē. relinq̄ꝭ vt ſapia genita ſit ſapiens de ſapientia ingenita. Nō ergo filius dicꝭ ſapientia dei tanq̄ꝫ ipe ſolus intelligens ſit vel ſapiens ſibi ꝛ patri ꝛ ſpiritui ſancto. qꝛ vt ait Augꝰ. in. xv. lib. de trini.

Si solus ibi filius intelligit et sibi et patri et spiritusancto· ad illã redit absurditatez vt pater nõ sit sapiẽs de seipso· sed de filio· Nec sapia sapiaz genuerit· sed ea sapia pr dicat sapiẽs esse quã genuit· Ubi enĩ nõ est intelligentia nec sapia põt esse· Ideoqz si pater nõ intelligit ipse sibi· sed filius intelligit patri pfecto filius patrẽ sapientẽ facit· Et si hoc est deo eẽ qd sape· et ea illi est eẽntia que sapia· nõ filius a patre qd verũ est· sed a filio potius pr habz essentiã· qd absurdissimũ atqz falsissimũ est·

Pr ẽ sapiẽs ea sapia qua ipe est et de ea filius ẽ genitus et sapiens illa ingenita hec vna tñ sapia

Est ḡ deus pr sapiens ea que ipse ẽ sua sapia et filius sapia pris est sapiens de sapia que est pater· de quo est genitus filius· Ita et pater est intelligens ea q̃ ipse est sua intelligẽtia· Nõ enĩ esset sapiẽs q̃ non esset intelligens· Filius aũt intelligentia pris· de intelligẽtia genitus est que ẽ pater· de qua et intelligẽs est· Proinde pater ẽ sapia· et filius sapia· et vterqz vna est sapientia· et tñ solus pater est ingenita sapientia· et filius solus genita sapia· nec tñ alia sapientia dat· alia sapia filius· sed vna eademqz est: sicut pater est deus ingenitus· et filius est deus genitus· neqz deus genitus est deus ingenitus nõ ideo tñ alius deus est pr alius filius· sed vnus deus vterqz· non aũt vnus· Alius est enĩ genitus· alius ingenitus· sed nõ alius deus. imo vterqz vnum siue vnus deus· Ita nõ est sapientia genita sapia ingenita· sed alia est sapientia genita· alia ingenita· non tñ est alia sapientia· sed vna eademqz sapientia·

An filius sit sapiens seipso vel p seipsuz· e

Ex predictis cõstat

q filius nõ est sapiens a se· neqz de se· sed de patre et a patre· Queri aũt solet· vtrũ filius sit sapiens seipso vel p seipsum·

Solutio fm quosdam

Quidam dicunt multiplicẽ hic fieri intelligentiam· et ideo distinguendũ fore ita· vt cũ dicis filium esse sapientẽ seipso vel p seipsuz· Si sui natura et essentia sapientem intelligas verus sit intellectus· Si vero a seipso vel de seipso sapientem esse intelligas· falsitati subiectam habes intelligentiam·

Aliorum determinatio.

Alij vero simpliciter et absqz determinatione ꝯcedũt huiõi locutiones· filius est sapiens p se· sed nõ a se vel de se· et filius est deus p se· et est p se· sed non a se vel de se·

Hylarius

Hoc ꝯfirmantes verbis Hylarij q filium nõ a se· sed p se agere in li· ix· de tri· ait Nature inquit cui contradicis heretice hec vnitas est· vt ita p se agat filius ne a se agat· et ita nõ a se agat· vt p se agat· Intellige filiũ agentem· et p eum patrem agentẽ· Non a se agit· cuz pater in eo manere monstrat· Per se agit: cum fm natiuitatez filij agit ipse que placita sunt· Infirmus sit nõ a se agẽdo nisi a deo ipse agit· non sit vero in vnitate nature si que agit· et in quibus placet nõ p se agit· Sicut ergo inquiunt· filius p se agit· sed non a se· Ita et filius debet dici sapiens p se· sed nõ a se· Sic et ipse p se deus est vel esse dicendus est· vt aiunt sed non a se vel de se·

An vna tm̃ sit sapientia patris· f

Post hec a quibus-

Quõ nitunt quidam pbare q non vna tm̃ est sapientia patris.

dam queri solet· Utrum vna tantũ sit sapientia patris: Quod nõ esse nitunt probare hoc modo· Filius inquiunt est sapiẽtia patris genita· qua pater sapiens nõ est· Est igitur aliqua sapientia patris qua sapiens non est Est autem et sapientia patris ingenita· et ea pater sapiens est· Est ergo quedam sapientia patris qua sapiens est· et ipsa nõ illa sapientia patris qua pater sapiens nõ est· Non est ergo vna tantũ sapiẽtia patris· Item sapientia ingenita est sapientia patris· et sapientia genita est sapiẽtia patris· Non est aũt sapientia ingenita sapientia genita· Nõ est igitur vna tantũ patris sapientia·

Responsione indigna sunt hec et his similia

Hec et his similia tanqz sophistica et a veritate longinqua· cunctisqz in theologia peritis patentia abijcimus· responsio indigna aduertentes· Id tamen adijcientes: quia vna est tantum sapientia patris· sed non vno modo dicitur Nam sapiẽtia patris dicit illa quam genuit· et sapientia patris dicitur ea qua sapiens est· Diuersa est ergo ratio dicti· Illa enim dicit patris· quia eam genuit· et ea dicit sapientia patris· quia ea sapit· Una est tamẽ sapiẽtia patris· quia sapientia genita est eadem sapientia et ea qua sapiens est· siue ea qua sapiẽs est intelligat persona patris siue essentia patris· quia psona patris que intelligit cum dicitur sapientia ingenita· et persona filij que significatur cum dicit sapientia genita: vna eademqz sapia est· que essentia diuina intelligit cõmunis tribus psonis·

Qu in trinitate est dilectio que ẽ trinitas et tamen spũssanctus est dilectio que nõ est trinitas· nec ideo due sunt dilectiones· ita et de sapientia· g

Et sicut in trinitate

dilectio est· que est pater· filius et spũssanctus que est ipsa essentia deitatis· et tñ spiritussanctus dilectio est· que nõ est pater vel filius

nec ideo due dilectiones sunt ĩ trinitate. q2 dilectio que ꝓprie spũssanct⁹ est. est dilectio que trinitas est. nõ tñ ipsa trinitas est. sicut spũssanctus est essentia que trinitas est. nõ tñ ipse trinitas est. Ita in trinitate sapiã est que est pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹. que ẽ essentia diuina. ⁊ tñ filius est sapiã que nõ est paẛ vel spũssanctus. Nec ideo due sapiẽ ibi sunt q2 sapiã que ꝓprie est filius: est sapiã que est trinitas. ipsa tñ nõ est trinitas sicut filius est essentia q̃ est trinitas. ipse tñ nõ est trinitas.

Qua rõne pater nõ diciẛ sapiens ea sapientia quaʒ genuit eadem videẛ debere dici ꝙ non sit diligens pater vel filius dilectione qua ab vtroq3 ꝓcedit. b

Preterea diligẽter

notandũ est ꝙ ea rõne qua pater nõ diciẛ sapiens ea sapiã quã genuit. videẛ fore dicendum ꝙ pater nõ diligat filium vel fili⁹ patrẽ ea dilectione que ab vtroq3 ꝓcedit. s. que ꝓprie spũssanctus est. Sicut enĩ idem est deo sapere qδ esse. ita est ei ideʒ diligere qδ esse. Ideoq3 sicut negaẛ pater esse sapiens sapiã quam genuit. qui si ea diceretẛ sapiens. non ipsa ab eo: ƺ ipse ab ea intelligeretẛ esse. Ita videẛ nõ debere ꝯcedi ꝙ pr̃ vl' filius diligat dilectione que tñ spũssanct⁹ est. q2 si ea diligit pater vel fili⁹. nõ spũssanctus videẛ esse a patre ⁊ filio. sed paẛ ⁊ filius a spũsancto. q2 idem est ibi diligere qδ esse. At supra dictuʒ est. atq3 autoritate Aug. sancitũ. ꝙ in trinitate tria sunt vnus diligens eum qui de illo est. et vnus diligens eum de quo est et ipsa dilectio. ⁊ non est aliquis duorum quo genitus a gignente diligitur ⁊ genitorem suũ diligit. Quibus ṽbis apte significaẛ patrem filium. ⁊ filiũ patreʒ diligere. ea scʒ dilectione que nõ est aliquis eoꝝ. sed tñ spũssanctus. Cum idem q̃ sit ibi diligere qδ esse. quõ diciẛ pater vel fili⁹ nõ esse ea dilectione qua alter alterum diligit. Cum ideo pater negeẛ sapere sapiã quã genuit ne ea esse intelligaẛ.

Et hec questio inexplicabilis est que excellit infirmitatem hominis. i

Difficilem mihi fa-

teor hanc questionem ꝑcipue cum ex ꝑdictis oriatur que similem videẛ habere rationeʒ. qδ mee intelligentie attendens infirmitas turbaẛ. cupiens magis ex dictis sanctoꝝ referre q̃ afferre. Optimus enim lector est inquit Hylarius in .i. li. de tri. qui dictoꝝ intelligentiam expectet ex dictis potius q̃ imponat. et retulerit magis q̃ attulerit. neq3 cogat id videri dictis ꝯtineri qδ añ lectionẽ ꝑsumpserit intelligẽd. Cum ergo de reb⁹ dei sermo ẽ. ꝯcedamus deo sui cognitionẽ dictisq3 eius pia venerazione famulemur. Inuestiget ergo diligenter pius lector rõnem dictorũ si forte dictorum aliquã valeat reperire causam qua nota ipsa ꝑmissa questio aliquaten⁹ explicari valeat. Ego aũt hanc questionem nõ absoluens. sed errorem excludens ꝯfiteor nõ esse dictum patrem diligere filium vel filiuʒ patrem. ea dilectione que ab vtroq3 ꝓcedit que nõ est aliquis eorũ. sed tñ spũssanctus tanq3 ea dilectione paẛ sit vel filius. Sed sic ea pater diligit filiũ ⁊ filius patrem vt etiam pater ꝑ se ea que ipse est dilectiõe diligat. sic ⁊ filius. non aũt sic vt pater ꝑ se nõ diligat ⁊ filius. sed ꝑ eam tantũ. Quis hec in illa trinitate inquit Aug⁹. opinari vel affirmare presummat. Eam tñ questionẽ lectorũ diligentie plenius diiudicandã atq3 absoluendã relinquimus ad hoc minus sufficientes.

Hec est distinctio tricesima secunda hui⁹ primi libri. In qua magister postq̃ assignationem quorundam appropriatorum determinauit quasdaʒ dubitationes ex assignatione hmõi emergentes determinat. Et tria facit. Naʒ primo determinat qualiter ꝑsone comparantur fm ꝓprium ⁊ appropriatuʒ spũssancti. Secundo quomodo circa appropriatum filii. Tertio quomodo circa vtrunq3 simul. Primũ facit a principio distinctionis vsq3 ibi. Preterea diligenter est inue. Secũdum ab inde vsq3 ibi. Preterea diligenter est notandum. Tertiuʒ vero ab inde vsq3 ad finem distinctionis. Et tñ de sententia hui⁹ distinctionis in generali. In speciali sentẽtia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarũ prima est hec. Pater ⁊ filius diligunt se mutuo. spũssanct⁹ ab ipsis ꝓcedente. Hanc magister ꝓbans querit. An pater et filius diligunt se. spũssanct⁹ ab ipsis ꝓcedente. Et arguit ꝙ nõ. Nam diligere ⁊ esse in diuinis sunt idẽ. si ergo pater ⁊ filius diligunt se. ss. ⁊c. videtur ipsos habere esse ꝑ spũmsanctum. qδ absurdum est. Et magister respondet ꝙ pater ⁊ filius diligunt se capiẽdo diligere notionaliter. s. ꝓut ideʒ est qδ cõmunis spiratio. ⁊ sic differt diligere ab essentia fm rõnem. et ꝑ ꝯsequens factum argumentum ꝓ illa ꝑte nõ ꝯcludit. Secunda ꝓpositio est hec. Nec pater nec fili⁹ sapit sapientia genita vel nascente. Hanc ꝓpositioneʒ magister ꝓbans tres determinat questiones. Prima ẽ Utrum pr̃ diciẛ sapiẽs sapiã quaʒ genuit. Et arguit ꝙ sic. quia pater diligit amore qui ab ipso ꝓcedit. Ideo videẛ ꝙ etiam sapit sapiẽtia eadem quã genuit. Et respondet ꝙ ista nõ est ꝯcedenda. pater sapit sapientia genita. seu pater sapit ꝑ illam sapientiam quaʒ genuit. ne filius qui est sapientia genita videaẛ esse causa sapientie in patre. ⁊ hoc confirmat autoritate beati Augustini. Secũda questio est. Utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita. Et respondet magister dicens. ꝙ filius debet dici sapiens sapientia ingenita. eo ꝙ ipse sit sapiẽs sapiã genita. sicut pr̃. Circa qδ notandũ ꝙ iste due ꝓpositiões. s. pr̃ ẽ sapiẽs sapiã ĩgenita ⁊ fili⁹ ẽ sapiẽs sapiã ĩgenita. sut

Hylari⁹.

ambe vere. sed differut sm q hi ablatiui in eis positi
diuersimode construi psut. Uno mo in habitudine prin
cipij formalis. et sm illum modu pater est sapiens sa
pientia ingenita. et hui⁹ propositionis est sensus. q sa
pientia ingenita e ipse pr. et sic seipso sapies est forma
liter. cum sit idem sibi esse et sapere. et sm istu sensuz in
tellectus est falsus. filius est sapiens sapia ingenita.
q designat filium formalr esse sapiente patre. et p co
sequens patre formaliter esse filiuz propter identita
tem sapientie esse in filio. Alio modo pot ille ablatiuus
construi in habitudine pricipij effectiui. et sic ista e falsa
pater est sapiens sapia ingenita. q significat patrem
esse de sapia ingenita. et sic esset a seipso qd falsum est
Illa vero filius est sapiens sapia ingenita. isto mo est
vera. q sensus est q filius sit de sapia ingenita. ad il
lum intellectu conceditr a magistro in lra. Tertia que
stio. Utruz filius possit dici sapiens sapia genita seu
seipso qd idem est. Et rndet q aliqui concedunt ista p
positionem. filius est sapiens sapia genita vel seipso.
non tn filius est sapiens a seipso. qd intelligi debet fi
lius est sapiens sapia genita vel a seipso qd idem est.
verum est formalr: sed no effectiue. Tertia propositio
est hec. Tantu vna et eade est sapia patris ingenita et
genita sm rem. et differunt solu sm ronem. Hanc ma
gister pbans querit. Utrum tm vna sit sapia patris
et filij. Et arguit q no. q alia est sapia genita et inge
nita. et g non est tm vna. Et mgr respondet argume
tum no valere. eo q ibi comittit fallacia figure dictio
nis. quia qn sapientia sumit cuz his terminis genita
et ingenita trahit ad standum p psona. Sed qn sim
pliciter stat sine additione tunc supponit p essentia.
Et subdit. sicut in deitate e dilectio que est pr et fili⁹
et spussanctus. s. ipsa diuina essentia. et tn spussanct⁹
est dilectio que nec est pr nec filius. no tn sunt due di
lectiones in deo sed vna tantu. Sic in deo est sapien
tia que e pater et filius et spus sanctus. s. diuina essen
tia. et sapia genita que nec est pater nec spussanct⁹ sed
filius. non tn sunt plures sapie sed vna tm. et p ons
sapientia ingenita dicat sapietia pris. eo q p eam for
maliter sapit. sapia etiam genita dr sapientia patris.
non tn q ea formaliter sapiat. sed q eam genuit. non
tn sequit q sint due sapie. sed tm vna que est diuina
essentia. Secunda questio est. Cur pater no dicat sa
pere sapia genita vel ab ipso pcedente. sicut dr dili
gere dilectione ab ipso pcedente. cum tn idem est ibi
sapere et esse. et silr idez diligere et esse. Ad qd respon
det magister q diligere pot capi essentialiter. et tunc
tam sm rem q etia sm modu significadi absolute dili
gere no est aliud q esse et q diuina essentia. et capien
do diligere. pater nullo mo potest se diligere spusan
cto seu amore pcedente a se. Alio modo pot capi no
tionaliter p spiratione passiua. et licet sic no est aliud
q essentia diuina sm rem. no tn sm modu significan
di est idem qd essentia diuina seu esse. q essentia seu
esse dicit absolute. diligere aut relatiue. Et ideo no
sequit pater spussancto vel amore diligit. igit spirit⁹
sanct⁹ vel amore pcedente est. Sicut no sequit pat
paternitate est pater. g pater pnitate est. Sic no se
quit homo diligit hoiem amore ab ipso pcedente.
igit homo amor est. Cum g sapere in diuinis semper
sumat essentialiter et nunq notionaliter sicut diligere
igit patrem sapia genita sapere: sequeret ipsuz esse sa
pientia genita. Ad diligere aut no semp sequit dili
gere dilectione pducta. et p ons licet pater no dicat
sapere sapia genita. pot tn dici diligere dilectione p
cedente seu producta. Et hec e sententia magistri in
speciali.

Utrum proprietates psonaz sint ipse per
sone vel deus. i. diuina essentia. a

Post supra di DI. XXXIII

cta interi⁹ considerari atq sub
tiliter inqri oportet. Utrum p
prietates psonaz qb⁹ ipse p
sone determinant sint ipse p
sone. et sint de⁹. i. diuina eentia. an ita sint in
psonis: vt no sint psone. ac p h nec diuina es
sentia. Que eni in psonis sint proprietates. ne
mo inficiari audet. cu apte clamat autoritas
q in psonis est proprietas et in eentia vnitas.
Supi⁹ q multis sanctoz testimonijs astru
xim⁹ psonas p proprietates distingui atq de
terminari. ipsasq proprietates tres. s. proprijs
expssim⁹ vocabulis. Cu g proprietates ipse
ab eterno fuerint: qbus ipse psone determinant
et differut. quo essent si in eis no eent. et quo
in eis essent. et ipse psone no essent qn ibi eet
multiplicitas. Quo circa sicut ppetates ee
in psonis. ita et eas psonas esse cofitemur. si
cut supra aucte hiero. vt no pigeat reuoca
re ad mente: prestati sumus in expositione
fidei ita dicentes. Sabellij heresim declina
tes: tres psonas expssas sub proprietate distin
guimus. No eni noia tantumodo. s etia no
minu proprietates. i. psonas. vel vt greci exp
munt hypostases h est subsistetias confitemur
Ecce apte dicit psonas proprietatib⁹ distigui
et ipsas proprietates esse psonas. cui⁹ hic vba
pstringimus. q supra latius posuimus.

Que proprietates sint diuina essentia. b

Cumq de simplicita

te deitatis supra dissererem⁹ auctib⁹ sanctoz
scz Augu. Hyla. Isid. necno et Boetij. euidet
mostrauim⁹ deu h esse oino qd in se hz. exce
pto q pr habet filiu: nec est fili⁹. et filius habz
patre: nec est pr. et sic esse in natura triu: vt q
habet h sit qd habz. et totu qd ibi est vnu esse
vna vita esse. qd mo no iteram⁹: ne fastidiu
lectori ingeram⁹. Si g proprietates ibi sut
singula eaz est id in quo est: et vnu eademq
vita singule sunt. Fateamur g et proprietates
esse in tribus psonis. et ipsas esse psonas atq
diuinam essentiam.

Aucte astruit q ppetas sit natura. c

Q2 eniz proprietas

etiam diuina natura sit: ondit Hylari⁹ dices
natiuitatem filij esse naturam. Un in. vij. li.
de tri. ait. Utriusq natura no differt. vnum
sunt pr et filius. Habet g hoc sacri natiuitas

Que proprietates sint psone

Hiero. breuiter tagit que supra posita sunt vt aliud addat.

Ex pdictis co cludit ppre tates esse pso nas et vnam essentiam

Hylarius

vt cõplectat in se ⁊ nomen ⁊ naturã ⁊ potestatem· q2 natiuitas nõ potest nõ esse ea natura vñ nascat fili9· Idez in· vi· Natiuitas ꝓprietas est· veritas est· Idẽ in· vij· dicit q natiuitas sit intelligẽda esse in natura dei· Supra eñi dixit q ꝓpriũ pris est q semꝑ pater est· ⁊ ꝓpriũ filij est q semꝑ filius est· significãs q ꝓprietas patris est pr̃· ⁊ ꝓprietas filij est filius· His alijsq3 plurib9 autoritatib9 apte significari videt· q ꝓprietas filij filius sit· sic ⁊ deus: ita ⁊ ꝓprietas patris ⁊ ꝓprietas spũssancti·

Quidam negant sc3 ꝓprietates esse ꝑsonas ⁊ diuinam naturã et quare· d

Hoc autẽ aliqui ne

gant: dicentes q̃dem ꝓprietates in ꝑsonis esse· sed nõ esse ꝑsonas ipas· q2 ita dicũt esse in ꝑsonis vel in essentia diuina: vt nõ sint interius sicut ea sunt que ẜm subam dicunt de deo· vt bonitas· iusticia· ẜ extrinsecus affixa sunt· atq3 ita esse rationib9 ꝓbare ꝯtendũt·

Obiectio eorum prima q̃ volunt ꝓbare ꝓprietates nõ eẽ ꝑsonas

Ista est distinctio. xl. hui⁹ primi libri. In qua magister postq̃ agit de scientia dei in generali. Hic icipit agere de quadam eius specie. s. de predestinatione in speciali. Et tria circa hoc facit. Nam primo ostendit quid sit p̃destinatio. Secundo subdit comparationem predestinationis τ p̃destinatorum. Tertio subiungit quis sit effectus tam p̃destinationis q̃ reprobatiõis. Primum facit a principio hui⁹ distinctionis vsqz ibi Predestinatorum nullus videtur posse dãnari. Secundum ab inde vsqz ibi. Cunqz p̃destinatio. Tertiũ vero vsqz ad finem distinctionis τ tñ in generali. In speciali sententia mgr̃i stat in tribus p̃positionibus. quarum prima est hec. Diuina p̃destinatio est tã gratie q̃ glorie preparatio. Hanc magister p̃bat autoritate beati Augustini qua etiam ostendit quõ p̃destinatio se habeat ad p̃scientiam dicens. q predestinatio p̃supponit p̃scientiam. sed non econuerso. Cuius rõ ẽ. quia deus nihil p̃destinauit nisi quod ipse scit esse facturum. igitur oĩs predestinatio p̃supponit prescientiam. sed non econuerso. oẽ quod deus prescit ẽ facturus. quia oĩa mala prescit. tñ nunq̃ est ea facturus. igitur non oĩs p̃scientia est predestinatio. sed magis econuerso. Et subdit p̃destinationem esse solũ respectu saluandorum. p̃scientiam vero esse respectu reprobandorum seu damnandorum. Secunda p̃positio est hec. Numerus predestinatorum non potest augeri vel minui. Hanc magister p̃bans dicit numerum predestinatorum esse ideo certum. quia nulli⁹ damnandus potest saluari. neqz quicunqz p̃destinatus potest damnari. quod' p̃bat autoritateb. Aug. Deinde obijcit cõtra p̃dicta sic. Deus põt dare gratiam illis quibus non dat. τ subtrahere illis q̃b⁹ dat quia alias non esset liber. ergo videt q numerus predestinatorum augeri possit vel minui. τ p̃ cõsequens non est certus. Ad quod magister respondens dicit q iste p̃positiones. predestinatus potest damnari p̃scitus potest saluari. τ alie consimiles propositiones possunt intelligi coniunctim vel diuisim: coniunctim si intelligant: tunc sunt false. quia designant illũ posse saluari quem deus preuidit damnandum. que nunq̃ possunt simul stare vere ratione certitudinis diuine p̃uidentie. Si intelligant diuisim. vel si p̃destinatus consideretur non vt p̃destinatus. sed vt hic homo absolute. τ sic oẽs tales sunt vere. quia nihil aliud denotant nisi q talis homo possit damnari τ tam' saluari. quod verum est quocunqz homine denotato. eo q quilibet inq̃tum in se est non magis se habeat ad vnum q̃ ad reliquum. Illud consequent' magis declarat dicens. q p̃destinatus inquãtum p̃destinatus nunq̃ potest damnari. τ p̃scitus inq̃tum p̃scitus nunq̃ potest saluari. Unde hoc additũ est in q̃tũ p̃positionem veram facit impossibilem. τ falsam red

dit verā. Postea obiicit. Si p̄destinatus in q̄tū p̄destinatus nō possit dānari. igit̄ cū quilibet p̄destinatus nō possit nō esse p̄destinat⁹. videt̄ certe q̄ nullo modo cōcedēdū sit p̄destinatū posse dānari. Ad qḋ rn̄dens mgr̄ dicit q̄ p̄destinatus nō pōt nō esse p̄destinatus. Hec coniunctim intellecta est vera. quia eius sensus est q̄ ille qui ab eterno est p̄destinat⁹. postea nō pōt nō esse p̄destinatus. Cui⁹ opposito dato sequeret̄ scientie diuine mutatio. Sed diuisim ipsam intelligendo est falsa. quia designat q̄ p̄destinatum quē deus ab eterno potuit nō p̄destinare iam nō posset nō p̄destinare. quod est falsum. quia cū act⁹ diuinus nō transeat in p̄teritū. Ideo sicut quēlibet p̄destinatum potuit ab eterno nō p̄destinare. ita pōt quēlibet modo p̄destinatum nō p̄destinare. sed in actib⁹ hominū qui transeunt in p̄teritū talis distinctio locū nō habet. Tertia ꝓpositio est hec. Effectus p̄destinationis est saluatio. ꝛ reprobatiōis damnatio. Hāc ꝓbat mgr̄ diuersis scōꝝ autoritatib⁹. q̄ patet in littera. Et tantum in speciali.

Utrum aliquod sit meritum obdurationis ꝛ misericordie. a

DI. XLI

Si autem querimus

Si autem querimus meritū obdurationis ꝛ misericordie. obdurationis meritū inuenimus. misericordie autem meritū non inuenim⁹. q2 nullū ē miscōie meritū. ne gratia vacuet̄ si nō gratis donet̄. sꝫ meritis redditur. Misereret̄ itaqꝫ sꝫm gratiā que grat̄ datur. obdurat aūt sꝫm iudiciū qḋ meritis redditur. Uñ dat̄ intelligi. vt sic reprobatio dei ē nolle misereri. ita obduratio dei sit nō misereri. vt nō ab illo irroget̄ aliquid quo fit homo deterior. sed tm̄ quo fit melior nō eroget̄. Ex his apte ostendit̄ quid miscōiam. qḋ obdurationē intellexerit apl̄s. ꝛ quia misericordia nullū aduocat meritū. obduratio v̄o non est sine merito ꝛ miscōie verbo. hic accipit̄ p̄destinatio. ꝛ p̄cipue p̄destinationis effectus. obdurationis v̄o nō ipa dei eterna reprobatio. q2 ei⁹ nullū ē meritū. sed gratie p̄uatio siue subtractio. que quodāmodo est reprobationis effectus. Accipit̄ tn̄ aliqñ reprobatio ꝓ obduratiōe. sicut ꝛ p̄destinatio ꝓ suo effectu. qui est gratia opposita. Gr̄a em̄ que apponit̄ effectus ē p̄destinationis. Cū ergo gr̄e q̄ apponit̄ hoī ad iustificationē nulla sint merita. multo minus ꝛ ipsius p̄destinationis q̄ ab eterno elegit deus quos voluit. aliqua possunt existere merita. Ita nec reprobationis qua ab eterno quosdā p̄sciuit futuros malos ꝛ damnandos. sicut elegit iacob. ꝛ reprobauit esau. qḋ nō fuit ꝓ meritis eorū que tunc haberent. quia nulla habebāt. q̄m nec ipi existebant. nec ꝓpter futura merita q̄ p̄uideret vt vel illū elegit vel illū reprobauit.

Opinio quorundam in qua fuit aliquando Augustin⁹. sed postea retractauit. b

Opinati sunt tamē

Opinati sunt tamē quidā deū ideo elegisse iacob. quia talem futurū p̄sciuit. qui in eū crederet ꝛ ei s͛uiret. qḋ aliqñ Aug⁹. se sensisse dicit in lib. retractationū. vbi apte ostendit. q̄ si ꝓpter futura merita electus eēt. iam non ex gr̄a esset electio. Nō ergo ideo elect⁹ ē a deo. quia talis futurus erat. sed ex electiōe talis ē fact⁹ ita dicēs. Disputās qḋ elegerit deus in nōdum nato. cui dixit seruiturum eē maiorē. ꝛ qḋ in eodeꝫ maiore similiter nōdum nato reprobauerit. adhoc p̄duxi ratiocinationē vt dicerē. Nō g̊ elegit de⁹ opa cuiusq̄ in p̄scientia que ipe datur⁹ est. sed fidē elegit in p̄scientia ꝛ queꝫ sibi crediturū esse p̄sciuit. ipm elegit cui spm̄ sanctum daret. vt bona opando etiā eternam vitam cōsequeret̄. Ecce hic apte dicit nō ꝓpter opa eum elegisse. sed ꝓpter fidem q̄ euꝫ preuidit crediturū. sed quia ꝛ in fide meritū est sicuti ꝛ in opibus. hoc retractauit dicens. Nōdū diligentius quesiuerā nec adhuc inueneram qualis sit electio gratie. de qua dicit apl̄s. Reliquie p electionem gratie salue fient. que vtiqꝫ nō ex gratia si ex meritis ꝓcedit. vt iam quod dat̄. nō sꝫm gr̄am. sed sꝫm debitum. sibi reddat̄ poti⁹ cū meritis. q̄ donet̄. Perinde quod continuo dixi. Dicit em̄ ideꝫ apl̄s. Idē deus qui opat̄ oīa in omnibus. Nusq̄ aūt dictū est. De⁹ credit oīa in omnibus. ac deinde subiunxi. Quod ergo credimus nostrum est. quod vero bonū operamur illius est qui credentib⁹ dat spm̄ scm̄. ꝓfecto nō dicerē si iam scirem etiā ipsam fidem inter dei munera repiri que dant̄ in eodē spiritu. Utrūq̄ ergo nostrū est ꝓpter arbitriū voluntatis. ꝛ vtrūq̄ datū ē p spm̄ fidei ꝛ charitatis. Et q̄ paulo post dixi. Nostrū em̄ ē eū credere ꝛ velle. Illius aūt dare credentibus ꝛ volentibus facultatem bñ opandi p spiritū sanctum. per quē charitas dei diffunditur in cordib⁹ nr̄is. Uerū ē quidē. sꝫ eadē regula ē ꝛ vtrūq̄ ipsi⁹ ē. q2 ipe prepat voluntatem. ꝛ vtrūq̄ nostrū. quia nō fit nisi volētib⁹ nobis ergo ꝛ meritū fidei de miscōia dei venit. Nō ergo ꝓpter fidē vel aliqua merita elegit de⁹ aliquos ab eterno. vel apposuit gratiā iustificationis in tpe. sed gratuita bonitate sua elegit vt boni essent. Uñ Aug⁹. in lib. de p̄destinatio. san. Non quia futuros nos tales eē p̄sciuit. ideo elegit. sed vt essemus tales per ipsam electionem gratie sue. qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

His videtur contrariū quod alibi ait Augustinus. c

Hic summatim colligit p̄dicta vt addat alia

Exemplū ponit de Jacob ꝛ Esau dicēs q̄ nec illū elegit nec illū reprobauit de⁹ ꝓ meritis

Aug⁹. in li. retracta.

Explanat sententiam p̄dictorū vboꝝ

Retractatio

Aug⁹.

His tamen aduer-

Aug⁹.

sari videt qđ dicit Aug⁹. sup Malachiã pro-
pheram vbi scriptũ ẽ. Jacob dilexi. esau autẽ
odio habui. Cui vult inqt miseret de⁹. ⁊ quẽ
vult indurat. sed hec volũtas dei iniusta esse
nõ põt. Venit eñ de occultissimis meritis.
q̃ ⁊ ipsi pctõres cũ pp̃ter generale pctm̃ vnã
massam fecerunt. tñ nõnulla inter eos diuer
sitas. Precedit ergo aliq̃d in pctõrib⁹. q̃ quã
uis nõdũ sint iustificati. digni efficiant iustifi
catione. Et item pcedit in alijs pctõrib⁹ quo
digni sũt obtusiõe. Ecce h̃ videt Aug⁹. dicẽ.
q̃ ⁊ ipsa dei volũtas q̃ alios elegit alios repro
bat ex meritis pueniat. s; occultissimis. i. qđ
p meritis alios voluerit eligere. alios repro
bare. ⁊ qđ p meritis alijs apponit gr̃a iustifi-
cationis alijs nõ. vñ obtundunt. Sed q̃d in-
telligere voluerit ignorat. nisi forte hoc dica
tur itellexisse qđ supra dixim⁹ eũ retractasse.

Põt dici hoc retractasse

Nã ibidẽ etiã q̃dã alia cõtinue subdit q̃ in lib.
retracta. apte retractat. qđ vtrũq; legẽti pa
tebit. Vñ verisimile ẽ in pmissis etiã h̃ retra-
ctasse. Quidã tñ ex eo sensu accipiũt fore
dictũ. nõ q̃ aliq̃s pdestinet p meritis vel iu-
stificatiõis gr̃a; mereat. sed q̃ aliq̃ nõ adeo
mali sunt vt mereant sibi gr̃am nõ impartiri.

Põt tñ et ta li sensu dictũ intelligi

Null⁹ eñ dei gr̃am mereri põt p quã iustifica
tur. põt tñ mereri vt nõ apponat. vt penitus
abijciat. Et quidẽ aliq̃ in tm̃ pfundũ iniq̃ta-
tis deuenert vt hoc mereant. vt h̃ digni sint.
alij vo ita viuũt. vt ⁊ si nõ mereant gr̃am iu-
stificationis. nõ tñ merent oĩno repelli ⁊ gra
tiam sibi subtrahi. Ideoq; dixit in q̃busdã p-
cedere quo digni sint iustificatione. ⁊ in alijs
quo digni sint obtusione. s; hoc friuolum est.

Opinio quorũdã falsa de occultis dei dif-
ferentium carnaliter. d

Multi vero de isto

Aug⁹. de vbis apostoli

pfundo q̃rẽtes reddere rõnẽ atq; s̃m conie-
cturas cordis sui inscrutabilem altitudinem
iudicioꝝ dei cogitare conãtes. in fabulas va
nitatis abierũt dicẽtes. Q aĩe sursum in ce-
lo peccãt. ⁊ s̃m pctã sua ad corpa p merit; di-
rigunt. ⁊ dignis sibi quasi carcerib⁹ includũ-
tur. Jerũt hi tales post cogitatiões suas. et
volentes disputare de dei pfundo. versi sunt
in pfundũ. dicẽtes aĩas in celo añ ꝯuersatas
⁊ ibi aliq̃d boni vel mali egisse. ⁊ p merit; ad
corpa terrena detrusas ee. Hoc autẽ respuit
catholica fides pp̃ter euidentẽ aplĩ sniam q̃
ait. Cũ nõdũ nati eẽnt. aut aliq̃d boni vl ma-
li egissent ⁊c. Melior ẽ g̃ fidelis ignorãtia q̃
temeraria scientia. Elegit ergo quos voluit
gratuita miscdia. nõ quia fideles futuri erãt
sed vt fideles essent. eisq; gr̃am dedit. nõ q̃a
fideles erãt. sed vt fierent. Ait eñ apostol⁹.
Misericordiã cõsecutus sum. vt fidelis eẽm
nõ ait. q̃ fidelis erã. dat q̃dẽ ⁊ fideli. s; data ẽ
etiã prius vt eẽt fidelis. Jta etiã reprobauit
q̃s voluit. nõ pp̃ter futura merita q̃ pũideret
v̾itate tñ rectissima ⁊ a nr̃is sensib⁹ remota.

Aug⁹. in li. retracta.

Questio. e

Sed querit vtruz

sicut dicat elegisse q̃sdã vt boni fierent ⁊ fide
les. ita etiã cõcedi debeat reprobasse q̃sdam
vt mali eẽnt ⁊ infideles. ⁊ obdurare vt pec-
cent. Qđ nullaten⁹ ꝯcedi oportet. Nõ eniz
reprobatio ita est causa mali sic pdestinatio ẽ
causa boni. neq; obduratio ita facit hominẽ
malũ: quẽadmodũ miscdia facit bonũ.

Rñsio

An ea que semel scit deus vel pscit sp sciat
psciat. ⁊ semp scierit vel pscierit. f

Preterea conside-

rari oportet. vtrũ ea oĩa que semel scit vel p-
scit de⁹ semp sciat et scierit. ac psciat ⁊ pscient
an olim scierit vel pscierit qđ modo non scit
vel pscit. De pscientia pmo rñdem⁹ dicẽtes
multa eũ pscisse que mõ nõ pscit. cũ eñ ei⁹ p-
scientia nõ sit nisi de futuris. ex quo illa q̃ fu-
tura erãt psentia fiũt vel pterreunt. sub dei p
scientia esse desinũt. sub sciã vo sp sunt. Pre
sciuit ergo de⁹ oĩa ab eterno q̃ futura erant.
neq; pscire desinit nisi cũ futura eẽ desinunt.
Neq; cum pscire desinit aliq̃ que añ psciebat
min⁹ ea noscit q̃ añ cognoscebat. Nõ eñ d̾
ex d̾fectu sciẽ dei q̃ aliqua pscierit aliq̃ñ que
modo nõ psciat. s; ex rõne v̾biq̃ qđ ẽ pscia. Pre
scire eñ ẽ añ scire aliq̃d q̃ fiat. Jdõq; non põt
dici de⁹ pscire. nisi ea que futura sunt.

De pscia p̾ius rñdet dicens deũ nõ semp pscire q̃ olim psciuit

Hic de scientia dicens deum semper scire q̃
semel scit. g

De scientia autem

aliter dicimus. Scit eñ de⁹ semp oĩa que ali
q̃ñ scit. oẽm eñ sciam quã aliq̃ñ habet sp ha-
buit. ⁊ habet ⁊ habebit. Ad h̃ aũt opponit ita
Olim sciuit hũc hoĩem nasciturũ q̃ nat⁹ est.
modo nõ scit eũ nasciturũ. Sciuit g̃ aliq̃d qđ
modo nõ scit. Itẽ sciuit mũdũ esse creandũ
modo nõ scit eũ esse creãdũ. aliq̃d g̃ sciuit qđ

Oppositio

modo nõ scit· ⁊ alia hmõi infinita dici possũt·

Solutio. Sed ad hoc dicim⁹ q idē de natiuitate hui⁹ hoīs ⁊ mundi creatione nunc etiā scit qḋ sciebat antēq fierent· licet tũc ⁊ nunc hāc scientiam eius diuersis exp̄mi ṽbis oportet· Nā quod tunc futurũ erat nunc p̄teritũ est· Jdō q verba cõmutanda sunt ad ipm designãdũ Sicut diuersis tp̄ibus loquentes eandē dicē modo p hoc aduerbiũ cras designamus dū adhuc futura est· modo p hodie dum p̄ns est modo p heri dū p̄terita est· Jta antēq crearetur mũdus sciebat de⁹ hũc creandũ· postēq creatus ē scit eũ creatũ· nec ē hō scire diuersa· sed oīno idē de creatiõe mũdi· Sic antiqui p̄res crediderũt christũ nasciturũ ⁊ moriturũ· nos aũt credim⁹ eũ natũ ⁊ mortuum nec tñ diuersa credim⁹ nos ⁊ illi· s ead̄e·

Aug⁹. Tēpora eñ (vt ait Aug⁹) variata sunt· ⁊ ideo ṽba sunt mutata nõ fides· Jndubitanter ḡ teneamus deũ sp̄ oīa scire q̄ aliqñ scit·

Jsta est distinctio·xlj· hui⁹ p̄mi libri· Jn qua mgr̄ postēq egit quid sit p̄destinatio ⁊ quis sit effect⁹ eius. Jnquirit de causa ipsius. Et tria facit. Nā primo ponit sententiam veritatis. Secūdo elidit falsitatē Tertio concludit q nulla mutatio sit in scientia deitatis. Primũ facit a principio distinctionis vsq ibi. Opinati sunt tñ quidā. Secundum ab inde vsq ibi. Preterea considerari oportet. Tertiũ vsq ad finem distinctionis. Et tñ in generali. Jn sp̄ali sñia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarũ prima ē hec. Predestinatio nõ cadit sub merito sicut obduratio. Hāc mgr̄ ꝓbans dicit q obdurationē cadere sub merito. ibi noīe obdurationis nõ intelligit ipsam diuinā p̄scientiam que ab eterno est. ideo nullam põt habere causā sed intelligit p eam subtractionē vel carentiā gratie quā quidem suis peccatis merent̄. qualiter nõ ē de p̄destinatione que nec quo ad illud quod in eo eternū est. s. diuinā electionē. nec quo ad illud quod in ipsa tp̄ale est. s. gratie appositionē põt mereri. saltē intelligendo quo ad primā grām. que sub ꝓprio merito nõ existit. Scḋa ꝓpõ est hec. Deus ꝓpter nulla futura merita vel demerita sed libere ab eterno elegit vel reprobauit. Hāc mgr̄ ꝓbans ponit opinionē quorūdā qui opinati sunt q ꝓpter futura merita aliqui p̄destinent̄ vel reprobent̄ a deo. Et ad hoc inducit autoritates b. Augu. quibus videt̄ dicere q futura fides ī iacob fuit causa sue p̄destinationis. sed vt dicit mgr̄ hoc btũs Aug⁹. postea retractauit. Et postremo addit q reprobatio dei nõ est cā peccati. seu p̄destinatio ei⁹ est cā boni. ⁊ in. viij. ca. ponit exp̄sse sñiam hui⁹ ꝓpositionis. Tertia ꝓpõ ē hec. Q licet de⁹ oīa sciat que pri⁹ sciuit. nõ tñ p̄scit que p̄sciuit. Hanc ꝓbans mgr̄ querit. an scīa dei possit diminui. Et r̄ñdet q p̄scientia põt diminui sed nõ scīa. Multa eñ de⁹ p̄sciuit que modo nõ p̄scit quia nõ sunt futura. sed qḋ sciuit scit. Postea obijcit in cõtrariũ sic. De⁹ sciuit me nasciturũ ⁊ mundũ creandũ ⁊ hoc modo nescit. ḡ nõ oīa que sciuit scit. Et r̄ñdet q oēm rem quā de⁹ sciuit scit. Et argumentũ ꝓcedit diuersimode q̄ ad modū sciendi q̄ importat̄ p enũciabilia. Et tñ in speciali:

De omnipotentia dei, vbi prius considerat̄ quare dicatur omnipotens· a

Nunc de omni

[DI· XLII]

potentia dei agendũ est· vbi prima consideratio occurrit quõ vere deus dicat̄ omnipotēs: an q oīa possit· an tñ quia ea possit que vult: Q eñ de⁹ oīa possit plurib⁹ autoritatib⁹ cõprobat̄· Ait eñ

Aug⁹. Aug⁹· in lib· questio· veteris ac noue legis· Oīa quidē põt de⁹ s̄ nõ facit nisi qḋ conuenit veritati ei⁹ ⁊ iusticie· Jdē in eodē· Potuit deus cũcta facere simul· sed rõ ꝓhibuit· id est voluntas· Ratiõnē nempe ibi voluntatē dei appellauit· quia dei voluntas rõnabilis ē ⁊ equissima· Fatēdũ est ergo deũ oīa posse·

Quõ dicat̄ deus oīa posse· cum nos multa possumus que ipse nõ potest· b

Sed queritur quõ

oīa posse dicat̄· cũ nos quedā possim⁹ que ipse nõ põt: Non põt eñ ambulare· loqui· et hmõi· que a natura diuinitatis sunt penitus aliena· cum horũ instrumenta nullaten⁹ habere queat incorporea ⁊ simplex substantia·

R̄nsio. Quibus id r̄ndendũ arbitror q hmõi actiones ambulatio· s· ⁊ locutio ⁊ hmõi a dei potētia aliene nõ sunt· s̄ ad ipam ꝑtinent· Licet eñ hmõi actiões in se de⁹ h̄re nõ possit· non eñ põt ambulare vel loqui ⁊ hmõi· eas tñ in creaturis põt opari· facit eñ vt hõ· ambulet ⁊ loquat̄· ⁊ hmõi· Nõ ḡ p istas actiões diuine potentie detrahit̄ aliqd· q: ⁊ hoc põt facere omnipotens·

De alijs obijcitur· c

Sed sunt alia que

dam qui de⁹ nullatenus facere potest vt peccata· Non eñ potest mentiri· non potest peccare· sed non ideo omnipotentie dei in aliq̄ detrahitur vel derogatur· Si peccare non posse dicitur· quia non esset hoc potētie sed infirmitatis· Si enim hoc posset omnipotēs non esset· non ergo impotentie sed potentie imputandum est q ista non potest· Vñ Au-

Soluit Augusti· gusti· in· xv· lib· de trinitate· Magna inquit dei potentia est non posse mentiri· Sunt eñ quedam que in alijs rebus potentie deputāda sunt· Jn alijs vero minime· Et que ī alijs laudabilia sunt· in alijs vero reprehensibilia sunt· Non ergo ideo deus minus potens est quia peccare non potest· cum omnipotens nullatenus possit esse qui hoc potest·

Jtem de alijs opponit· d

Sunt etiam et alia

q̃dã q̃ de⁹ nõ põt. vñ videt̃ nõ oĩa posse. non enĩ potest mori vel falli. Un̄ Aug⁹. in lib. de simbolo. De⁹ oĩpotẽs nõ põt mori. nõ potest falli. nõ põt miser fieri. nõ põt vinci. Hec vti-q̃ ⁊ hmõi absit vt possit oĩpotẽs. Si enĩ hmõi passiõib⁹ atq̃ defectib⁹ subijci posset. oĩpotẽs minime foret. Et id ẽ mõstrat̃ oĩpotẽs. q̃z ei h̃ ꝓpinq̃ri nõ valẽt. põt tñ h̃ in alijs opari.

Aug⁹.

Q̃ oĩpotẽtia dei f̄m duo ꝯsiderat̃. e

Hic ergo diligẽter

cõsiderãtibus oĩpotẽtia ei⁹ f̄m duo apparet. sc̃z q̃ oĩa facit que vult. ⁊ nihil oĩno patit̃. f̄m vtrũq̃ de⁹ oĩpotẽs verissime p̃dicat̃. q̃z nec aliquid est q̃d ei ad patiẽdũ corruptionẽ īferre valeat. nec aliq̃d ad faciẽdũ īpedimẽtũ afferre. Manifestũ ẽ itaq̃ deũ oĩno nihil posse pati ⁊ oĩa facere posse. p̃terea sola q̃b⁹ ei⁹ dignitas lederet̃. eiusq̃ excellẽtie derogaret̃ ī quo tñ nõ ẽ min⁹ oĩpotẽs. Hoc enĩ posse non ẽẽt posse s̃ nõ posse. Nemo g̃ deũ oĩpotẽtez in aliquo dicere p̃sumat. q̃ oĩa põt que posse potentie est. ⁊ inde vere dicit̃ oĩpotẽs.

Quibusdam autoritatib⁹ tradit̃ q̃ dr̃ omnino oĩpotẽs. q̃z põt q̃cq̃d vult. f

Ex quibusdã tamẽ

autoritatibus tradit̃ ideo vere dici oĩpotẽs. quia quicq̃d vult põt. Un̄ Aug. in ench. Nõ ob aliud veraciter vocat̃ oĩpotẽs nisi q̃m q̃cq̃d vult põt. nec volũtate cuiuspiã creat̃e voluntatis oĩpotẽtis impedit̃ effect⁹. Idẽ in li. de spũ ⁊ lr̃a. Nõ põt deus facere iniusta. q̃z ipse ẽ summa iusticia ⁊ bonitas. Oĩpotẽs xõ est. nõ q̃ possit oĩa facere. s̃ q̃z põt efficere q̃cquid vult. ita vt nihil valeat ei⁹ volũtati resistere q̃n compleat̃. aut aliquo modo impedire eandẽ. Joh. Chrys. in omel. quadã de expositione simboli ait. Oĩpotẽs dr̃ deus. q̃z posse illi⁹ nõ põt inueniri nõ posse dicẽte ꝓpheta. oĩa quecũq̃ voluit fecit. Ipse est g̃ oĩpotens. vt totũ q̃d vult possit. Un̄ ap̃lus. Eius inquit volũtati q̃s resistit. His autoritatib⁹ videt̃ oñdi q̃ de⁹ ex eo t̃m dicat̃ omnipotens q̃ oĩa põt q̃ vult. nõ quia oĩa possit.

Aug⁹.

Joh. Chrys.

Determinatio p̃missarũ autoritatũ. g

Sed ad hoc potest

dici q̃ Aug⁹. vbi dicit. oĩpotens nõ dicit̃ q̃ oĩa possit ⁊c. tam ample ⁊ generaliter accepit oĩa. vt etiã mala includeret que de⁹ nõ potest. nec vult. Nõ ergo negauit eum posse oĩa que cõuenit ei posse. Similiter cũ dicit nõ ob aliud veraciter dicit̃ oĩpotẽs nisi q̃m quicq̃d vult põt. nõ negat eũ posse etiam ea que nõ vult. sed aduersus illos qui dicebant deũ multa velle que nõ poterat: affirmat eũ posse quicq̃d vult. Et ex eo vere dici oĩpotentem nõ ob aliud. quia potest quicq̃d vult. Sed caue quõ intelligas. põt quicquid vult. An quicq̃d vult se posse. an quicq̃d vult facere. an quicquid vult fieri. Sz enĩ dicas ĩdõ oĩpotentẽ vocari. quia potest quicquid vult se posse. ergo ⁊ petrus similiter oĩpotens dici põt. vel quilibet sanctorũ beatorũ. q̃z põt quicquid vult se posse. ⁊ potest facere quicquid vult facere. Nõ enĩ vult facere nisi q̃d facit. nec posse nisi quod potest. s̃ nõ põt facere quicquid vult fieri. Vult enĩ saluos fieri qui saluandi sunt. verũtñ eos saluare non valet. Deus aũt quicquid vult fieri potest facere. Si enĩ vult aliquid fieri per se. potest illud facere ꝑ se. ⁊ ꝑ se facit. sicut celum ⁊ terrã ꝑ se fecit. quia voluit. Si aũt vult fieri ꝑ creaturam ⁊ ꝑ eam opat̃. sicut ꝑ hoĩes facit dom⁹ ⁊ hmõi artificialia. ⁊ deus quid ẽ ex se ⁊ per se põt. Hõ aũt vel angelus q̃ñtũcũq̃ beatus est nõ est potens ex se vel per se.

Q̃ nõ intelligendũ sit q̃cquid vult.

Oppositio. h

Sz forte dices nec

dei filius põt a se. nec spũs sc̃us. s̃ solus pater Ille enĩ põt a se q̃ ẽ a se. filius aũt quia non ẽ a se sed a p̃re. nõ põt a se sed a p̃re. ⁊ spiritus sanctus ab vtroq̃. Ad quod dicimus q̃z licet filius nõ possit a se. nec opet̃ a se. põt tñ ⁊ opat̃ ꝑ se. sic ⁊ spũs sanctus. Unde Hylari⁹ in lib. ix. de trini. Nature inquit cui cõtradicis heretice hec vnitas ẽ. vt ita ꝑ se agat fili⁹. ne a se agat. ⁊ ita nõ a se agat vt ꝑ se agat. Per se aũt dicit̃ agere ⁊ potens esse q̃z naturalez habet potentiã eandẽ quã ⁊ pater qua potẽs est ⁊ opat̃. sed quia illã habet a p̃re. nõ a se. ĩdõ a patre nõ a se dicit̃ posse ⁊ agere. Hõ aũt vel angelus gratuitã habet potentiã qua potẽs ẽ. Ideo ergo vere ac ꝓprie deus trinitas oĩpotens dicit̃. quia ꝑ se. id est. naturali potentia põt quicquid vult fieri. ⁊ quicq̃d vult se posse. Nihil enĩ vult fieri q̃d nõ possit facere ꝑ se. vel ꝑ creaturã. ⁊ nihil vult se posse q̃d non possit. ⁊ oĩe quod vult fieri vult se posse. sed nõ omne quod vult se posse vult fieri. Si enĩ vellet fieret. quia volũtati eius nihil resistere potest.

Solutio

Hylarius

Hic plene ostẽditur q̃re de⁹ oĩpotẽs dicat̃

Ista est distinctio .xlij. huius primi libri. In qua magister postq̄ egit de scia dei. incipit agere de potētia eius. Et tria facit. Nā primo inquirit an de⁹ sit oīpotēs. τ vñ oīpotēs dicat. Scdo subdit determinationē q̄stiōis mote. Tertio soluit inducta τ confirmat sniam pri⁹ datā. Prima duo facit in primo ca. Tertium vo in sequētib⁹. Et tm̄ in generali. In spāli snia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositiōib⁹ quarū prima ē hec. Deus dr̄ oīpotēs. q: oīa q̄ pñt eē pōt efficere. Scda ꝓpositio ē hec. Aliquē posse oīa q̄ vult sic posse nō videt ad rōnē oīpotetie sufficere. Tertia ꝓpō ē hec. De⁹ simpliciter pōt efficere quicq̄d ē factibile. Has ꝓpositiōes mgr̄ oēs ꝓbat determinādo hāc q̄stionē scʒ vtrū deus dicat oīpotēs. s. ideo aut q: pōt oīa simpliciter. aut q: pōt oīa tm̄ que vult. Et q̄ nō dicatur oīpotēs eo q̄ oīa pōt simpliciter. arguit ex hoc q̄ nō pōt ambulare. loq̄. vinci. falli. τ peccare. Et q̄ dicat oīpotēs. q: pōt oīa q̄ vult. arguit diuersis autoritatibus doctorū. Et rn̄det q̄ nō ē dicēd⁹ ideo oīpotēs. q: pōt oīa q̄ vult. quia si hoc sufficeret. tūc q̄libet scūs in celo posset dici oīpotēs. eo q̄ q̄libet talis pōt q̄cq̄d vult. sed ideo de⁹ dicendus ē oīpotens q: pōt oīa simpliciter que cadūt sub potentia actiua. Ad argumentū primū de ambulatōe τ locutiōe dicit q̄ ista potētiā dei nō euacuāt. q: licet illa de⁹ nō possit oīa p se. pōt tm̄ illa in nobis. τ p nos. De peccare mētiri τ mori dicit hmōi nō arguere potentiā in deo: eo q̄ talia facere nō sit potētie. sʒ magis infirmitatis τ insufficiētie. Ad secūdū argumētū. s. ad autoritates q̄b⁹ ꝓbat ideo deū dici oīpotentē. q: pōt oīa q̄ vult dicit q̄ nō ideo de⁹ debeat dici oīpotēs. q: si hoc sufficeret. tūc q̄libet btūs in celo posset dici oīpotēs. cū possit q̄cq̄d velit. Et ille autoritates nō aliud dicere intendūt. nisi q̄ voluntas dei nō possit impediri. Et subdit postea q̄ licet solus pater dicat oīpotēs a se. q: a nullo habet oīpotētiā. filius τ spūs scūs non pñt dici oīpotētes a se. eo q̄ oīpotētiā ab alio acceperūt. pñt tm̄ dici oīpotētes p se. quia p suam naturam sunt omnipotentes. Et tm̄ in speciali.

Opinio quorundam dicentiuʒ deum nil posse nisi quod facit. a

DI. XLIII

Quidam tamē

de suo sensu gloriantes. dei potētiam sub mēsura coartari conati sunt. Cū em̄ dicūt: hucusq̄ pōt de⁹ τ nō amplius. q̄d h̄ ē aliud q̄ȝ ei⁹ potētiā q̄ infinita est cōcludere τ restringere ad mēsurā. Aiūt em̄ nō pōt de⁹ aliud facere q̄ȝ facit. nec meli⁹ facere id qd̄ facit. nec aliq̄d p̄termittere de hiis q̄ facit. Istāq̄ȝ p̄mā suā opinionē verisimilib⁹ argumētis causisq̄ȝ cōmētitijs necnō τ sacrarū autoritatū testimonijs munire conant dicentes. Nō pōt de⁹ facere nisi qd̄ bonū τ iustum ē fieri. nō est aūt iustū τ bonum fieri ab eo nisi qd̄ facit. Si em̄ aliud iustū ē τ bonū eū facere q̄ȝ facit. nō ḡ facit oē qd̄ iustū ē τ bonum eū facere: ƀ quis audeat hoc dicere.

Rō illoꝝ prima

Secunda ratio b

Addunt etiam non

pōt facere nisi qd̄ iusticia ei⁹ exigit. ƀ nō exigit ei⁹ iusticia vt faciat nisi qd̄ facit. nō ḡ pōt facere nisi qd̄ facit. Eadēq̄ȝ iusticia exigit. vt τ id nō faciat qd̄ nō facit. nō āt pōt facē ꝯtra iusticiā suā. nō ḡ pt̄ aliq̄d eoꝝ facē q̄ dimittit.

Responsio ad prius dictum. c

His autem respon-

dem⁹ duplicē v̄boꝝ intelligētiā apientes τ ab eis inuoluta euoluētes. sic. Nō pōt de⁹ facere nisi qd̄ bonū ē τ iustū. i. nō pōt facere nisi illud qd̄ si faceret bonū τ iustū eēt. verū ē. sed multa pōt facere que nō bona sunt nec iusta q: nec sunt nec erūt nec bn̄ fuīt. nec fiēt. quia nunq̄ȝ fiēt. Itē qd̄ scdo ꝓpositū fuit nō pōt facere nisi qd̄ iusticia sua exigit. τ non pōt id facē qd̄ iusticia sua exigit vt nō fiat. Dicimus q: exactiōis v̄bū de deo ꝯgrue nō dr̄. nec ꝓprie accipit. τ in illis locutiōib⁹ duplex ē sensus. Si em̄ intelligas non pōt facē nisi qd̄ sua iusticia exigit. i. nisi qd̄ volūtas sua iusta vult falsū dicis. Iusticia em̄ ipi⁹ dei eq̄ssima voluntas accipit. q̄lr̄ accipit Aug⁹. illa v̄ba dn̄i in Gen. loquētis ad loth (Nō possū q̄cq̄ȝ facē donec illo itroeas) exponēs. nō posse inq̄t sc dixit. q̄ sine dubio poterat p potētiā. ƀ nō poterat p iusticiā. q̄si poterat q̄d ē. ƀ nō volebat. τ illa volūtas iusta erat. Si v̄o p h̄ v̄ba ītelligis eū nō posse facere. nisi illd̄ qd̄ si fieret iusticie ei⁹ cōueniret. verꝫ dicis. Sil'r distingue illd̄. Nō pōt facē qd̄ sua iusticia exigit vt nō faciat. i. n̄ pōt facē id qd̄ ipe q̄ ē sūma iusticia n̄ vult facē. falsuʒ ē. Si aūt his v̄bis ītelligas eū n̄ posse facē id qd̄ iusticie ei⁹ ꝯuenire nō pōt. verū dicis.

Rn̄sio ad id qd̄ scdo dictum est

Tertia illorum ratio. d

Addunt quoqz et

alia dicētes. Nō pōt de⁹ facē nisi qd̄ dʒ. n̄ āt dʒ facē nisi qd̄ facit. Si ei dʒ alia facē. nō ḡ fac oē qd̄ dʒ. Si v̄o fac oē qd̄ dʒ. nec pōt facē nisi qd̄ dʒ. nō ḡ pōt facē nisi qd̄ fac. Itē aut dʒ dimittē qd̄ dimittit ne faciat. aut nō dʒ. Si nō dʒ. nō recte dimittit. Si v̄o dʒ dimittē. ḡ nō dʒ facē. Si āt nō dʒ. nec decet. nec optet eū facē. τ si n̄ decet nec optet eū facē. ḡ nō pōt facē. nō ḡ pt̄ facē. nisi qd̄ facit. nec pōt illd̄ dimittē qd̄ facit q̄n faciat. q: debet illd̄ facere. τ qd̄ debʒ facere nō pōt illd̄ dimittere. Sʒ vt mihi videt h̄ v̄bū dʒ venenū hʒ. Multiplicē em̄ τ inolutam cōtinet intelligētiā. nec deo ꝓprie cōpetit q̄ nō est debitor nobis: nisi forte ex ꝓmisso. Nos vero ei debitores sum⁹ ex cōmisso. Vt

Rn̄sio

aũt venenũ euacuet᷑ distingue verbi sensus Nõ põt deus facere nisi qδ debet·i·nisi quod vult: falsum ẽ· Sic eñi põt ipse dici debere aliquid quia vult illud· Si aũt dicat᷑ nõ põt nisi qδ debet·i·nõ põt nisi illud qδ si faceret ei bene cõueniret verũ est· Addunt quoq; illi dicentes· Nihil facit aut dimittit nisi optima ⁊ rõnabili causa· licet nob occulta sit· ꝫm quã oportet eum facere aut dimittere q̃ facit vel dimittit· Nõ eñi penes eũ est qua illa facit et illa dimittit· que ratio eterna est ⁊ sp̃ manẽs ꝑter quã nõ põt aliquid facere vel dimittere Illa ergo manente nõ põt qδ facit dimittere·nec qδ dimittit facere·⁊ ita nõ põt facere nisi qδ facit·

[Margin: Quarta illorum ratio]

Et ad h̃ rñdemus ambiguitatem locutionis determinantes· Cũ eñi dicit᷑ ratio vel causa optima penes deũ ẽ qua facit cũcta que facit·⁊ dimittit ea que dimittit· verum quidẽ est·q̃ꝛ in eo voluntas ẽ equissima ⁊ rectissima· que facit ⁊ dimittit que vult· cõtra quã facere nõ põt·nec ꝑter eã facere põt Nec vtiq; cõtra eã faceret·nec ꝑter eã·si ea q̃ facit dimitteret·vel que dimittit faceret·sed eadem manente rõne ⁊ cã: alia potuit facere ⁊ ista dimittere· Licet ergo rõ sit penes eum qua alia facit ⁊ alia dimittit· põt tñ ꝫm eandẽ rõnẽ ⁊ dimittere q̃ facit ⁊ facere q̃ dimittit·

[Margin: Rñsio]

Ipsi aũt addunt· Ratio est eum facere que facit·⁊ nõ alia·⁊ non põt facere nisi qδ ratio est eũ facere·⁊ ita nõ põt facere nisi qδ facit· Itẽ ratio est eũ dimittere que dimittit·⁊ nõ põt nõ dimittere qδ ratio ẽ eũ dimittere·⁊ ita nõ põt non dimittere qδ dimittit·

[Margin: Ad hunc addunt questionem]

Et ad hoc dicimus locutiões ambiguas esse ⁊ ideo determinandas· Si eñi cũ dicit᷑ nõ potest facere nisi qδ rõ est eũ facere intelligas eũ ñ posse facere nisi ea q̃ rõnabilia sũt ⁊ ea q̃ si fierẽt rõnabilia eẽnt· ver⁹ ẽ sens⁹ Si aũt itelligas eũ nõ posse facere alia rõnabilia ⁊ bona nisi ea q̃ vult ⁊ facit· falsus ẽ intellect⁹·

[Margin: Rñsio]

Itẽ aliud adiũgit dicẽs· Si põt de⁹ aliud facere q̃ꝫ facit· põt ergo facere qδ nõ ꝑsciuit·⁊ si põt facere q̃ nõ ꝑsciuit· põt sine ꝑscia opari·q̃ꝛ oẽ qδ facturũ se ꝑsciuit facit· nec facit aliq̃d qδ nõ ꝑsciuit· Qδ si ꝑter sciam eius aliq̃d fieri ĩpossibile ẽ· oñe ergo qδ ꝑscitũ ẽ fieri necesse ẽ· ergo aliud fieri q̃ꝫ sit nulla rõne possibile est nõ ergo põt a deo fieri nisi qδ fit·

[Margin: Alia illorum rõ]

Hec aũt questio de ꝑscientia facile determinari põt ꝑ ea q̃ supi⁹ dicta sunt· cũ de ꝑscia ageret᷑·

[Margin: Hec questio ex ꝑdictis facile detminat᷑]

Autoritatibus vtuntur in assertionẽ sue opinionis·

e

His autẽ illi scrutatores q̃ defecerũt scrutãtes scrutinia scõrũ annectunt testimonia· Dicit eñi Aug⁹· in li· de simbolo· Hoc solũ põt deus qδ non vult· ꝑ quod videt᷑ nõ posse facere aliq̃d nisi qδ vult ꝫ nõ vult nisi qδ facit·⁊ ita videt᷑ nõ posse nisi qδ facit·

[Margin: Aug⁹.]

Illud aũt ita intelligendũ est· Id solum nõ põt deus qδ nõ vult·ſ·se posse· Idẽ in·vij·lib· ꝯfes· ad deũ loquẽs ait· Ne cogeris inuitus ad aliq̃d·q̃ꝛ volũtas tua nõ ẽ maior q̃ꝫ potentia·eẽt aũt maior·si teipso tuipẽ maior eẽs· Ex hoc videt᷑ q̃ deus nõ possit plura q̃ꝫ vult· sicut nõ vult plura q̃ꝫ põt· Sicut enim voluntas nõ ẽ maior potẽtia· ita nec potẽtia maior est voluntate· Ideoq; sicut plura non vult q̃ꝫ põt· ita eũ nõ plura posse q̃ꝫ velle dicunt·

[Margin: Quõ intelligẽda sit autoritas]

Sed ad hoc dicim⁹·q̃ꝛ nec voluntas potentia·nec potẽtia volũtate maior est·q̃ꝛ vna ⁊ eadẽ res ẽ potentia ⁊ voluntas·ſ· ipse deus·q̃ eẽt maior seipso si volũtas maior eẽt potẽtia·vel potẽtia volũtate· Nec hac autoritate negat᷑ deũ plura posse q̃ꝫ velle·q̃ꝛ plura sunt subiecta ei⁹ potẽtie q̃ꝫ voluntati· Fateamur itaq; deũ plura posse facere que nõ vult·⁊ posse dimittere que facit·

[Margin: Rñsio]

Qδ vt certius firmiusq; teneat᷑ scripture testimonijs asseramus deũ plura posse facere q̃ꝫ faciat· Veritas ipa ꝫm Math· ait· An putas q̃ꝛ nõ possum rogare patrẽ meũ·⁊ exhibebit mihi modo plusq̃ꝫ·xij·legiones angelorũ· Ex quibus verbis patenter innuit᷑·q̃ꝛ ⁊ fili⁹ poterat rogare qδ nõ rogabat·⁊ pater exhibere qδ nõ exhibebat· Vterq; ergo poterat facere·qδ nõ faciebat·

[Margin: Autoritatib⁹ cõfirmat deũ plura q̃ꝫ facit facere posse]

Aug⁹· etiã in ench· ait· Omnipotentis voluntas multa põt facere que nõ vult nec facit· potuit eñi facere vt·xij· legiones angelorũ pugnarẽt cõtra illos qui christum ceperũt· Itẽ in eodẽ· Cur apδ quosdaꝫ nõ facte sunt ꝟtutes·q̃ si facte fuissent· egissent illi hoies pñiam·⁊ facte sunt apud eos q̃ nõ erãt credituri· tũc nõ latebit qδ nũc latet Nec vtiq; iniuste de⁹ noluit saluos fieri·cum possent salui eẽ si vellẽt· Tũc in clarissima sapiẽtie luce videbit᷑·qδ nũc pioꝝ fides hꝫ antẽq̃ꝫ manifesta cognitiõe videat᷑ q̃ꝫ certa ⁊ imutabilis ⁊ efficacissima sit volũtas dei·q̃ multa possit ⁊ nõ velit·nihil aũt qδ non possit velit

[Margin: Aug⁹. in ench.]

Idẽ ĩ li·δ natura ⁊ grã· Dñs lazaꝝ suscitauit ĩ corpe· Nũq̃d dicẽdũ ẽ: nõ potuit iudam suscitare ĩ mẽte· Potuit q̃dẽ ꝫ noluit· His autoritatib⁹ alijsq; multis apte docet᷑·q̃ de⁹ multa possit facere q̃ nõ vult· qδ etiã rõne ꝓbari põt· Nõ eñi vult de⁹ oẽs hoies iustificare· et tñ q̃s dubitat eũ posse· Põt ꝫ de⁹ aliδ facere q̃ꝫ facit· et tamen si aliud faceret· alius ipẽ nõ esset· Et potest aliud velle q̃ꝫ vult· et tamen

[Margin: Q̃ sine mutabilitate potentie vel volũtatis põt deus alia velle et alia facere q̃ vult vel facit]

eius voluntas. nec alia nec noua. nec mutabilis aliquo modo pōt eē. Q̄ꝛ ⁊ si possit velle qđ nunq̄ȝ voluit. nec tñ nouiter. nec noua voluntate. sed sempiterna tñ voluntate velle pōt. pōt eñi velle quod ab eterno pōt voluisse. hȝ eñi potētiā volēdi ⁊ nūc ⁊ ab etno. qđ tñ nec modo vult nec ab eterno voluit.

Ista est distinctio. xliij. hui⁹ primi libri. In qua mgr̄ ostenso vnde dicit̄ oīpotēs deus ondit q̄ta possit. Et tria facit. Primo adducit quasdam rationes errorem quendā affirmantes. Secundo subdit autoritatē. Tertio concludit veritatem. Primum facit a principio hui⁹ distinctionis vsq̄ȝ ibi. His autem illi scrutatores. Secūdū ab inde vsq̄ȝ ibi. Fateamur itaq̄ȝ deū. Tertiū x̄o vsq̄ȝ ad finē distinctiōis. Et tñ de snīa hui⁹ distinctionis in generali. In speciali sententia mgr̄i stat in tribus ꝓpositiōib⁹. quarū prima est hec. Deus pōt alia facere ⁊ omittere que facit. ⁊ omittit sine p̄iudicio sue iusticie ⁊ bonitatis. Hāc propositionē ꝓbans mgr̄ rn̄det ad quasdā rōnes ⁊ autoritates que vident̄ oīpotētiā diuinā limitare. Prima ratio ē ista: De⁹ nō pōt facere nisi qđ bonum ⁊ iustum est fieri. sed nihil est bonū ⁊ iustū fieri nisi qđ facit. ergo nō pōt facere nisi qđ facit. ⁊ p̄ ꝯñs sua potētia limitat̄. Secūda ratio talis est. De⁹ nō pōt facere nisi qđ sua exigit iusticia. sed iusticia nō exigit nisi qđ facit. ergo ⁊c̄. Et rn̄det mgr̄ dicens istas ꝓpositiones duplicē hr̄e sensum. vnū vt iusticia ⁊ iustū referant̄ ad tp̄s p̄sens. sub hoc sensu nō pōt de⁹ facere nisi qđ iustū ē modo vel qđ iusticia sua exigit mō. ⁊ sic sunt false. vel possunt referri ad tp̄s ꝯfusum. sub hoc sensu nō pōt deus facere nisi qđ iustū ē modo. vel .i. qđ nisi iustū eēt nō faceret. ⁊ sic sunt x̄e. Tertia ratio est. Deus nō pōt facere vel dimittere nisi qđ debet facere vel dimittere. Rn̄det mgr̄ dicens. ꝙ verbū debiti in diuinis nō habet locū. Secunda ꝓpositio ē hec. Stat deū plura posse q̄ȝ velle absq̄ȝ inequalitate potentie ⁊ voluntatis. Hanc mgr̄ ꝓbat rn̄dendo ad q̄n dam obiectionē que ē: quia volūtas dei ⁊ potētia ei⁹ sunt equales. ḡ nō pōt nisi qđ vult. Et rn̄det ꝙ licet idem sint in deo potentia ⁊ voluntas. ⁊ quo ad hec dici pñt equalia: tñ plura subsunt potentie q̄ȝ voluntati in p̄senti. Tertia ꝓpositio est hec. Et si de⁹ alia vellet ⁊ faceret q̄ȝ vult ⁊ facit. ex eo nō sequeret̄ in ei⁹ voluntate mutabilitas. Hāc mgr̄ ꝓbat p̄ scōꝝ autoritates. Et tñ de sententia in speciali.

An deus possit facere aliquid melius q̄ȝ facit. a

DI. XLIIII

Illi dicūt nō posse

Aug⁹.

Nunc illud re-

stat discutiendū. vtrū melius aliquid possit facere q̄ȝ facit? Solēt eñi illi scrutatores dicere. ꝙ ea que facit de⁹ nō potest meliora facere. quia si posset facere ⁊ nō faceret: inuidus esset ⁊ nō summe bonus. Et hoc ex simili astruere conant̄. Ait eñi Aug⁹. in lib. lxxxiij. q. De⁹ quē genuit q̄ȝ meliorem se generare non potuit. nihil eñi deo melius debuit equalem. Si eñi voluit ⁊ non potuit: infirmus est. Si potuit ⁊ noluit: inuidus. Ex quo conficitur equalem genuisse filium. A simili volunt dicere. ꝙ si potest deus rem meliorem facere q̄ȝ facit. inuidus ē. Sȝ non valet hui⁹ similitudinis inductio. q̄ꝛ filiū genuit de substantia sua. Ideoq̄ȝ si posset gignere equalem ⁊ nō gigneret. inuidus esset. alia x̄o que nō de substantia sua facit. meliora facere potest.

Questio qua illi artantur. b

Verum hic ab eis

respondere deposco. cur dicunt rem aliquaȝ siue etiam rerum vniuersitatem in qua maior consummatio expressa est non posse esse meliorem q̄ȝ est. siue ideo. quia summe bona est. ita vt nulla omnino boni p̄fectio ei desit. siue ideo. quia maius bonum quod ei deest capere ipsa nō valeat. Sed si ita summe bona dicit̄. vt nulla ei perfectio boni desit. iam creatura creatori equatur. Si vero iam nō pōt melior esse. quia bonum amplius quod ei deest cape ipsa non valet. iam hoc ipsum nō posse defectionis est. non cōsummationis. ⁊ potest esse melior si fiat capax melioris boni. qđ ipse potest qui eam fecit. Potest ergo deus meliorem rem facere q̄ȝ facit. Unde Aug⁹. sup Geñ. Talem potuit deus hoiem fecisse. qui nec peccare posset nec vellet. ⁊ si talē fecisset. quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex predictis constat ꝙ potest deus ⁊ alia facere q̄ȝ facit. et que facit meliora ea facere q̄ȝ fac.

Utrum alio vel meliori modo possit facere q̄ȝ facit. c

Rn̄sio.

Aug⁹.

Post hec cōsiderā-

dū ē. vtȝ alio mō vel meliori q̄ȝ facit possit ea facere q̄ facit? Si mod⁹ opatiōis ad sapiētiaȝ opificis referat̄. nec ali⁹ nec melior mod⁹ eē pōt. Nō eñi pōt facere aliqđ aliter vel meli⁹ q̄ȝ facit. i. alia sapia vel maiori sapia. Nihil eñi sapiēn⁹ pōt facere q̄ȝ facit. Si x̄o referat̄ modus ad rē ipam quā facit de⁹. dicim⁹. q̄ꝛ ⁊ ali⁹ ⁊ melior pōt eē mod⁹. Et p̄m h̄ ꝯcedi pōt. q̄a ea q̄ facit pōt facere meli⁹ ⁊ aliter q̄ȝ facit. q̄a pōt q̄busdā meliorē modū existendi p̄stare. ⁊ quibusdam alium. Unde Aug⁹. in. xiij. lib. d̄ trini. dicit. Q̄ꝛ fuit ⁊ alius modus nostre liberationis possibilis deo. qui omnia potest. sed nullus alius nostre miserie sanande fuit conuenientior. Potest ergo deus eorum que facit quedam alio modo meliori. quedam alio modo eque bono. quedam etiam minus bono facere q̄ȝ facit. Ut tamen modus referat̄ ad qualitatem operis. i. creature. non ad sapientiam creatoris.

Utrū deus semꝑ possit omne quod olim potuit. d

Preterea queri solet. vtrū deus semꝑ possit omē qđ olim potuit: Qđ quibusdā nō videt̃ dicētib⁹. Potuit de⁹ incarnari ⁊ potuit mori ⁊ resurgere. ⁊ alia hmōi. que mō nō pōt. Potuit ẽgo q̄ mō nō pōt ⁊ ita habuit potentiā quā mō nō habet. vñ videt̃ potētia ei⁹ īminuta.

Rñsio

Ad qđ dicim⁹. q̄ sicut oīa semꝑ scit q̄ aliqñ sciuit. ⁊ sꝑ vult q̄ aliqñ voluit. nec vnq̄ȝ aliquā sciam amittit vel voluntatē mutat quā habuerit. ita oīa semꝑ pōt q̄ aliqñ potuit. nec vnq̄ȝ aliq̄ potētia sua priuat̃. Nō ē ẽgo ꝑuat⁹ potētia incarnādi vel resurgendi licet nō possit mō incarnari vel resurgere. Sicut eñ potuit olim incarnari. ita ⁊ pōt modo incarnat⁹ eē. in q̄ eiusdē rei potētia monstrat̃. Ut eñ olim sciuit se resurrecturū. ⁊ modo scit se resurrexisse. nec ē alia sciētia illud olim sciuisse. ⁊ hoc mō scire. ꝫ eadem oīno. Et sicut voluit olim resurgere ⁊ modo resurrexisse. in quo vni⁹ rei voluntas exꝑmitur. Ita potuit olim nasci ⁊ resurgere. ⁊ mō ipē pōt nat⁹ fuisse ⁊ resurrexisse. ⁊ ē eiusdem rei potētia. Si eñ posset modo nasci ⁊ resurgere. nō eēt idē posse. Uerba eñ diuersoꝝ tempoꝝ. diuersis ꝓlata tꝑib⁹. ⁊ diuersis adiuncta aduerbijs eūdē faciūt sensum. vt mō loquētes dicim⁹. Iste pōt legere hodie. cras aūt dicim⁹. iste pōt legisse. vel potuit legere heri. vbiq̄ȝ vni⁹ rei mōstrat̃ potētia. Si āt diuersis tꝑibus loquētes eiusdē tꝑis ꝟbis ⁊ adverbijs vtamur dicētes hodie. iste pōt legere hodie. ⁊ dicētes cras. iste pōt hodie legere. nō idē ꝫ diuersa dicimus eū posse. Fateamur ẽgo deū sꝑ posse q̄cq̄d semel potuit. i. habere oēm illā potētiā quā semel habuit. ⁊ illius oīs rei potētiā cui⁹ semel habuit. ꝫ nō sꝑ posse facere oē illud qđ aliqñ potuit facere. pōt q̄dē facere aut fecisse qđ aliqñ potuit. Siliter quicq̄d voluit ⁊ vult. i. oēm quā habuit volūtatem ⁊ mō habet. ⁊ cuiuscūq̄ rei volūtatē habuerit. ⁊ mō habet. nō tñ vult eē vel fieri oē q̄ȝ aliqñ voluit eē vel fieri. ꝫ vult fuisse vel factū eē. Ita ⁊ de scia dei dicendū est.

Ista est distinctio. xliiij. hui⁹ primi libri. In q̄ magister postq̄ȝ ostendit q̄ȝ ta deus possit. ostēdit qualia possit. Et tria facit. Nam primo inq̄rit an de⁹ possit facere res meliores q̄ȝ fecit. Secūdo an possit eas facere meliori modo q̄ȝ fecit. Tertio an modo possit oīa que olim potuit. Primū facit a principio distinctionis vsq̄ȝ ibi. Post hec considerādū. Secūdū ab inde vsq̄ȝ ibi. Preterea queri solet. Tertiū vsq̄ȝ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sñia mgrī stat in tribus ꝓpositionibus. quaruȝ prima est hec. Deus pōt totū vniuersum seu mūdū facere meliorem. Hanc ꝓbans recitat quō quibusdā videbatur deū nō posse facere res meliores q̄ȝ fecit. q2 si potuit ⁊ nō fecit. inuidus fuit. cōfirmantes opinionē suā auctoritate beati Augustini. qua supra mgr̄ ꝓbauit patrem filiū genuisse sibi coequalē. ⁊ ibidē dicit q̄ si potuit filiū sibi coequalem generare ⁊ nō fecit. tūc inuidus fuit. ⁊ sic in ꝓposito. Et rñdet mgr̄ q̄ nō est sile eo q̄ filius sit de substātia pr̄is ⁊ nō creatura. Postea ꝓbat q̄ deus pōt facere res meliores q̄ȝ fecerit. et hoc sic. Nam si nō posset. aut hoc eēt q2 creatura est summe bona qđ falsum est. quia tunc creatura creatori equalis esset. Aut q2 creatura nō est capax tālis meliorationis. ⁊ hoc iterū nō obstat: quia deus posset dare creature meliorē capacitateȝ. ⁊ ita posset facere meliores q̄ȝ facit. Secunda ꝓpositio est hec. Ex parte rerū ⁊ nō ex parte sui deus potest facere quālibet rē meliorem. Hanc ꝓbat magister querens. vtrū deus possit facere meliori modo res q̄ȝ fecit. Et rñdet q̄ si modus ad scientiā artificis referat̃. tunc nō pōt deus meliori modo facere mundū. Si vero modus faciēdi ad rem factā referat̃. tūc deus pōt eque bona ⁊ min⁹ bona ⁊ meliora facere. Tertia ꝓpositio est hec. Diuina potentia nō est magis nūc limitata ad faciendū omnia q̄ȝ vnq̄ȝ fuit. Hanc ꝓbans mgr̄ querit. An deus posset quicquid potuit. Et arguit q̄ nō: q2 potuit nō incarnari ⁊ nō nasci. que modo nō pōt. Et rñdet: sicut oēm scientiam quā habuit habet modo. nō tñ eodem modo. Ita respectu cuiuscūq̄ rei potentiā quā habuit habet ⁊ modo. nō tñ ista potentia eodē modo se habet semꝑ. vñ semꝑ potentia dei se extendit ad carnis assumptionē que cū semel assumpta ē nō pōt de nouo iterū acquiri: sed ꝑ eandē potentiā ꝑ quā potuit īcarnari pōt modo incarnatus fuisse. sicut ꝑ eandem potentiam homo pōt hodie legere ⁊ heri legisse. Et tantum in speciali.

De voluntate dei que essentia dei vna est ⁊ eterna. ⁊ de signis eius. a

Di. XLV

IAm de voluntate dei aliq̄d ꝓ sensus nr̄i imbecillitate dicēdū ē. Sciendū est ergo. q2 volūtas siue volēs de deo ꝫm eēntiā dicit̃. Nō ē eñ ei aliud velle ⁊ aliud esse. sed omnino idē. Et sicut idē ē ei eē bonuȝ qđ eē deū. ita idē ē ei esse volentem quod eē deum. Nam voluntas qua semꝑ volens est. non affectus vel motus est qui in deum cadere non valet. sed diuina vsia qua volens est deus ⁊ huiusmodi.

Q2 licet idem sit deo velle quod esse non tamen potest dici de⁹ eē oīa que vult. b

Et licet ideȝ sit deo velle quod esse. non tñ dicendum est deū eē omnia que vult. Quod quidam de dei voluntate non recte sentientes. nobis obyciūt

Obiectio quorundam

dicentes. Si idem est deo velle qđ eē. ꝙ cum dicimus deū velle oīa que facit. dicim⁹ eū esse oīa que facit. alioqn nō ī illo v̄bo idem significat̄. qđ significat̄ h v̄bo eē. cū de deo dicitur. Et si ita ē. nō semꝑ dicit̄ de dō velle ſm essentiā. Si v̄o ſm eēntiā nō dicit̄ aliqn̄. quō ꝙ dicit̄ de deo? Relatiue eīm nunꝙ dicit̄. Ad qđ dicimus. q̄ licet idē penit⁹ sit deo velle qđ eē. nō tn̄ pōt dici oīa que vult. sicut idē ē deo esse quod scire. nec tn̄ sicut dicit̄ scire oīa ita quoqꝫ potest dici esse omnia.

Rn̄sio plenā cōtinens solutionem

Quis sit sensus horum verborū deus scit vel deus nō vult. Itē deus scit oīa vel vult aliqđ. ⁊ qđ de deo in his ꝑdicet̄. c

At vbicunqꝫ deus

dicit̄ scire vel sciens. vel velle vel nolēs: hec de eo ſm essentiā dicunt̄. Cū eīm dicit̄ de⁹ scit vel deus vult. siue deus ē sciēs vel volens: essentia diuina ꝑdicat̄. ⁊ deus esse enūciat̄. Cū aūt addit̄ oīa vel aliqđ vel aliq̄. ⁊ dicit̄ de⁹ scit oīa vel vult aliqđ vel aliq̄. eēntia qđē diuina ꝑdicat̄. nō simpliciter ⁊ absolute. sed ita vt scie q̄ ipse est oīa subiecta monstrent̄. ⁊ voluntati q̄ ipsa eadē ē aliqđ v̄l aliq̄ subiecta eē dicant̄. vt talis fiat sensus. de⁹ scit oīa. i. de⁹ ē cui⁹ scientie q̄ ipsius essentia ē. oīa subiecta sunt. Silr̄ deus vult hec vel illa. i. de⁹ ē cuius voluntati q̄ ipse est hec siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicit̄ deus ſm eēntiā cui⁹ volūtas eēntia ē sempiterna ⁊ imutabilis. licet ea varient̄ ⁊ transeant q̄ ei subiecta sunt. q̄ nō pōt eē iniusta vel mala. q̄ deus ē.

Q̄ dei voluntas sūme bona est omnium q̄ naturaliter sunt cui⁹ causa nō ē q̄renda. q̄ nullam habet cum sit eterna. d

Hec itaqꝫ sūme bo

na voluntas causa ē omniū q̄ naturaliter fiunt vel facta siue futura sunt q̄ nulla ꝑuenta est causa. q̄ eterna est. Ideoqꝫ causa ipsi⁹ q̄renda nō est. Qui eīm ei⁹ causam q̄rit aliqđ maius ea q̄rit: cū nihil ea mai⁹ sit. Unde Aug⁹. in lib. octuagintatriū q̄stionū. Qui q̄rit q̄re voluerit deus mundū facere. causam q̄rit voluntatis dei. Oīs aūt causa efficiēs maior est eo q̄ efficit̄. Nihil aūt mai⁹ est volūtate dei. Nō ḡ ei⁹ causa querēda ē. Idē in libro cōtra manicheos. Si q̄ dixerint qđ placuit deo facere celū ⁊ terrā? Rn̄dendū ē eis. q̄ voluntatē dei nosse desiderāt. causas ⁊ voluntatē dei scire q̄rūt. ꝙ volūtas dei omniū q̄ sunt ipsa sit causa. Si eīm habet causam voluntas. est aliqđ qđ antecedit voluntatē dei quod nephas est credere. Qui ergo dicit q̄re fecit deus celum ⁊ terram. respondendū est illi quia vult. voluntas eīm dei causa est celi ⁊ terre. ⁊ ideo maior est voluntas dei ꝙ celū ⁊ terra. Qui aūt dicit. q̄re voluit facere celum ⁊ terram. mai⁹ aliquid querit ꝙ est volūtas dei. nihil aūt maius inueniri potest. Cōpescat se ergo humana temeritas. ⁊ id quod nō est non querat ne id quod est non inueniat. Ecce his autoritatibus aperte insinuat̄ ꝙ voluntatis dei causa nulla est: ⁊ ideo querenda non est.

Hic dicit q̄re ei⁹ cā q̄rēda nō est

Aug⁹.

Q̄ volūtas dei ꝑma ⁊ sūma cā ē oīm. e

Volūtas ergo dei

(vt ait Aug⁹. in. iij. lib. de trinitate) ꝑma ⁊ sūma causa est omniū specierū atqꝫ motionū. Nihil eīm fit quod nō de interiori atqꝫ intelligibili aula summi imꝑatoris egrediat̄ ſm ineffabilem iusticiam. Ubi eīm nō opat̄ qđ vult dei omnipotētis sapientia. que ꝑtingit a fine vsqꝫ ad finē fortiter. ⁊ disponit oīa suauiter. ⁊ nō solū facit ea que ꝑseuerantia cōsuetudinis admiratione nō admittunt. sed etiam ea q̄ ꝓpter raritatem ⁊ insolitū euentū mira vident̄. ⁊ sunt defectus luminariū ⁊ terremotus ⁊ monstruosi animantiū ꝑtus ⁊ his similia. quorū nihil fit sine voluntate dei. sed plerisqꝫ nō apparet. Ideo placuit vanitati ph̄orꝫ etiā causis alijs ea attribuere. cum omnino videre non possent supiorem ceteris omnibus causam. id est. volūtatem dei. Itaqꝫ nō nisi dei voluntatem causa prima est sanitatis egritudinis premiorū atqꝫ penarū gratiarū ⁊ retributionū. Hec ergo sola est vnde ortuꝫ est quicqđ est. ⁊ ipsa nō est orta sed eterna.

Aug⁹.

Quib⁹ modis accipit̄ dei volūtas. f

Hic non est pretere

undum nobis ꝙ sacra scriptura de voluntate dei varijs modis loqui consueuit. ⁊ tn̄ nō est dei voluntas diuersa. sed locutio diuersa est de volūtate. quia noīe voluntatis diuersa accipit. Nam volūtas dei vere ac ꝓprie dicitur q̄ in ipso est ⁊ ipsi⁹ essentia est. ⁊ hec vna est. nec multiplicitatem recipit. nec mutabilitatem que inexpleta esse nō pōt. de qua ꝓpheta ait. Oīa quecunqꝫ voluit dn̄s fecit. Et ap̄ls. Voluntati ei⁹ quis resistet. Et alibi. Ut ꝓbetis que sit volūtas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ ꝑfecta. Et hec voluntas recte appellat̄ bn̄placitum dei siue dispositio.

Que v̄e ⁊ ꝓprie dicit̄ dei voluntas et ea d̄ bn̄placitum

¶ Q̄ ꝫm figurā dicit̄ voluntas dei ꝑceptio· ꝓhibitio· cōsiliū· ꝑmissio· opatio· ⁊ ideo pluraliter dicit scriptura voluntates· g

Aliquando vero

ꝫm quādā figurā dicendi volūtas dei vocat̄· q̄ ꝫm ꝓprietatē nō ē voluntas ei⁹ vt preceptio· ꝓhibitio· cōsiliū· necnō ꝑmissio ⁊ opatō Ideoq̄ pluraliter aliq̄ñ scriptura volūtates dei ꝓnunciat· Unñ ꝓpheta· Magna opa dñi exq̄sita in oēs volūtates eius· cum nō sit nisi vna voluntas dei que ipē est· pluraliter tñ dicit voluntates· quia voluntas dei varijs modis ac ꝑdiuersis accipit̄ vt dictū ē· Ita etiam idē ꝓpheta ꝓpter multos effectus miscdie ⁊ iusticie pluraliter dicit· Misericordias dñi in eternū cantabo· Et alibi· Justicie dñi recte letificantes corda· cū tñ in deo vna sit misericordia· vna iusticia: ⁊ vna eadēq̄ sit miscdia que iusticia· s· diuina eēntia·

¶ Quare preceptio ⁊ ꝓhibitio ⁊ consiliū dicantur dei voluntas· h

Ideo autem precе

ptio ⁊ ꝓhibitio atq̄ consiliū cū sint tria· dicit̄ tñ vnūquodq̄ eorū dei volūtas· q̄ ista sunt signa diuine voluntatis· quēadmodum ⁊ signa ire dicunt̄ ira· ⁊ dilectionis signa dilectō appellant̄· ⁊ dicit̄ irat⁹ deus· ⁊ tñ nō ē ira in eo aliqua: sed signa tñ que foris sunt· q̄bus iratus ostendit̄ ira ipsi⁹ noīat̄· ⁊ est figura dicendi ꝫm quā nō est falsum q̄d dicit̄· ꝫ verū quod dicit̄ sub tropi nubilo obumbrat̄· Et ꝫm hos tropos diuerse voluntates dei dicunt̄· q̄ ⁊ diuersa sunt illa q̄ ꝑ tropū volūtas dei dicunt̄·

¶ Ubi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur· i

Pro precepto dei

atq̄ consilio pōt accipi voluntas· vt ibi· Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra· Et alibi Qui facit voluntatē pr̄is mei qui in celis est· ipē frater me⁹ ⁊ soror ⁊ mater ē· Et cōtra hāc voluntatē multa fiunt· Unñ Aug⁹· in lib· d̄ spiritu ⁊ lr̄a· Infideles inq̄t contra voluntatē dei faciunt· cū eius euangelio nō credunt·

Aug⁹·

¶ Q̄ deus non vult ab hoībus fieri oīa q̄ ꝑcepit· vel nō fieri que ꝓhibet· k

Et si illa tria dicun=

Ista est distinctio·v· huius secundi libri· In qua magister postꝙ̃ egit de angelorum cõmuni creatione. incipit modo agere de eoꝝ conuersione ꝛ auersione. Et tria facit. Nam primo agit de modo cõuersionis ꝛ auersionis. Secũdo de gratia supaddita ad actum conuersionis. Tertio de vsu gratie. s. de merito ꝯfirmationis. Primum facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi. Si autẽ queritur. Secundum ab inde vsqꝫ ibi. Hic queri solet. Tertium ab inde vsqꝫ ad finem distinctionis. Et tñ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib᷒. quarum prima est hec. Sicut aliqui angeli ꝑ superbam auersionem effecti sunt mali ꝛ excecati. ita alij ꝑ charitatiuam ꝯuersionem facti sunt boni ꝛ illuminati. Hanc ꝓpositionem magister ꝓbans dicit ꝙ quidam angelorum post eoꝝ creationem ad deum conuersi ꝛ sibi per charitatem adherentes illuminati sunt per gratiam. Alij vero auersi ꝛ deum odio habentes excecati fuerunt. nõ quidem ex malicie immissione sed grẽ subtractione. que quidem cõuersio iustos fecit ꝛ auersio iniustos. Et subdit ꝙ tam causa conuersionis ꝙ̃ auersionis fuit libertas arbitrij ꝑ quam quidam ipsoꝝ bonum alij vero malũ elegerũt. Secunda ꝓpositio est hec. Q boni angeli sua ꝯuersione grãm nõ opantẽ sed cooperantẽ meruerunt. Hanc mgr̃ ꝓbans querit Utrum angelis bonis ad hoc vt ꝯuerterent apposita fuit gratia. Et r̃ndet ꝙ eis fuit apposita gratia cooperans. sed nõ operans. qꝛ gratia opante que est idem ꝙ iustificatio impij nõ indigebant eo ꝙ mali nõ erãt. Sed indiguerunt grã coopante seu ꝓmouente eos ad conuertendum se ad deũ. ꝛ hec gratia iuuat ad bonum ꝑficienduꝫ. Et subinfert ꝙ ꝙ̃uis ipsa gratia cooperans in potestate cadentium angelorum nõ fuit. tñ imputat ipsis ad culpam. qꝛ ipsam nõ recipientes auersi sunt. eo ꝙ ipsam habere poterat ꝛ apposita eis fuisset si ꝑstitissent. Tertia ꝓpositio est hec. Angeli ꝑ cooperantem grãm eis in ꝯuersione appositam nõ antecedenter sed ꝯsequẽter. beatitudine meruerunt. Hanc magister ꝓbans querit. Utrum angeli boni in ipsa sua ꝯfirmatione beati fuerunt. ꝛ vtrum in ipsa eorum ꝯuersione beatitudinẽ meruerunt. Primũ istoꝝ quesitorum magister simpliciter cõcedit. Et circa secundum recitat opiones dicens. quosdam dicere angelos suam beatitudinẽ in ipsa eorum cõuersione ad deum meruisse. ita ꝙ meritũ ꝛ p̃mium simul ꝛ semel in eis fuerunt. Alios aũt dicit opinantes fuisse ꝙ beatitudinem quã in ipsaꝝ conuersione acceperũt ꝑ obsequia que hominibus p̃stiterunt ꝛ p̃stant. meruerũt ꝛ merent. ita ꝙ p̃mium nõ precessit meritũ. Et istam opinionem videt mgr̃ fouere. Et tñ in speciali.

Q de maioribus ꝛ minoribus quidaꝫ ceciderũt· inter quos vnus fuit celsior· scilicet lucifer· a

Preterea sciri

oportet· qm̃ sicut de maioribus ꝛ de minorib᷒ quidam ꝑstiterũt ita de vtroqꝫ gradu q̃dam corruerunt· Inter quos vn᷒ fuit oĩbus alijs cadentibus excellentior· nec inter stantes aliquis eo fuit dignior sicut testimonijs autoritatum monstrat· Ait enĩ Job· Ipse p̃ncipiũ viaꝝ dei· Et in Ezechiele legit· Tu signaculum similitudinis plenus scĩa ꝛ ꝑfectione decorus in delitijs paradisi dei fuisti· Qđ Gregorius exponens ait· Quãto in eo subtilior est natura· eo magis in illo imago dei similit᷒ insinuat impressa· Item in Ezechiele legit· Omnis lapis preciosus operimentũ eius·i· omnis angelus quasi operimentũ ei᷒ erat· quia vt dicit Grego· in alioꝝ compatione ceteris clarior fuit· vñ vocatus est lucifer· sicut testat Esa· Quomodo inquit cecidisti lucifer qui mane oriebaris ꝛc· qui nõ vn᷒ ordo ħ vnus spiritus accipiẽdus est· qui teste Isido· postꝙ̃ creatus est eminentiã nature ꝛ ꝓfunditatem scientie sue ꝑpendens in suum creatorem supbiuit intantũ ꝙ etiam deo se equare voluit· vt in Esaia dicit· In celum ascendam super astra celi· ꝛ exaltabo solium meũ et ero similis altissimo· Similis quidem deo esse voluit nõ ꝑ imitationem· sed ꝑ equalitatem potentie·

Job· Ezechiel·

Unde et quo deiectus fuerit merito sue superbie· b

Et tante superbie

merito de celo .i. de empireo in quo cũ alijs fuerat deiect⁹ est in istũ caliginosum aerem cũ oibus sue prauitatis cõsortibus. Nam vt Joh. ait in Apocal. Draco de celo cadẽs secum traxit tertiã ptem stellarũ. qꝛ lucifer ille alijs maior non solus cecidit. sed cum eo alij multi q̃ ei in malicia ↄsenserunt eosqꝫ cadẽtes hui⁹ caliginosi aeris habitaculũ recepit Et hoc ad nr̃am pbationẽ factũ est. vt sit nobis exercitationis causa. Vñ aplus. Colluctatio est nobis aduersus pncipes et ptãtes mundi hui⁹ ꝛ aduersus rectores tenebrarũ. ↄtra spũalia nequicie in celestibus. qꝛ demones q̃ sunt spũales ꝛ neqꝫ in hoc turbulento aere nobis ppinquo qđ celum appellat̃ habitant. Vñ ꝛ diabolus pnceps aeris dicit̃.

Q nõ est concessum eis habitare in celo vel in terra. c

Non eni est eis con

cessum habitare in celo. qꝛ clarus locus est ꝛ amenus. nec in t̃ra nobiscũ ne hoĩes nimis infestarent. Sꝫ iuxta apli Petri doctrinã in epl̃a canonica traditã: in aere isto caliginoso q̃ eis quasi carcer vsqꝫ ad temp⁹ iudicij deputatus est. Tũc aũt detrudent̃ in barathrũ inferni. ſm illud. Ite maledicti in ignẽ eternum q̃ parat⁹ est diabolo ꝛ angelis eius.

Q demones alij alijs presunt et habent etiam alias ꝑlationes. d

Et sicut int̃ bonos

angelos alij alijs ꝑsunt. ita et int̃ malos alij alijs ꝑlati sunt. ꝛ alij alijs subiecti. q̄diu durat mũdus. angeli angelis. demones demonibus. hoĩes hominib⁹ ꝑsunt. Sꝫ in futuro oĩs euacuabit̃ ꝑlatio vt docet aplus. Habẽt quoqꝫ ſm modũ scie maioris vel mioris ꝑlationes alias maiores vel minores. Quidã enĩ vni ꝓuincie alij vni homini. aliqui vni vitio ꝑsunt. Vñ dicit̃ spũs supbie. spũs luxurie ꝛ hmõi. qꝛ de illo vitio maxie põt hoĩes temptare a quo noiat̃. Inde etiã est q noĩe demonis diuitie vocant̃. s. mãmona. Est enim mãmon nomen demonis. quo noĩe vocant̃ diuitie ſm syrã linguã. Hoc aũt nõ ideo est q diabolus in ptãte habeat dare vl' auferre diuitias cui velit. sed qꝛ eis vtit̃ ad hominũ temptationem ꝛ deceptionẽ.

An omnes demones sint in hoc aere caliginoso. an aliqui sint in inferno. e

Solet autẽ queri

vtrũ oẽs in isto aere caliginoso sint. an aliq̃ iam sint in inferno: Q in inferno quotidie descẽdant aliq̃ demonũ verisimile ẽ. qꝛ aĩas illuc cruciandas deducũt. ꝛ q illic aliq̃ semꝑ sint alternati forte vicib⁹. nõ ꝓcul est a vero qui illic aĩas detinent atqꝫ cruciant. Q aũt aĩe malorũ illic descẽdant atqꝫ illic puniant̃. ex eo cõstat q xp̃us ad inferos descendit vt iustos q̃ ibi tenebant̃ educeret. Si enĩ iusti illuc descendebãt. multo magis iniusti. ꝛ sicut tradit autoritas cum iustos eduxit iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum nõ absorbuit.

Quidã putant luciferũ esse in inferno religatũ ex quo temptauit christũ ꝛ vict⁹ fuit quẽ dicũt pmũ hoiem temptasse ꝛ vicisse. f

De lucifero autem

quidam opinant̃ q ibi religatus sit ꝛ ad nos temptãdos nunc accessum nõ habeat. qꝛ in Apocal'. legit̃. Cum ↄsummati fuerint mille anni. soluet̃ sathanas de carcere suo ꝛ exiet ꝛ seducet gentes. qđ erit nouissimo tꝑe antichristi q̃ñ erit tanta tribulatio. vt etiã si fieri põt moueant̃ electi. Quẽ ibi religatũ dicũt ab eo tꝑe quo temptauit christũ in deserto vel in passione ꝛ victus fuit ab eo. Ipsũ putant primũ hoiem temptasse ꝛ vicisse. ꝛ secũdo deũ. sed ab eo victũ esse. ꝛ ideo ĩ inferno religatũ. Alij aũt putant ex q̃ cecidit ꝓ peccati sui magnitudine illuc fuisse dimersum.

Q lucifer non habet potestatem quã habebit tꝑe antichristi. g

Sed siue in infernũ

dimersus sit siue nõ. credibile est eũ nõ habere ptãtẽ accedẽdi ad nos quã habebit ĩ tꝑe antixp̃i. in q̃ fraudulent̃ ac violent̃ opabit̃. ꝛ ideo forte dr̃ tũc soluẽdus. qꝛ tũc dabit̃ ei potestas a deo temptãdi hoies quã mõ nõ hꝫ.

Q demones semel victi a sanctis nõ accedunt amplius ad alios. h

Alijs quoqꝫ qui a

sanctis iuste ꝛ pudice viuentib⁹ vincunt̃ ptãs alios temptãdi videt̃ adimi. Vñ Origenes. Puto inqt sane: qꝛ scti repugnãtes adũsus istos incẽtores ꝛ vincẽtes minuãt exercitũ demonũ. vl' vt q̄ plimos eorũ infirmãt. nec vltra fas sit illi spũi q̃ ab aliq̃ scõ caste ꝛ pudice

Origenes

viuendo victꝰ est impugnare iterum alium hominē. Hoc aūt putant quidam intelligendū tm̄ de illo vitio in quo superatꝰ est. vt si de superbia aliquē virum sanctū temptat ꝛ vincitur. vlterius nō liceat illi illum vel alium de supbia temptare.

Jsta est distinctio. vj. huius secundi libri. In qua magister postq̄ tractauit de auersione ꝛ conuersione bonoꝝ et maloꝝ angelorum. Incipit agere de ꝯsequentibus auersionem malorum q̄tum ad casum locialem. Et tria facit. Nam primo determinat de ꝓiectione ipsoꝝ in hunc aerem caliginosum. Secūdo de descensu eorum ad infernum. Tertio de ꝯfusione ipsorum cum vincunt̄ in temptationibus hominū. Primum facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Et sicut inter. Secūdum ab inde vsq̄ ibi. Alijs quoq̄. Tertium Ꝺo vsq̄ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali aūt sententia magistri stat in tribꝰ ꝓpositionibꝰ. quaꝝ prima est hec. Lucifer supmus angelus ꝛ sibi de singulis ordinibus assentientes superbe dei equalitatē appetendo corruerunt. ꝛ in isto caliginoso aere sunt incarcerati. Hanc ꝓpositionem magister insinuans ꝓponit q̄ angeli peccātes de singulis ordinibus ceciderunt. inter quos primus peccans ꝛ maioris dignitatis credit̄ fuisse lucifer. q̄ considerans eminentiā sue dignitatis in supbiam elatus est. Et istam sniam ꝓbat magister p beatum Grego. Et subdit q̄ merito ꝓ tanti peccati malicia in hūc caliginosum aerem cum socijs suis est detrusus. Nam locus celestis ꝓpter sui claritatem eis nō competebat. nec terra nec nos nimis infastarent. sed sunt in aere calinoso in signum tenebraꝝ peccati qd̄ est in eis ꝛ obꝰ exercitium nostrum vt nos temptent. Post diē vero iudicij simpliciter detrudent̄ in infernum. Secunda ꝓpositio ē hec. In malis angelis ꝛ bonis vsq̄ ad finem mundi sunt pmanentia officia plationis et subiectionis. Hanc mgr̄ ponens dicit. q̄ inter angelos tam bonos q̄ malos vsq̄ in diē iudicij est ordo prelationis. q2 qui maioris sunt scientie int̄ eos. maiorem habent plationē. ꝛ a tali platione quoq̄ denominant̄. vt qui pest vni prouincie dicit̄ princeps prouincie. qui vero preest vni homini dicit̄ angelus hominis illius. qui vero vni vitio. vtpote quia de illo maxime temptare pmittitur ab illo denominatur. vt aliquos dicimus spūs superbie. alios vero spiritus luxurie. Postea querit. Utrum aliqui demones sint iam in inferno sm̄ illud Apocal̄. Cum ꝯsummati fuerint mille anni soluet̄ sathanas de carcere suo ꝛ exiet ꝛ seducet gētes. Unde dicit aliquos fuisse opinatos q̄ lucifer temptauit ꝛ vicit primos parētes. S3 postq̄ christum in deserto ꝛ in passione temptans exiuit victus ꝛ in infernum religatus fuit. Tempore vero antichristi iterum exiturus. Alij aūt dicūt q̄ statim cum peccauit ꝓpter peccati sui magnitudinē in infernum detrusus fuit. ꝛ tempore antichristi dicit̄ soluendus. quia tunc dabitur ei potestas temptandi quam modo nō habet. Tertia ꝓpositio est hec. Demones amittunt temptandi facultatem in his vitijs in quibus a sanctis hominibus pudice viuentibꝰ semel fuerint pfecte superati. Hanc ꝓpositionem magister ponens dicit eam fore intelligendam de eodem vitio. ꝛ nō simpliciter saltem sm̄ opinionem aliquoꝝ. vt videlicet diabolus victus ab eo quem temptabat de luxuria. nunq̄ postea suū victorem de luxuria temptabit Et tm̄ de sententia huiꝰ distinctionis in speciali.

Q boni angeli adeo sunt ꝯfirmati p gratiam vt peccare non possint ꝛ mali ita obdurati in malo ꝛ bene viuere nequeant. a

Upra dictum

DI. VII

f

est q̄ angeli quiꝰ pstiterunt p gratiam ꝯfirmati sunt. ꝛ qui ceciderunt a gratia dei deserti sūt. Et boni quidem in tantū ꝯfirmati sunt p gratiam q̄ peccare nequeunt. Mali vero p maliciā adeo sunt obstinati q̄ bonam voluntatē habere siue bene velle nō valent. ꝛ si bonū sit qd̄ aliqn̄ volunt. Uolunt eni̅ aliquando aliquid fieri quod deus vult fieri. et vtiq̄ illud bonum est ꝛ iustum fieri. nec tm̄ bona voluntate illud volunt.

Q vtriq̄ liberū arbitrium hn̄t nec tm̄ ad vtrumq̄ flecti possunt. b

Sed cum nec boni

peccare possint nec mali bn̄ velle. vel bene opari. videt̄ q̄ iam nō habeant liberum arbitrium. q2 in vtranq̄ ptem flecti nō possunt: cū liberū arbitriū ad vtrūq̄ se hēat. Unde Hieronymꝰ in tractatu de ꝓdigo filio dicit. Solus deus est in quē peccatū cadere non pōt. cetera cū sint liberi arbitrij in vtranq̄ ptem flecti pn̄t. Hic videt̄ dicere q̄ omnis creatura in libero arbitrio ꝯstituta flecti potest ad bonū ꝛ ad malū. Qd̄ si ē. ergo ꝛ boni angeli ꝛ mali ad vtrūq̄ flecti possunt. q̄ ꝛ boni pn̄t fieri mali ꝛ mali boni. Ad qd̄ dicimus: q2 boni tanta gr̄a ꝯfirmati sunt vt nequeant fieri mali. ꝛ mali i malicia adeo obdurati sunt vt nō valeāt fieri boni. ꝛ tm̄ vtriq̄ habent liberū arbitrium. q2 ꝛ boni nō aliqua cogēte necessitate sed ꝓpria ac spontanea voluntate per grām quidem adiuti. bonū eligūt ꝛ malum respuunt. ꝛ mali silr̄ spontanea volūtate a gr̄a destituti bonū vitant ꝛ malū sequunt̄. ꝛ mali habent liberum arbitriū sed depssum atq̄ corruptum q̄ surgere ad bonū nō valent.

Hieronymus.

Q boni post ꝯfirmationem liberius arbitrium habent q̄ ante. c

Boni vero arbitri-

um hn̄t multo liberiꝰ post ꝯfirmationē q̄ añ. Ut eni̅ Augꝰ. tradit in ench. Nō ideo carēt libero arbitrio q2 male velle non pn̄t. multo quippe liberiꝰ ē arbitriū qd̄ nō pōt seruire pctō Neq̄ culpāda ē volūtas. aut volūtas nō est aut libera dicēda nō ē. q2 beati esse sic volūt. vt eē miseri nō solū nolunt: s3 nec prsus velle possint. nō pn̄t itaq̄ boni āgeli velle malū vl̄ velle eē misi. neq̄ h̄ hn̄t ex natura s3 ex gr̄e

bñficio· Ante grē nanq₃ ꝯfirmationē₃ potuerunt peccare angeli· ⁊ q̇dā etiā peccauerunt ⁊ demones facti sunt· Vñ Aug. in lib. ꝯtra maximinū· Creatura ꝗ natura celestiū mori potuit· q₂ peccare potuit· Nam angeli peccauerūt ⁊ demones facti sunt· quoꝝ diabolus est pnceps ⁊ qui nō peccauerūt peccare potuerūt· ⁊ cuicunq₃ creature rōnali prestatur vt peccare nō possit· non est hoc nature ꝓprie sed dei grē· Ideoq₃ solus deꝰ est q nō gratia cuiusq₃ sed natura sua non potuit nec pōt nec poterit peccare· Ecce h insinuatur q angeli añ ꝯfirmationē peccare potuerunt· sed post ꝯfirmationē nō pñt· ⁊ q potuerunt fuit eis ex libero arbitrio: qd̄ est eis naturale· Q vero mō non pñt peccare nō est eis ex natura·i· libero arbitrio· sed ex gratia ex qua grā etiam est vt ipsum libeꝝ arbitriū iam nō possit peccato seruire·

Aug.

Q post ꝯfirmationem angeli nō possunt ex natura peccare sicut ante· nō q debilitatum sit eoꝝ liberū arbitriū sed ꝯfirmatū· d

Non ergo pōt con-

firmationem angeli de natura sicut añ peccare potuerūt· nō q liberū arbitriū eoꝝ debilitatum sit p grām sed ita potiꝰ ꝯfirmatu₃ vt iam p illud nō possit bonus angelus peccare· qd̄ vtiq₃ nō est ex libero arbitrio· sed ex gratia dei· Q ergo Hiero· ait· Cetera cum sint liberi arbitrij pñt flecti in vtranq₃ partē accipi oportet ꝑm statu₃ in quo creata sunt· Talis eñ ⁊ homo ⁊ angelus creatus est qui ad vtrāq₃ flecti poterat· sed postea boni angeli ita p grām sunt ꝯfirmati vt peccare non possint· ⁊ mali ita in vitio obdurati vt bñ viuere nequeant· Siꝑr etiam illud Isidori intelligendum est· Angeli mutabiles sunt natura· immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio sue cōditionis mutare potuerunt ad bonum siue ad malum· sed post p grām ita bono addicti sunt vt inde mutari nequeant· Ad hoc eni₃ repugnat gratia: non natura·

Apit quō p victa Vbā hieronymi sunt intelligenda.

Q angeli mali viuacem sensum nō pdiderunt ⁊ q̇bus modis sciant· e

Et licet mali angeli

ita p maliciam sint obdurati viuaci tñ sensu nō sunt penitus ꝓuati· Nam vt tradit Isidorus triplici accumine scientie vigent demones· sc₃ subtilitate nature· experientia temporum· reuelatione supernorū spirituū· De hoc etiam Augꝰ· ait· Spūs mali queda₃ vō de temporalibꝰ rebꝰ noscere pmittunt· partim subtilitate sensus· partim expientia temporum calidiores ꝓpter tam magnā longitudinem vite· partim sanctis angelis quod ipsi ab oīpotenti deo discūt iussu eius sibi reuelantibus· Aliqñ idem nefandi spūs ⁊ que acturi sunt velut diuinando ꝑdicunt·

Augꝰ.

Q magice artes virtute ⁊ sciētia diaboli valent· que virtus ⁊ sciētia est ei data a deo vel ad fallendum malos· vel ad monendu₃ vel exercendum bonos· f

Quoꝝū sciētia atq₃

virtute etiam magice artes exercent· q̇bus tamen tam scientia q̄₃ potestas a deo data ē· vel ad fallendum fallaces· vel ad monendū fideles· vel ad exercendam ꝓbandamq₃ iustorum patientiam· Vñ Augꝰ· in li· iij· de trinitate· Video inq̇t infirme cogitationi qd̄ possit occurrere· cur sc₃ ista miracula etiam magicis artibus fiant· Nam ⁊ magi pharaonis serpentes fecerunt ⁊ alia· sed illud ē amplius ammirandū quō magorum potentia que serpentes facere potuit· vbi ad muscas minutissimas sc₃ cinifes ventum ē· omnino deficit· qua tertia plaga egyptus cedebatur Ibi certe defecerunt magi dicentes· digitus dei est hic· vnde intelligi dat̄ nec ipsos q̇de₃ transgressores angelos ⁊ aereas potestates in imam istam caliginem tanq₃ in sui generis carcerem ab illius sublimis etheree puritatis habitatione detrusos· per quos magice artes possunt quicquid possint· non autem aliquid valere possunt nisi data desuper potestate· Datur aūt vel ad fallendu₃ fallaces sicut in egyptios· ⁊ in ipsos etia₃ magos data est· vt in eorum spirituum oꝑatione viderent̄ ammirandi a quibus fiebant damnādi vel ad monendum fideles ne tale aliquid facere ꝓ magno desiderent· ꝓpter quod etia₃ nobis in scriptura sunt ꝓdita· vel ad exercēdam ꝓbandam manifestandamq₃ iustoru₃ patientiam:

Q transgressoribꝰ angelis nō seruit ad nutum materia rerum visibilium· g

Nec putandum est

istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiā sed deo potius a quo hec potestas dat̄ q̄tum incommutabilis iudicat·

Qr nõ sunt creatores licet per eos magi ranas ⁊ alia fecerint· sed solus deus· h

Nec sane creatores

illi mali angeli dicendi sunt· qr p illos magi ranas et serpentes fecerũt· non eñi ipsi eas creauerũt· Omniũ quippe rerũ que corpaliter visibiliterq̧ nascunt̃ occulta quedã semina in corporeis mũdi huius elementis latent que de⁹ originaliter eis indidit· Ipse ĝ creator est oĩm rerum q̃ creator est inuisibilium seminũ· qr quecũq̧ nascẽdo ad oculos nostros exeunt· ex occultis seminib⁹ accipiunt ꝓgrediẽdi hic primordia ⁊ incrementa debite magnitudinis distinctionesq̧ formarũ ab originalib⁹ (vt ita dicã) regul' sumũt·

De seminib⁹ oĩm corpoꝝ quoꝝ creator ipe solus creator est.

Sicut parentes nõ dicunt̃ creatores filiorum nec agricole frugum· ita nec boni angeli nec mali· ⁊ si per eorum ministerium fiant creature· i

Sicut ergo nec pa-

rentes dicimus creatores hoĩm· nec agricolas creatores frugũ q̃uis coꝝ extrinsecus adhibitis motib⁹ ista creanda dei virtus interius operet̃· ita non solum malos· sed nec bonos angelos fas ẽ putare creatores· Sed ꝑ subtilitate sui sensus ⁊ corpis semina istarum rerũ nobis occultiora nouerunt· ⁊ ea ꝑ cõgruas temꝑationes elementoꝝ latenter spargũt atq̧ ita ⁊ gignendaꝝ rerum ⁊ accelerandoꝝ incrementorũ p̃bent occasiones· Sed nec boni hoc nisi q̃tum deus iubet· nec mali hoc iniuste faciunt· nisi q̃tum iuste ipse ꝑmittit· Nam iniqui malicia voluntatẽ suã habet iniustam· potestatẽ aũt non· nisi iuste accipit· siue ad suam penã· siue ad alioꝝ· vel penam maloꝝ vel laudem bonoꝝ·

Iniquus habet a se volũtatem malã a deo ṽo potestatẽ iuste accipit.

Sicut iustificationem mentis ita creationem rerum solus deus operat̃· licet creatura extrinsecus seruiat· k

Sicut ergo mentẽ

nr̃am iustificando formare nõ põt nisi deus· p̃dicare aũt extrinsecus euangeliũ etiã homines pñt: non solum boni ꝑ veritatem sed etiã mali ꝑ occasionem· ita creationem rerũ visibilium de⁹ interius operat̃· Exteriores aũt oꝑationes atq̧ ꝯtemꝑationes siue occasiones ab angelis tã bonis q̃ malis vel etiã hoĩbus adhibent̃· Sz hec ab hominib⁹ tanto difficilius adhibent̃· q̃tum eis desunt sensuum subtilitates· ⁊ corporum mobilitates in membris terrenis ⁊ pigris· Vñ qualibuscũq̧ angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est· tanto mirabiliores in hmõi operib⁹ eoꝝ existũt celeritates· sed nõ est creator nisi qui p̃ncipaliter ista format· nec quisq̧ hoc potest· nisi vnus creator deus· Aliud est eñi ex intimo ac summo causarum cardine cõdere ac ministrare creaturam· qð facit solus creator deus· Aliud autẽ ꝓ distributis ab illo virib⁹ ac facultatib⁹ aliquam oꝑationem forinsecus admouere· vt tunc vel tunc· sic vel sic· creat qð creat̃· Ista quippe originaliter ⁊ p̃mordialiter in quadã textura elementoꝝ cuncta iam creata sunt· sed acceptis oportunitatib⁹ postea ꝓdeunt·

Qr angeli mali multa possunt per nature vigorem que non possunt ꝓpter bonoꝝ angelorum ⁊ dei ꝓhibitionem· i· quia nõ ꝑmittuntur· l

Illud quoq̧ scien-

dum est q̧ angeli mali quedam possunt ꝑ nature subtilitatem: que tñ non possunt ꝓpter dei vel bonoꝝ angeloꝝ ꝓhibitionẽ· i· qr non ꝑmittunt̃ illa facere a deo vel ab angelis bonis· possent vtiq̧ fecisse cinifes q̃ ranas serpentesq̧ fecerũt· Quedã ṽo nõ possunt facere· etiam si ꝑmittant̃ ab angelis supiorib⁹ qr nõ ꝑmittit deus· Vñ Aug⁹· in li· iij· ð tri· Ex ineffabili potentatu dei fit· vt qð possent mali angeli si ꝑmitterent̃· ideo nõ possunt· qr nõ ꝑmittunt̃· Neq̧ eñi occurrit alia ratio cur nõ poterant facere cinifes q̃ ranas serpentesq̧ fecerũt· nisi qr maior aderat dominatio ꝓhibentis dei ꝑ spũm sanctũ· qð etiã magi ꝯfessi sunt dicentes· Digitus dei est hic· Quid aũt ꝑ naturam possint· nec possint ꝓpter ꝓhibitionem· et quid ꝑ ipsi⁹ nature sue ꝯditionẽ facere nõ sinant̃: homini explorare difficile est· imo impossibile· Nouimus hominẽ posse ambulare· ⁊ neq̧ hoc posse si nõ ꝑmittat̃· volare aũt nõ posse· etiã si ꝑmittat̃ Sic ⁊ illi angeli quedã possunt facere si permittant̃ ab angelis potentiorib⁹ ex imperio dei· Quedam ṽo nõ possunt etiã si ab eis ꝑmittant̃· qr ille nõ ꝑmittit a quo est illis talis nature modus· q̃ etiam ꝑ angelos suos illa plerumq̧ nõ ꝑmittit· que ꝯcessit vt possint.

Aug⁹. Quare non potuerunt ꝓducere cinifes qui ranas et serpentes fecerunt.

Ista est distinctio· vij· huius secũdi libri· In qua magister postq̃ egit de ꝑtinentib⁹ ad casum angelorum localem agit de ꝑtinentibus ad eoꝝ casum spũalem. Et tria facit. Nam primo ostendit qualiter liberum arbitriũ etiam post lapsum retinuerunt. Secundo qualiter intellect⁹ viuacitatem post casum nõ amiserunt. Tertio qualiter omnia que possent ideo.

quia deꝰ nō pmisit implere nō potuerūt. Primā facit a principio distinctionis vsq₃ ibi. Et licet mali angeli. Secundū vsq₃ ibi. Illud quoq₃ sciendū est. Tertium ab inde vsq₃ ad finē distinctiōis. Et tm̄ in generali. In speciali sniā magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Q licet angeli boni i gratia cōfirmati non possunt peccare. ꝛ mali in malicia obstinati nō possunt benefacere. Hoc tamen minime aufert alicui arbitrij libertatē. Hanc magister insinuans dicit ꝙ nec mali angeli post peccatuz possunt benefacere. nec boni post eoꝝ confirmationē possunt peccare. Cōtra qđ dictū obijciens dicit ꝙ si boni angeli nō possunt peccare. ergo nō habent arbitrij libertatem. tenet ꝯsequentia per dictū beati Hieronymi dicentis ꝙ omnis creatura habēs liberū arbitrium est vertibilis in bonū ꝛ malū. Cui obiectioni respondet ꝛ dicit. ꝙ q̄uis boni angeli peccare nō possunt. nō tamen ꝓpterea sunt minus liberi. q2 nō coacte sed libere ꝛ spontanee immutabiliter bonū eligunt. ꝛ hoc ex gratia nō a natura. per qđ soluit dictū beati Hieronymi dicētis ipsum loqui de libero arbitrio gratia non cōfirmato. sed ꝑ se in sua natura cōsiderato. Et oppositū arguit ꝛ soluit de demonibꝰ. Secunda propositio est hec. Q uis angeli mali in quibus est naturalis cognitionis perspicacitas aliqua faciunt mirabilia per hoc nō probat eis inesse creandi facultas. Hanc magister ꝓbat dicens demones habere triplicem scientiā. s. vnā ex subtilitate nature. aliam ex tpe ꝛ diuturnitate. tertiā ex bonoꝝ angelorum relatiōe. Et hoc ꝓbat autoritate Isidori ꝛ beati Augustini. Et subdit ꝙ demonū scientia ꝛ arte fiunt artes magice. deo tamē talia permittere volente ad fallendū fallaces. ꝛ mouendū fideles. seu ad exercitandū iustos ꝛ ꝓbos. In quibus quidē artibus magicis materia rerum visibilium nō seruit demonibus ad nutū. s3 solum in tantū quantū deꝰ permittit. Et infert ꝙ q̄uis demones q̄nq₃ aliqua noua ꝛ mirabilia deo permittente operant seu faciūt. non tn̄ propter hoc dicendi sunt creatores. quia illa noua que producunt nō nisi ex rerū virtutibus a deo eis inditis quasi ex quibusdam seminibus educūt eo ꝙ ad taliū productionē nisi instrumētaliter quodāmodo se habent sicut agricole ad ꝓductionē fructuū. ꝛ predicatores ad illuminationem mentiū. Tertia ꝓpositio est hec. Demōes multo maiora mala ꝛ plura possent facere q̄ faciunt. nisi deus ꝛ angeli boni eos facere talia prohiberent. Hanc magister ꝓbat per hoc ꝙ magi pharaonis ita bn̄ potuissent ministerio demonū fecisse cinifes sicut fecerūt ranas si deus talia opari non ꝓhibuisset. Et tantum de sentētia in speciali.

Utrū angeli omnes corporei sint. qđ quibusdam visum est. quibus Augustinus ꝯsentire videt̄ dicēs angelos omnes ante casum habuisse corpa tenuia ꝛ spūalia: s3 in casu mutata in deterius maloꝝ corpora. vt in eis possent pati. a

Solet etiam i

q̄stione versari apud doctos vtrū angeli omnes boni. s. ac mali corporei sint. i. corpa habeant sibi vnita. Q đ aliqui putāt intuentes v̄bis Augustini q̄ dicere videt̄. ꝙ angeli omnes ante ꝯfirmationē vel lapsum corpora aere habuerint de puriori ac supiori aeris pte formata. ad faciendū abilia nō ad patiendū ꝛ angelis bonis qui ꝯstiterūt talia sunt obseruata corpa. vt in eis possint facere ꝛ nō pati. que tāte sunt tenuitatis vt a mortalibꝰ videri nō valeant: nisi supuestita aliqua grossiori forma. qua assumpta vident̄ depositaq₃ videri desinūt. Angelis v̄o malis mutata sunt in casu corpa in deteriorē qualitatez spissioris aeris. Sicut eñ a loco digniori in inferiorez locū. i. in caliginosum aerē deiecti sunt. ita illa corpa tenuia mutata sunt ꝛ transformata in deteriora corpa ꝛ spissiora. in quibus pati possent in supiori elemēto. i. ab igne. Et hoc Augꝰ. sensisse videt̄ sup Gen̄. ita dicens. Demones dicunt̄ aerea aīalia. qui corpoꝝ aereoꝝ natura vigent. nec p mortē dissoluunt̄. quia ꝑualet in eis elementū aptius ad faciēdum q̄ ad patiendū. Ad patiendū enim humor ꝛ humꝰ. Ad faciendū aer ꝛ ignis aptitudinē ꝑbent. Trāsgressores v̄o angelicum ꝑncipe suo nūc diabolo: tūc archangelo. nō mirum si post peccatū in hanc caliginem detrusi sunt. Nec etiā hoc miꝝ est si ꝯuersi sunt ex pena i aereā qualitatē: qua possunt ab igne pati. Caliginosa tn̄ aeris tenere tm̄ permissi sunt q̄ eis quasi carcer sit vsq₃ ad tps iudicij. Ecce his verbis videt̄ Augꝰ. ita tradere. ꝙ quidā opinant̄ de corpibus angeloꝝ. Hoc aūt cum alijs dixisse astruūt nō ita sentiendo. sed opinionē alioꝝ referendo. qđ ex ipsius v̄bis dijudicare voluūt. quibus ait. Demones dicunt̄ aereā animalia: nō ait sunt. ita eñ q̄ꝑam dicebāt. De habitatione vero caliginosi aeris in quē detrusi sunt nō opinando. sed rei veritatē asserendo eū tradidisse dicūt: qđ ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoq₃ plurimos catholicos tractatores in h ꝯuenisse atq₃ id cōcorditer docuisse ꝙ angeli incorporei sint nec corpa habent sibi vnita. Assumunt aūt aliquando corpa deo ꝑparante. ad impletionē ministerij sui sibi a deo iniuncti. eademq₃ post expletionē deponūt. in quibus corpibus hominibus apparuerūt atq₃ locuti sunt. Et aliquando quidē locuti sūt ex ꝑsona dei sine distinctōe alicuius persone. Aliquando ex ꝑsona patris vel filij siue spiritus sancti.

Q đ deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit. b

Nec dubitādū est

deū in corpalibus formis apparuisse hoibus sicut Augꝰ. i scđo li. de trinitate ośdit ꝯferēs

Marginal notes:

loco dixit demones aliqñ hoim dispositioes nō solū voce ꝓlatas vez etiā cogitatione cōceptas cū signa q̄dam ex aīo exprimunt̄ i corpe tota facultate perdiscere. Tūc rēdixi occultissimā audacioꝛ assertiōe q̄ debui. Nā ꝑuenire ista ad noticiā demonū p nōnulla experimēta cōpertū est. Si vtrimq₃ q̄dā signa dent̄ ex corpe cogitātiū illi sensibilia: nos auertētia. an alia vt spiritualia ista cognoscāt. Aut difficillime ab hominibꝰ. aut nullatenus pōt i ueniri

Augꝰ. in. ij. li. retractationum. quodā

diuersa scripture testimonia· ex quibus deū in corporeis figuris hoīb⁹ apparuisse ꝓbat· ⁊ aliqñ ex ꝑsona dei sine distinctiōe· aliqñ sub distinctiōe ꝑsonaꝝ sermonē eis factū esse·

De ꝑplexa questione quā ponit Aug⁹· q̄rens an ad exhibendū has corꝑales appariti ones creatura noua sit formata: an angeli q̄ ante erāt missi· ⁊ si ipi missi sunt: vtrū seruata sui spūalis corꝑis qualitate aliquā speciē corporalem de corpulentioꝛi materia assumpse rint: an ꝓprium corp⁹ suū mutauerint in speciem actioni sue aptam. c

Sed vbi deum ho

minib⁹ in corꝑalib⁹ imaginib⁹ apparuisse asserit· ꝑplexam questionē ꝓponit quā nec absoluit querēs: vtrū in illis corꝑalibus appari tionibus creatura aliqua crearet̄ ad illō op⁹ tm̄ in qua de⁹ hominib⁹ appareret· an angeli qui añ erāt ita mitterent̄ vt manētes in suis spiritalibus corꝑib⁹: assumerēt ex corpulēta inferioꝝ elementoꝝ materia aliquā speciez corꝑalem· quā coaptatā quasi aliquā vestem mutarēt in quaslibet spēs corꝑales veras q̄ dem· an corp⁹ suū ꝓpriū verterēt in spēs aptas actionib⁹ suis ꝑ virtutē sibi a deo datam·

Augustin⁹ Ait eñ ita Aug⁹· in· iij· li· de trinitate· Querendū est in illis antiquis corꝑalib⁹ formis ⁊ visis· vtrū ad hoc op⁹ tm̄ creatura formata sit in qua de⁹ sicut tunc oportuisse indicauit: humanis ostenderet̄ aspectib⁹· an angeli q̄ iam erāt ita mittebant̄ vt ex ꝑsona dei loquerent̄: assumētes corꝑalem spēm de creatura corporea in vsum ministerij sui· aut ip̄m corpus suū cui nō subdunt̄: ꝗ subditū regūt mutantes atq̃ vertētes in species quas vellēt accomodatas atq̃ aptas actionib⁹ suis ſm

Cōcedendū ꝙ angelos mitti ſꝫ reliq̄ expediri nō sufficit attributā a creatore sibi potentiā· Sꝫ fateor excedere vires intētionis mee· vtrūꝫ angeli manente spūali sui corꝑis qualitate· ꝑ hanc occulti⁹ opantes assumāt ex inferioribus elementis corpulētioꝛib⁹ qō sibi coaptatam q̄si aliquā vestē mutēt ⁊ vertāt in quaslibet species corꝑales ⁊ ipas veras· sicut aqua vera ī vinū verū cōuersa est a dn̄o· An ipsa propria corꝑa ⁊ sua transformēt in id qō volunt accomodatū ad id quod agūt· Sed qō horum sit q̄m homo sum: nullo experimēto comp̄hēdere valeo· sicut angeli q̄ hoc agūt· Attēde lector· quia questionē ꝓpositā nō soluit· sed indiscussam reliquit· vtrū angeli q̄ mittebātur seruatis suis ꝓprijs spiritalib⁹ corporib⁹ supuestirent̄ aliqua corpulētiori specie in q̄ possent videri an ip̄m corp⁹ mutarēt ⁊ transformarent in quācūq̃ vellent speciē in qua possent cerni· In quib⁹ verbis videt̄ Aug⁹· attestari angelos esse corporeos ac propria ac spūalia habere corꝑa·

Q̄ꝫ deus in specie qua est de⁹ nunq̃ mortalibus apparuit· d

Ceteruꝫ hec velut

nimis ꝓfunda atq̃ obscura relinquētes: illud indubitāter teneam⁹· ꝙ de⁹ in specie essentie sue nunq̃ mortalib⁹ apparuit· sic famulo suo moysi dicit· Nō videbit me homo ⁊ viuet· Et in euāgelio Johis legit̄· Deū nemo vidit vnq̃· Uisibile eñ quicq̃ nō est qō non sit mutabile· Ideo substātia siue essentia dei q̄m nullo modo mutabilis est· nullo modo ꝑ seipsam visibilis est· Proinde illa om̄ia que patrib⁹ visa sunt: cū deus illis p̄sentaretur: ꝑ creaturā facta manifestū est· Et si nos latet quō ea ministris angelis fecerit de⁹· per āgelos tamē facta esse dicim⁹· Audeo ergo fiducialiter dicere nec deū patrē: nec v̄bum eius· nec spiritū eius q̄ est vnus deus· per id qō est atq̃ idipsum est vllo modo esse mutabilē· ac ꝑ hoc multo min⁹ esse visibilē·

Utrū demones intrēt corpora hominuꝫ substātialiter· an illabant̄ mētib⁹ hoīm c

Illud etiam consi=

deratione dignissimū videt̄· vtrū demones siue corporei siue incorporei sint hominū substantialit̄ intrēt corꝑa· eorūq̃ animab⁹ illabant̄· an ideo intrare dicant̄· qꝛ malicie sue ibi effectū exercēt dei ꝑmissione opprimendo atq̃ vexando eas· vel in peccatū ꝓ volūtate sua trahēdo. Q̄ꝫ in homīes introeāt atq̃ ab eis expulsi exeant: euangeliū apte declarat: cōmemorans demonia in quosdā ingressa· ⁊ ꝑ christū electa· ꝗ vtrū ſm substātiā fuerint ingressa an ꝓpter mali effectū dicant̄ ingressa: nō adeo ꝑspicuū est· De hoc aūt Gennadius in diffinitionibus ecclesiasticoꝝ dogmatum ait· Demones ꝑ energiā operationē nō credim⁹ substātialiter illabi aīe· ꝗ applicatōe ⁊ oppressione vniri· Illabi autē mēti illi soli possibile est qui creauit· q̄ natura subsistens incorpore⁹ capabilis est sue facture· Ecce h̄ videtur insinuari ꝙ substātialiter nō illabantur demones vel introeāt corda hominum·

Beda Beda quoq̃ sup illū locū actuū apostoloꝝ· vbi Petr⁹ ait anania· Cur temptauit sathanas cor tuū: dicit Notandū ꝙ mentē homīs iuxta subām nihil īplere possit nisi creatrix

trinitas· qz tm̄modo ſm̄ opationē ⁊ volūtatꝭ inſtinctū aīa ōhis q̄ ſunt creata implet· Implet vo ſathanas cor alicui⁹: nō q̄dem ingrediens in eū ⁊ in ſenſum ei⁹ neqꝫ introiēs aditū cordis· ſiquidē poteſtas hec ſoli⁹ dei eſt· ſꝫ callida ⁊ fraudulēta deceptiōe animā in effectum malicie trahēs p cogitatiōes ⁊ incentiua vicioꝝ quib⁹ plen⁹ eſt· Impleuit ḡ ſathanas cor ananie nō intrādo· ſꝫ malicie ſue vires inſerēdo· Idē ſpūs immūd⁹ flāma virtutum de cordib⁹ fideliū expulſus: doctoribus veritatis venenū pſecutionis infundit· His autoritatib⁹ oſtendiꝫ q̄ demones nō ſubſtātialiter intrāt corda hoīm· ſꝫ ppter malicie effectum· de quib⁹ pelli dicuntur: cum nocere non ſinuntur·

Iſta eſt diſtinctio octaua huius ſecundi libri In qua magiſter poſtq̄ egit de angelis quo ad eorū caſum localem ⁊ ſpūalem. agit de eis quo ad corpoꝝ aſſumptionē. Et tria circa hoc facit. Nam primo inq̄rit an angeli habeāt corpora ſibi vnita. Secūdo oſtēdit qualiter eis habentib⁹ fiat angeli apparitio. Tertio oſtendit qualiter operanꝫ circa animas ⁊ corpora noſtra. Primū facit a principio diſtinctiōis vſqꝫ ibi Nec dubitandū eſt. Secundum vſqꝫ ibi. Illud etiā conſideratione. Tertiū vo vſqꝫ ad finem diſtinctiōis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat ī tribus propoſitionibus. quarū prima eſt hec Angeli non ſunt corporales q̄uis corpa ſibi aſſumūt aerea pro explendo circa nos aliquo opere miniſteriali Hanc propoſitionē magiſter probans querit. Utrū angeli ſibi habent corpora naturaliter vnita. Et reſpondet q̄ quidam opinati ſunt eos habere corpa aerea que in demonibus ante peccatū fuerunt ſubtiliora ⁊ puriora ⁊ impaſſibilia. poſt peccatū autem facta groſſiora: etiam ab igne corpali paſſibilia. Et hoc cōfirmant autoritate beati Auguſtini. Alij vo dicunt eos naturaliter fore incorporeos ⁊ beatum Auguſtinum allegatū in contrariū aſſerunt magis fuiſſe locutum inquiſitiue q̄ determinatiue. Et ſubdit q̄ licet angeli incorporei aſſumunt tamen q̄nqꝫ corpa. q̄nqꝫ viſibiliter aliquid opanꝫ circa nos. ⁊ poſt operis cōpletionem illa deponunt. Unde in talibus corporibus hominib⁹ plures apparuerūt. ⁊ locuti ſunt aliquando in pſona patris. aliquādo in perſona filij. aliquando in pſona ſpiritusſancti. Secunda propoſitio eſt hec. Q̄ deus aliquando in formis corporalibus apparuit. Hanc pbat magiſter autoritate beati Auguſtini. Unde mouet queſtionem circa hec. ſcꝫ Utrū de⁹ corpaliter appatens de nouo ſemꝑ creauit illud corpus in quo apparuit. Et vtrū angeli corporaliter apparētes: dato q̄ ſunt corporei tantū ī ſuis corporibus appareant. vel alia corpa aſſumant magis groſſa ex viſibiliū rerum materia. ⁊ an illā ad placitum in quamlibet tranſſumāt diſpoſitionem. Iſtā magiſter relinquit inſolutam. Et poſtea dicit q̄ diuina eſſentia nunq̄ potuit nec poteſt videri vt eſt. quia omne viſibile mutabile eſt. Cū ergo eſſentia dei ſit īmutabilis: quid aliud ſupeſt q̄ q̄ ſit etiam inuiſibiꝫ.

Tertia ppoſitio eſt hec. Spiritus maligni p q̄ndam effectū poſſunt q̄nqꝫ illabi hominib⁹. nō illapſu eſſentiali. Hanc magiſter pbans querit. Utrū demones ſiue ſint corporei ſiue incorporei intrent ſubſtantialiter corpora hominū vel ſolum dominanꝫ in malicie effectū. Et reſpondens dicit q̄ ſolus deus menti humane illabitur. Et q̄ diabolus ingredi dicitur corpora: hoc eſt ſolum per effectum malicie. q̄d probat autoritatibus Gregorij ⁊ Bede que patent in textu. Et tm̄ in ſpeciali.

De ordinum diſtinctione q̄ ⁊ q̄t ſint · a

Poſt predicta ſupeſt cognoſcere de ordinib⁹ āgeloꝝ quid ſcriptura tradat· Que in pluribus locis nouē eſſe ordines angeloꝝ pmulgat· ſcꝫ angelos archangelos· pncipat⁹· poteſtates· virtutes dominatiōes· thronos· cherubin· ⁊ ſeraphin Et inueniunꝫ in iſtis ordinib⁹ tria terna eſſe ⁊ in ſingulis tres ordines· vt trinitatis ſimilitudo in eis inſinueꝫ impſſa· Ul̄i Dionyſius tres ordines angelorū eſſe tradit: ternos in ſingulis ponēs· Sunt eñi tres ſupiores· tres inferiores· tres medij· Supiores· Seraphin cherubin· throni· Medij· dominationes· pncipatus poteſtates· Inferiores· virtutes· archangeli· angeli·

Dionyſius

Quid apelleꝫ ordo· ⁊ que ſit ratio nominis cuiuſqꝫ· b

Hic cōſiderandum eſt quid appelleꝫ ordo· Deinde vtrū ab ipſa creatione fuerit diſtinctio illorū ordinū· Ordo angelorū diciꝫ multitudo celeſtium ſpirituum· q̄ inter ſe ī aliquo munere gratie ſimilantur· ſicut ⁊ in naturaliū datoꝝ munere cōueniunt· Ut verbi gr̄a· Seraphin dicuntur qui p̄ alijs ardent charitate· Seraphin eñi interpretaꝫ ardens vel ſuccendēs· Cherubin qui p̄ alijs in ſciētia eminēt· Cherubin eñi interpretaꝫ plenitudo ſciētie· Thronus dr̄ ſedes· Throni aūt vocanꝫ (vt beatus Gregorius ait) qui tāta diuinitatis gratia replētur vt in eis ſedeat de⁹ ⁊ p eos iudicia decernat atqꝫ informet· Dominationes vocanꝫ q̄ pncipatus ⁊ poteſtates tranſcendūt· Principatus dicunꝫ qui ſibi ſubiectis que ſunt agēda diſponūt· eiſqꝫ ad explenda diuina myſteria principanꝫ· Poteſtates nominanꝫ hi q̄ hoc ceteris potenti⁹ in ſuo ordine acceperunt vt virtutes aduerſe eis ſubiecte coꝝ refrenentur poteſtate: ne homines tantū temptare valeanꝫ quantū deſiderāt· Uirtutes vocantur illi per quos ſigna ⁊ miracula frequenter fiunt· Archangeli qui maiora nunciant· Angeli qui minora·

Gregori⁹

Q̄ hec noīa nō ppter ſeꝫ ppter nos eis data ſunt que aſſumpta ſunt a donis gratie

que nõ habent singulariter ſ excellenter ⁊ a precipuis nominant̃. c

Hec nomĩa illis nõ

ꝓpter se ſ ꝓpter nos eis data sunt. Qui eñ sibi noti sunt ꝯtemplatiõe: nob innotescunt cognominatiõe. Et nominant̃ singuli ordines a donis gratiaꝝ. que nõ singularit̃. ſ excellẽter data sunt in participatiõe. In illa eñ celesti curia vbi plenitudo boni est. licet q̃dã data sint excellẽter. nihil tñ possidet̃ singulariter. Omnia eñ in oībꝰ sunt. nõ quidez eq̃liter. quia alij alijs sublimiꝰ possidẽt. q̃ tamẽ oẽs habẽt. Cũq; oĩa dona gratiaꝝ superiores ordines sublimiꝰ ⁊ pfectiꝰ pceperint. tamen ex p̃cipuis sortiti sunt vocabula. inferioribus cetera relinquẽtes ordinibꝰ ad cognominationẽ. Ut seraphin q̃ ordo excellentissimus estimat̃. tã dilectionẽ q̃ cognitionẽ diuinitatis ⁊ cetera ꝟtutũ dona ceteris omnibus sublimiꝰ ⁊ pfectiꝰ pcepit. ⁊ tñ ab excellẽtiori dono. i. a caritate nomẽ accepit ille superior ordo. Maius eñ donũ est ipsa charitas q̃ sciẽtia. Itẽ maius est scire q̃ iudicare. sciẽtia nãq; informat iudiciũ. Ideoq; secundus ordo a secũdo dono. i. cognitiõe veritatis appellatꝰ est. s. cherubin. Itaq; de alijs intelligẽdum est. Assignat̃ ergo excellẽtia ordinũ ſm excellentiã donoꝝ. Et tñ sicut Gregoriꝰ ait. illa dona omnibꝰ sunt cõmunia. Omnes eñ ardent charitate ⁊ sciẽtia pleni sunt. sic ⁊ de alijs. Sed supiores alijs excellẽtiꝰ. vt iam dictum est: ipsa acceperũt a quibꝰ ⁊ nominant̃ Uñ Grego. In illa summa ciuitate quisq; ordo eius rei censet̃ noĩe. quam pleniꝰ accepit in munere.

Questio ex ꝟbis Gregorij orta. d

Sed orit̃ hic que=

stio talis. Si quisq; ordo ab illo dono nominat̃ q̃ pleniꝰ possidet. tũc cherubin in sciẽtia p̃eminet oĩbus. q: a sciẽtia noĩat̃. Sz qui magis diligit plꝰ cognoscit. Tantũ enim (vt tradit autoritas) cognoscit ibi quisq; q̃tum diligit. Itaq; seraphin nõ solũ in charitate ſ etiã in sciẽtia p̃eminẽt. Ideoq; autoritas illa sic videt̃ intelligẽda vt cõparatio nõ referat̃ ad oẽs ordines. ſ ad quosdã. sc; inferiores. Ille eñ ordo nõ pleniꝰ seraphin accepit sciẽtiam in munere. ſ pleniꝰ alijs ordinibꝰ q̃ sũt inferiores. Nec nominat̃ quisq; ordo ab omni re. quã pleniꝰ alijs accepit. ſ ab aliqua reꝝ quas accepit. Uel potest cõparatio referri

Explanatio illiꝰ autoritatis

Alia determinatio eiusdẽ

nõ ad ipsos ordĩes ſ ad alia dona. nec ad omnia alia dona ſ ad quedã. Sicut eñ homĩes cũ plura habeãt dona. q̃daz alijs excellentiꝰ possidẽt. Ita forte ⁊ angeli q̃busdã muneribus magis pollẽt. ⁊ alijs q̃busdã minꝰ.

Utrum ordines ab initio creatiõis ita distincti fuerint. e

Iã nunc inquirere

restat. Utrũ ⁊ isti ordines a creatiõis initio: ita fuerint distincti. Q: ita fuerũt distincti a p̃mordio sue ꝯditiõis videt̃ testimonio autoritatis insinuari. que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nãq; superiori lucifer ille fuit. q̃ nullꝰ dignior cõditꝰ fuit. Aplŝ etiã p̃ncipatus ⁊ potestates tenebraꝝ noĩat ostẽdens de ordinibꝰ illis cecidisse qui cũ in malis ministeriũ exerceãt. nõ tamẽ penitꝰ noĩbꝰ ordinũ suoꝝ p̃uati sunt. Sz non videt̃ illud posse stare. Nõ eñ tũc charitate ardebãt nec sapiã pollebãt. neq; in eis deus sedebat. Si eñ hoc habuissent nõ cecidissent. Nõ ergo tũc erat cherubin vel seraphin vel throni. Ad q̃ dicimꝰ q: añ casum q̃rundam. nõ erãt isti ordines. q: nondũ habebant dona in quoꝝ pticipationibꝰ ꝯueniũt. Sz q̃busdam cadẽtibꝰ alijs apposita sunt: eisq; q̃ ceciderũt collata fuissent eadẽ dona si pstitissent. Ideoq; scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse nõ q: fuissent in ordinibus ⁊ postea corruerũt. ſ q: si pstitissent coꝝ aliq̃ in singulis fuissent ordinibꝰ. q̃ ⁊ in nature tenuitate ⁊ in forme pspicacitate differẽtes gradus habebãt sicut illi q̃ pstiterũt. Alij eñ vt p̃diximus supiores. alij inferiores ꝯditi sunt Supiores q̃ natura magis subtiles ⁊ sapientia magis pspicaces. Inferiores q̃ natura minus subtiles. ⁊ intelligẽtia minꝰ pspicaces facti sunt. Has aũt inuisibiles differẽtias inuisibilium: solꝰ ille põderare potuit q̃ omĩa ĩ numero ⁊ mẽsura ⁊ põdere disposuit. i. in seipo q̃ est mẽsura oĩ rei modũ p̃figens. ⁊ numerꝰ omĩ rei spẽm p̃bens. ⁊ pondꝰ omnẽ rẽ ad stabilitatẽ trahẽs. id est. terminãs ⁊ formans ⁊ ordinans omnia.

Q: añ casuz quorundã nõ erãt hij ordines. q: nõ habebant dona grẽ q̃ quibusdam cadentibus alia apposita fuerũt.

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales. f

Preterea conside=

rari oportet. vtrũ oẽs angeli eiusdẽ ordĩs equales sint: Ita esse quibusdã placuit. ſ nõ est h̃ ꝓbabile nec assertiõe dignuz. q: lucifer q̃ fuit de collegio supioꝝ: ipsis etiam dignior

Per ſiſte oñ-dit nõ omnes eiuſdẽ ordis pares eſſe

extitit q̄ alijs excellẽtiores creati fuerãt. Ex quo ꝓcipit ꝙ ſi ꝑſtitiſſet: i ordine ſupiori fuiſſet: ⁊ alijs eiuſdem ordinis dignior extitiſſet. Sicut eñi vn⁹ eſt ordo apoſtoloꝝ ⁊ alter martyrũ. ⁊ tñ in apl'is alij alijs ſunt digniores. ſimiliter ⁊ in martyrib⁹ alij alijs ſunt ſupiores ita ⁊ in ordinib⁹ angeloꝝ recte credit̃ eſſe.

Quõ dicat ſcriptura decimũ ordinem ex hominib⁹ compleri: cum non ſint niſi nouez ordines. g

Notandum etiã ꝙ

decim⁹ ordo legit̃ de hominib⁹ reſtaurãdus Sȝ cũ non ſint niſi noue ordines. nec plures fuiſſent etiã ſi illi q̄ ceciderũt ꝑſtitiſſent. mouent̃ lectores quõ ſcriptura dicat decimũ ordinẽ compleri ex hoĩb⁹. Gregori⁹ nãq̧ ait homines aſſumẽdos in ordine angeloꝝ. quorũ alij aſſumunt̃ in ordine ſupioꝝ qui ſcȝ magis ardẽt charitate. Alij in ordine inferioꝝ q̄ ſcȝ minus ꝑfecti ſunt. Ex q̄ apparet nõ eſſe ð hominib⁹ formandũ decimũ ordinẽ tanq̄ʒ noue ſint angeloꝝ ⁊ decim⁹ hoĩm. ſ ȝ hoĩes ꝓ qualitate meritoꝝ ſtatuẽdos in ordinib⁹ angeloꝝ. Qꝫ ergo legit̃ decim⁹ ordo cõplend⁹ de hominib⁹. ex tali ſenſu dictũ fore accipi põt. qꝛ de hominib⁹ reſtaurabit̃ qð in angelis lapſũ eſt. de quib⁹ tot corruerũt vt poſſet fieri decimus ordo. Propter qð apl's dicit. reſtaurari oĩa in xp̄o q̄ in celis ⁊ que etiã in terr{is} ſunt. qꝛ ꝑ xp̄m redemptũ eſt genus humanũ. de q̄ fit reparatio ruine angelice tñ nõ min⁹ ſaluaretur hõ ſi angel⁹ nõ cecidiſſet.

Qꝫ homines aſſumunt̃ iuxta numeꝝ ſtãtium non lapſoꝝ. h

Nõ eni iuxta nume

rum eoꝝ q̄ ceciderũt. ſ ȝ eoꝝ q̄ ꝑmanſerũt homines ad beatitudinẽ admittunt̃. Vñ Gregori⁹. Supna illa ciuitas ex angelis ⁊ hoĩb⁹ ꝯſtat. ad quã credim⁹ tãtos humani gener{is} aſcẽdere quãtos illic ꝯtigit angelos remanſiſſe. ſicut ſcriptũ eſt i cantico Deutronomij Statuit terminos populoꝝ iuxta numerum angelorum dei.

Quidã dicũt ſ ȝm numeꝝ lapſoꝝ angeloꝝ homines reparandos. i

A quibuſdaȝ tamẽ

putat̃ ꝙ hoĩes reparent̃ iuxta numeꝝ angelorum q̄ ceciderũt. vt illa celeſtis ciuitas nec ſuoꝝ ciuiũ numero ꝑuet̃ nec maiori copia regnet. Qð Aug⁹. in ench. ſentire videt̃. non aſſerens de hoĩb⁹ pl⁹ ſaluari q̄ʒ corruit de angelis. ſ ȝ nõ min⁹ ita dicẽs. Supna hierlm mater nr̄a ciuitas dei. nulla ciuiũ ſuoꝝ numeroſitate fraudabit̃. aut vberiore etiã copia fortaſſe regnabit. Neq̧ eñi numeꝝ aut ſanctorũ hominũ aut ĩmundoꝝ demonũ nouim⁹. in quoꝝ locũ ſuccedẽtes filij catholice matr{is} que ſterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderũt ſine vllo tp̄is termino permanebũt. Sȝ illoꝝ ciuiũ numer⁹ ſiue qui eſt ſiue q̄ fuit. ſiue q̄ futur⁹ eſt: in ꝯtẽplatiõe eius artificis eſt. q̄ vocat ea q̄ non ſunt tanq̄ʒ ea q̄ ſunt. Ecce apte dicit nõ min⁹ de hoĩb⁹ ſaluari q̄ʒ corruit de angelis. ſ ȝ pl⁹ nõ aſſerit.

Iſta eſt diſtinctio nona hui⁹ ſecundi libri. In qua magiſter poſtq̄ʒ egit de cõmuni angeloꝝ creatione ⁊ bonoꝝ ⁊ malis diſtinctione. Incipit tractare ſpecialiter de bonoꝝ dignitate ⁊ ꝯparatione. Et tria circa hoc facit. Nã primo agit de numero ordinũ ⁊ nominatione. Secũdo tractat de eoꝝ diſtinctione. Tertio tractat de eoꝝ ex hominib⁹ repatione. Primuȝ facit a principio diſtinctiõis vſq̧ ibi. Iam inq̄rere reſtat. Secundũ ab inde vſq̧ ibi. Notandũ etiã ꝙ decimus. Tertiũ vero vſq̧ ad finẽ diſtinctionis. In ſpeciali ſnĩa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹. quaꝝ prima eſt hec. Noue ſunt chori ſeu ordines angelorum in tribus hierarchijs ſ ȝm dona nominatim diſtinctoꝝ. Hanc magiſter inſinuãs dicit noue eſſe ordines angeloꝝ trib⁹ ternarijs quos hierarchias vocamus diſtinctos. ita ꝙ quilibȝ ternari⁹ ſeu hierarchia tres ꝯtineat ordines. quoꝝ ordinũ tres ſunt ſuperiores. ſ. ſeraphin. cherubin. ⁊ throni. tres ſunt medij. ſcȝ dñationes. principat⁹. ⁊ poteſtates. tres aũt ſũt inferiores vtpote ꝟtutes. archangeli. ⁊ angeli. Poſtea declarat quid ſit ordo. Et dicit ꝙ ordo ſit multitudo ſpirituũ celeſtiũ qui inter ſe in aliquo gratie muneꝛe aſſimilant̃. ſicut qui in donoꝝ naturaliũ participatione ꝯueniũt. Sicut exempli gratia ſeraphin cõueniunt in charitatis ardore. cherubin in ſciẽtie pleñitudine. ⁊ ſic oẽs qui ſunt eiuſdẽ ordinis ꝯueniũt in illo qð illi ordini eſt ꝓprium. Qð aũt cuiq̧ ordini ſit ꝓpriuȝ oñdit autor in lr̃a. Et ſubdit ꝙ angelis ꝯueniũt noĩa non ꝓpter eos ſed ꝓpter nos. vt ſcȝ ꝑ hm̄õi noĩa nobis innoteſcãt. Vñ ſinguli ordines nominant̃ a donis gratiaꝝ in quib⁹ ſupiores inferiores ꝑcellunt. qð ſic intelligendũ eſt. nõ ꝙ ordinẽ gratie: a quo ſupior denoĩat̃: inferior nõ habeat. ſed ꝙ tã excellenter ipſam nõ habeat. vñ ſupiorem ordinem ſeraphin a dono charitatis qð eſt ſupremũ ĩter dona nominam⁹. nõ ideo qꝛ ille ordo ſol⁹ illud donũ habeat ſed qꝛ ceteris excellenti⁹ illud habet ⁊ ipſum donum charitatis inter dona gr̃e primũ locũ tenet. ordinem aũt ſequentiũ. ſ. cherubin a plenitudine ſciẽ dicimus qꝛ donũ ſciẽtie donũ charitatis ĩmediate ſequit̃ ĩ ordine donoꝝ. Cõtra iſtã ſniam magiſter obijciens dicit ex ipſa ſequi cherubin eſſe maioris ſciẽ q̄ʒ ſeraphin eo ꝙ cherubin a dono ſciẽ noĩat̃. Et r̃ndet ꝙ non ſeq̄tur. Nã ſeraphin nõ noĩat̃ a ſciã nõ obſtãte ꝙ ſit ꝑfectioris ſciẽ q̄ʒ cherubin. eo ꝙ digniori ſeu perfectiori dono pollet q̄ʒ ſit ſciã. ſ. dono charitatis. ⁊ ergo denoĩari debet ab ipſo dono. ſ. charitatiſ. ⁊ ſic de alijs angelis. Nã quilibet ordo debet denoĩari ab illo dono qð in eo p̄ alijs donis fulget. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Angeli ab initio ſue creatiõis nõ erant vt

nūc sunt in nouē ordines distincti seu ordinati. q̄ or-dines ordinant̄ f̄m dona gratuita. Licet tñ habuerīt tūc donoꝝ naturaliū vt nūc inequalitatē. Hanc mgr̄ ꝓbās querit. Utrū ordines angeloꝝ ab initio creati onis eoꝝ fuerūt distincti. Et arguit primo ꝙ sic. per hoc ꝙ angel⁹ prim⁹ q̄ cecidit dr̄ supior fuisse. ⁊ p hoc ꝙ apostol⁹ dicit aliquos de potestatib⁹ ⁊ principati bus demones effectos esse. In oppositū xo arguit p hoc ꝙ ordines denominant̄ a donis gratuitis q̄ nec boni nec mali in principio creatiōis habuerūt. Et re spondēs dicit ꝙ nō habuerūt ab initio sue creatiōis eoꝝ distinctionē ordinū. s3 habuerūt bñ diuersitates donoꝝ naturalium f̄m que boni stātes diuersa dona grē receperūt ⁊ ordinati fuerūt. Et demones dicunt̄ cecidisse nō ideo. qꝛ ipi qn̄q3 ordinati fuerūt. s3 si ste-tissent f̄m eoꝝ naturalia dona. p dona grē ad illos or dines p̄ in ētia ꝑcepissent. ⁊ sic in illos ordines loca-ti fuissent. Deinde querit̄. Utrū oēs angeli eiusdē ordinis sint equales. Et licet q̄dā hoc posuerunt. tñ mgr̄ dicit ꝙ nō. S3 sicut in ordine apl'oꝝ aut marty rum q̄dā aliis sunt digniores. ita ꝯsimiliter in ordine angeloꝝ Tertia ꝓpositio ē hec. Ad singulares or dines angeloꝝ hoīes saluādi assumunt̄ f̄m numerū beatoꝝ angeloꝝ. Hāc mgr̄ ꝓbans querit. Cū nō sint nisi nouē ordines angeloꝝ. q̄re tūc scriptura dicit de cimū ordinē p hoīes saluādos restaurari. Et respon det ꝙ nō. iō dicit ꝙ decim⁹ ordo sit vel qn̄q3 fuerit. s3 ꝙ tot hoīes saluent̄ ꝙ sunt angeli in vno ordine. ⁊ ideo dicūt decimū ordinē restaurari Et subdit ꝙ opi nio beati Gregorii est ꝙ tot hoīes saluent̄ quot ange li ꝑstiterūt. Opinio aūt beati Augustini est ꝙ tot sal uent̄ quot ceciderūt. que aūt verior sit nō determiat̄ Et tñ in speciali.

An oēs spūs celestes mittant̄. ⁊ ponit du as opiniones ⁊ autoritates quibus innitun tur. a

Di x

Hoc etiam inue-

stigādū est. Utrꝫ oēs isti celestes spūs ad exteriora nūcianda mit tant̄: Quidā putāt aliq̄s in illa multitudine esse q̄ foras ꝓ officio exeūt. alios q̄ int⁹ ꝯ assi stunt. sic scriptū est in Dan. Milia miliū mi nistrabāt ei. ⁊ decies cētena milia assistebāt ei. Itē Dionysi⁹ i hierarchia q̄ sacer p̄ncipa-

Dionysius

tus dr̄. de platiōe spirituum ait. Supiora illa agmina ab itimis nūq3 recedūt. qm̄ ea q̄ pre eminēt vsum exterioꝛ officii nunq3 hñt. His autoritatib⁹ innitunt̄ q̄ angelos mitti: nisi i-feriores inficiant̄.

Obiectio contra illos. b

Quibus obijcitur

qđ Esaias ait. Uolauit ad me vn⁹ d̄ seraphin q̄ ordo supior est ⁊ excellētior. Si ergo si d̄ illo or dine mittūt̄. nō est ambigēdum q̄n etiā ⁊ de aliis mittāt̄. Apl's q3 ait. Oēs sunt admistra torii spūs i misteriū missi. His testimoniis as serūt q̄dā oēs angelos mitti. Nec dꝫ idignū videri si etiā supiores mittant̄. cū ⁊ ille q̄ cre ator est oīū ad h̄ inferiora descēderit.

Questio si oēs mittunt̄: cur vn⁹ tñ ordo nomine angeloꝝ censet̄. c

Hic oritur questio

si oēs mittunt̄ ⁊ nūcii dei existūt. q̄re vn⁹ tñ inter nouē ordines āgeloꝝ noīe censet̄: Ad qđ quidā dicūt oēs q̄dē mitti. s3 alios sepius ⁊ q̄si ex officio iniūcto. q̄ ꝓprie āgeli vl' archan geli nomiant̄. Alii xo rari⁹ mitti. s. maiores causa ex̄ cōem dispensationē oborta. q̄ cū an geloꝝ misteriū suscipiūt etiā nomē assumūt. Unñ in ps. Qui fac angelos suos spūs. qꝛ illi q̄ natura spūs sūt. aliqñ angeli. i. nūcii fiūt.

Rñsio quorundam

Putāt quidā michael gabriel raphael de supiori ordine fuisse. ⁊ sunt nomina spirituū ⁊ nō ordinū. d

Et putāt illi micha

el gabriel raphael de superiori ordine fuisse. Michael interp̄tat̄ q̄s vt de⁹. Gabriel forti-tudo dei. Raphael medicina dī. Nec sūt ista noia ordinū s3 spirituū. Et dicūt q̄dā singulū hoꝝ vni⁹ ꝓprie ac singularit̄ spūs esse nomē Alii xo nō vni⁹ singularit̄ ⁊ determinate. sed nūc hui⁹ nūc illi⁹ esse nomē. f̄m q̄litatē eoꝝ ad quē nunciāda vel gerēda mittūt̄. sicut et demonū q̄dā noia sunt q̄ quidā putāt ēē vni us ꝓpria. Alii xo plurib⁹ cōia. Diabol⁹ q̄ppe q̄ grece ita vocat̄: ⁊ crimiator interp̄tat̄: vel deorsum fluēs hebraice dr̄ sathan. i. aduersa rius. Dr̄ ⁊ belial. i. apostata ⁊ absq3 iugo. Dr̄ etiā leuiathan. i. additamētū eoꝝ. ⁊ alia plu ra repies noia: q̄ vel vni⁹ spūs sunt ꝓpria vl' pluribus cōmunia.

Quō determinēt p̄dictas autoritates: q̄ vident̄ aduersari qui dicūt omnes angelos mitti. e

Qui autem omnes

angelos mitti asserūt premissas autoritates Daniel's scz ⁊ Dionysii ita determināt. Dicūt supiora agmina d̄o assistere. ⁊ ab itimis nūq3 recedere. nō q̄n aliqñ mittant̄ s3 qꝛ rarissime ad exteriora ꝓdeūt: neq3 tūc ab itimis rece-dunt. s3 dei p̄ñtie ⁊ ꝯtēplationi sp assistunt. qđ etiā faciūt qui frequent̄ mittunt̄.

Quos alii dicāt mitti ⁊ quos dicāt nō mit ti cū determinatiōe autoritatū que vident̄ sibi aduersari. f

Alij vero dicūt tres

ordines supmos. s. cherubin seraphin ꝛ thronos ita creatori assistere ꝙ ad exteriora non exeũt. Inferiores aũt tres ad exteriora mitti. Tres xo medios iter vtrosqꝫ ꝯsistere non modo dignitate vł loco. ꝟ etiã officio. qꝛ pceptũ diuinũ a supiorib⁹ accipiũt ꝛ deferunt ad inferiores. Ideoqꝫ cũ supmi medijs ꝛ medij imis atqꝫ hij hoib⁹ pceptũ dei nũcient. merito omes angeli noiari debẽt. Et ob id forte apłs ait. oẽs spũs administratores esse filij ꝛ mitti i ministeriũ: Uel p oẽs nõ singulos ordines ꝟ ꝺ inferiorib⁹ ordinib⁹ singulos angelos cõplex⁹ est. Illud xo qꝺ Esaias ait p xba Dionysij determinãt dicẽtis. Hi spũs q mittunt̃ pcipiũt hoꝝ vocabulũ quoꝝ gerũt officiuꝫ. Uñ dicũt illũ angelũ q missus ẽ ad Esaiam. vt mũdaret ꝛ incẽderet labia pphete fuisse ꝺ ordine inferioꝝ. Sꝫ ideo dict⁹ est forte de seraphin. qꝛ veniebat incẽdere ꝛ ꝯsumme re delicta Esaie.

Ista est distinctio decima huius secũdi libri In qua mgr̃ postq̃ egit de cõparatiõe angeloꝝ ad se inuicẽ: tractat de cõparatõe eoꝝ ad deũ. Et tria facit Nã primo facit de quib⁹ ordinib⁹ sunt angeli q mittunt̃. Secundo quõ diuersa noia ex ꝓprietatib⁹ sortiunt̃. Tertio qu aliꝗ missi a diuina ꝯtẽplatiõe non excludunt̃. Primũ facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi. Hic oriẽ questio. Scdm ab inde vsqꝫ ibi. Qui autem oẽs. Tertiũ xo ab inde vsqꝫ ad finẽ distinctiõis. Et tñ in generali. In speciali sñia mgr̃i stat in tribus ꝓpositionib⁹. quaꝝ prima est hec Angeli ꝺ singulis ordinib⁹ ad extra ad nostꝝ ministeriũ mittuntur. Hãc ꝓpositionẽ mgr̃ ꝓbãs querit primo. Utrũ omnes angeli de singulis ordinib⁹ ad exteriora nũcianda mittant̃. Et rñdendo recitat opiniones circa hoc quaꝝ prima dicit. ꝙ non oẽs mittunt̃. qꝛ superiores sp deo assistũt. Et illa opinio ꝯfirmat̃ autoritate beati Dionysij ꝛ daniel̃. qbus dr̃ ꝙ supiora illa agmina ab intimis nũq̃ descendũt. Secunda opinio dicit ꝙ oẽs mittant̃. qꝺ ꝓbat̃ p hoc ꝙ seraphin legit̃ missus fuisse ad esaiã. Cũ ergo de seraphin q sunt supmi ordinis mittant̃: videt̃ etiã ꝙ de singulis ordinib⁹ mittant̃. Et ꝯfirmat̃ p hoc ꝙ fili⁹ dei q est supior o ĩ angelo fuit missus. Scdo p autoritatẽ apłi q dicit. ꝙ oẽs sunt admĩstratorij spũs missi in ministeriuꝫ. Deinde obijcit ecõtra opinionẽ istã dicẽs. si oẽs mittunt̃ q̃re tũc nõ oẽs dicunt̃ angeli. i. nũcij. sꝫ vn⁹ ordo hoc nomen solũ sortit̃. Et rñdẽs ad hoc dicit ꝙ illi q sunt ꝺ inferiori ordine angeli ꝓprie dicũt̃. qꝛ et ꝓprio coꝝ officio sepi⁹ mittũt̃. Nihilominꝰ tñ ꝛ alij etiam qñqꝫ mittũt̃. ꝛ tũc angeloꝝ nomẽ suscipiũt. ꝟm illud psal. Qui facit anglos suos spũs. qꝛ q naturalit̃ spũs sũt qñqꝫ angeli. i. nũcij fiũt. Et subdit incidẽtalit̃ ad huius secũde opinionis ꝯfirmationẽ ꝙ ista noia Michael Gabriel Raphael sunt ꝓpria noia quorundã spirituũ a supiori ordine missoꝝ. Quis tñ alij dicunt ꝙ sint noia officioꝝ. Uñ qꝛ Raphael iterp̃tat̃ medicina dei: qlibet angel⁹ q ad medicãdũ mittit̃ raphael dici põt. Et silr̃ dicendũ est ꝺ alijs. Et hoc ꝯfirmat per simile in demonib⁹ qb⁹ qdã noia sunt cõia. sicut diabolus. sathan. ꝛ belial. ꝛ silia qꝝ interp̃tationẽ ponit in lr̃a. Hec eñ noia qñqꝫ singularib⁹ demonib⁹ ascribũt̃ specialit̃. Postea soluit autoritatẽ beati Dionysij: q prima opinio ꝓbat̃ ꝛ dicit. ꝙ supmi angeli dicunt̃ assistere. Quis raro mittãt̃. tñ qñ mittũt̃ a dei pñtia nõ recedũt. sꝫ ei⁹ ꝯtẽplatiõi eq bñ assistũt. qꝺ etiã illi faciũt q quotidie seu frequẽter mittũt̃. Ex p̃dictis simul sumptis infero p̃io ꝙ angłi missi diuersa nomia ꝟm varias officioꝝ ꝓprietates sortiũt̃. q est ꝓpositõ scda Infero scdo ꝙ ãgeli missi rõe missiois ab ĩtimis diuine ꝯtẽplatiõis nõ excludũt̃. q est ꝓpositio tertia. Postea mgr̃ ponit tertiã opinionẽ q dicit ꝙ supiores angłi nũq̃ mittãt̃. i. tres supmi chori sp assistãt. sꝫ ꝙ infimi tres chori sp mittãt̃. medij aũt chori dicũtur assistere ꝛ mitti. inq̃tum mitti accipit̃ ꝓut medij nũciãt inferiorib⁹. i. illuminant inferiores. Et qꝛ vt sic: supiores medijs nũciãt ꝛ medij infimis. iõ supiores dicũt̃ mitti. ꝛ ad illũ sensũ locut⁹ est apłs dicens oẽs missos ad mĩstratiõꝫ. Ad autoritatẽ Esaie rñdẽ: ꝺo dicit ꝙ angel⁹ ad esaiã missus nõ fuit ꝓprie de ordine seraphin. sꝫ sic denoiat̃ ab effectu ad quẽ venerat. qꝛ venerat ad inflãmandũ cor incẽdio amoris di. Et tñ in speciali.

Qꝛ queqꝫ aĩa habet angelũ bonuꝫ ad sui custodiã delegatũ. ꝛ malũ ad exercitiũ a

DI. XI

Illud quoqꝫ sci

endũ ẽ ꝙ angłi boni deputati sunt ad custodiã hoim. ita vt qsqꝫ electoꝝ habeat ãgelũ ad sui ꝓfectũ atqꝫ custodiã spẽalit̃ delegatũ. Uñ i euangelio xitas a pusilloꝝ scãdalo ꝓhibẽs ait. Angeli coꝝ sp vident faciẽ pr̃is. Anglos dic̃ eoꝝ ẽẽ qb⁹ ad custodiã deputati sũt. Sup quẽ locũ Hiero. tradit. vnãquãqꝫ aĩam ab exordio natiuitatis habere ãgelũ ad sui custodiã deputatũ inqẽns ita. Mag̃ dignitas aiaꝝ ẽ vt vnaqqꝫ habeat ab ortu natiuitatis i custodiã sui angelũ delegatũ. Greg. qꝫ dic̃. ꝙ qsqꝫ vnũ bonũ angelũ sibi ad custodiã deputatũ. ꝛ vnũ malũ ad exercitiũ hꝫ. Cũ eñ oẽs angeli boni nostrũ bonũ velint: cõmuniterqꝫ saluti oĩm studeãt. ille tñ q deputat⁹ ẽ alicui ad custodiã: eũ spẽaliter hortat̃ ad bonũ. sic legit̃ de anglo thobie ꝛ de ãgelo petri i actib⁹ apłoꝝ. Silr̃ ꝛ mali angeli cũ desiderẽt malũ hoim. magis tñ hoiem ad malũ incitat ꝛ ad nocẽdũ forti⁹ instat ille q ad exercitiũ ei⁹ deputat⁹ est.

Hiero.

Gregori⁹.

Utrũ singulis hominibus singuli angeli an pluribus deputat⁹ sit vnus. b

Solet autem que-

ri. vtrũ singuli ãgeli singulis hoib⁹. an vn⁹ plurib⁹ ad custodiã vel exercitiũ deputatus sit: Sꝫ cũ electi tot sint q̃t ꝛ boni angłi sunt. plures ꝯstat ẽẽ oẽs simul bonos ꝛ malos hoies: q̃ꝫ boni ãgeli sint. Et cũ tot sint electi q̃t ãgeli boni. ꝛ ãgeli boni plẽs sint q̃ꝫ mali: pluresqꝫ sint hoies mali q̃ꝫ boni. ñ est ãbigẽdũ plẽs ẽẽ bonos hoies q̃ꝫ sint mali ãgeli. ꝛ plẽs ẽẽ malos hoies q̃ꝫ sint mali ãgeli vel boni angeli.

Confirmat vnum angelū pluribus hominibus deputari siue simul siue temporib⁹ diuersis. c

Ideoq̄ dici oportet

vnum eundēq̄ angelū bonū vel malum pluribus hominib⁹ deputari ad custodiā vel exercitiū. siue eodē tempe siue diuersis temporibus. Ideo aūt dicim⁹ eodē tempore vel diuersis temporib⁹. quia videt̄ quibusdā q̄ omnes homies qui sunt simul in aliquo tempore. singuli singulos angelos habere possunt bonos vel malos quia licet maior sit numerus hominū cōparatis in vnū omnibus qui fuerūt ⁊ sunt ⁊ futuri sunt q̄ angelorum tamē quia homies decedentib⁹ hominibus succedūt. Et ideo nunq̄ simul sunt ī hac vita. Angeli vero nunq̄ decedūt. ꝯsimul omnes sunt: esse potest vt singuli hominū dū in hac vita sunt singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiā vel exercitiuȝ destinatos. Ceteꝝ siue ita sit siue nō: non est dubitandū vnūquēq̄ habere angelū sibi deputatū. siue plurib⁹ simul destinatus sit. siue vni singulariter. Nec est mirandū vnum angelū pluribus hominib⁹ ad custodiā deputari. cū vni homini pluriū custodia deputetur. ita vt eoꝝ quisq̄ suū dicat̄ habere dominuȝ vel episcopū vel abbatū.

Utrum angeli ꝓficiant in merito vel ī p̄mio vsq̄ ad iudiciū. d

Preterea illud con

siderari oportet. Utrū angeli boni in p̄mio vel in merito ꝓficiant vsq̄ ad iudiciū. Qꝛ in meritis ꝓficiant atq̄ quotidie magis ac magis mereant̄. quibusdā videt̄ ex eo qꝛ quotidie hominū vtilitatibus inseruiūt: eorumq̄ ꝓfectibus studēt. Quibus etiaȝ nihilomin⁹ videt̄ q̄ ⁊ in p̄mio ꝓficiant. s. in cognitione ⁊ dilectione dei. Licet em̄ vt aiūt in ꝯfirmatione beatitudinē acceperint eternā atq̄ perfectam. auget̄ tamē quotidie eoꝝ beatitudo. qꝛ magis ac magis diligūt atq̄ cognoscūt. ⁊ est eoꝝ charitas qua deū ⁊ nos diligūt. ⁊ meritū ⁊ p̄miū. Meritū qꝛ ꝑ eā ⁊ obsequia ex ea nobis impēsa merent̄. ⁊ in beatitudine ꝓficiunt. ⁊ ipa eadē est p̄miū. qꝛ ea beati sunt.

Quibusdam videt̄ q̄ ꝓficiāt ī vtroq̄.

Autoritatib⁹ ꝯfirmāt q̄d dicunt. e

Et q̄ angeli profici

ant in cognitiōe ac ꝑ hoc in beatitudine: testimonijs sanctoꝝ ꝯfirmāt. Dicit em̄ Esaias ex ꝑsona angeloꝝ xp̄i ascēdentis magnificētiam admirantiū. Quis est iste qui venit de edom tinctꝭ vestib⁹ d̄ bosra. Et in ps̄. Quis est iste rex glorie. Ex q̄bus apparet q̄ mysterium xp̄i incarnati plen⁹ cognouerūt angeli post impletionē q̄ an̄. Et sicut in cognitiōe hu⁹ mysterij ꝓfecerūt. ita dicūt eos in deitatis cognitione ꝓficere. Qꝛ aūt in hmōi mysterij cognitōe ꝓfecerint euident̄ docet apostolus dicēs. Que sit dispēsatio sacramēti absconditi a seculis in deo: vt inotescat multiformis sapia dei ꝑ ecclīam p̄ncipib⁹ ⁊ potestatibus in celestib⁹. Sup̄ quē locū dicit Hiero. angelicas dignitates prefatū mysteriuȝ ad purum non intellexisse: donec completa est passio christi ⁊ apostoloꝝ predicatio ꝑ gētes dilatata.

Hiero.

Qꝛ in hac sentētia videtur Augustin⁹ aduersari Hieronymo. f

His autez videtur

ꝯtradicere Aug⁹. sup̄ eundē locū ep̄le dicēs Non latuit angelos mysteriū regni celoruȝ. quod oportuno tempe reuelatū est ꝓ salute nostra. Illis ergo a seculis innotuit sup̄memoratū mysteriū. qꝛ oīs creatura nō ante secula s̄ a seculis est. Attende lector quia viderunt dissentire in hac sentētia illustres doctores Ideoq̄ vt oīs repugnātia d̄ medio tollatur p̄dicta verba Haymonē sequentes ita determinem⁹. vt illis angelis qui maioris dignitatis sunt. ⁊ ꝑ quoꝝ ministeriū illa nunciata sunt ex parte cognita a seculis fuisse. vtpote familiaribus ⁊ nuncijs: Illis vero q̄ minoris dignitatis sunt incognita extitisse dicamus. vsq̄ quo impleta sunt ⁊ ꝑ ecclesiam p̄dicata. ⁊ tunc ab omnib⁹ angelis ꝑfecte fuerūt cognita. Constat itaq̄ omnes angelos in cognitione diuinoꝝ mysteriorum s̄m ꝓcessum temporis profecisse. Unde non incongruenter ipsi dicunt angelorum scientiam ac beatitudinem augeri vsq̄ ad futuram cōsummationem quando in scientia ac beatitudie ita perfectissimi erunt. vt nec augeatur ampli⁹ nec minuatur.

Determinatio p̄dictarū autoritatum

Alioꝝ opinio qui dicunt angelos in q̄busdam p̄dictoꝝ non ꝓfecisse. g

Alij autem dicūt an

gelos in confirmatione tanta deitatis dilectione atq̄ noticia fuisse preditos. vt in his vlterius non ꝓfecerint. nec profecturi sint.

Profecerūt tamē in sciētia rex exterioꝝ sicut in cognitiōe sacramēti incarnationis ⁊ hmōi. ꝫ nō in ꝯtemplatiōe deitatis. quia trinitatē in vnitate. atꝙ vnitatē in trinitate non plenꝰ intelligūt siue intellecturi sunt. ꝗꝫ ab ipsa ꝯfirmatiōe ꝑceperūt. Ita etiā dicūt eos in charitate nō ꝑfecisse post confirmationē. qꝛ eoꝝ charitas postea nō est aucta. et sic dicunt eos nō ꝑfecisse in meritis. ꝫ hoc ꝗꝫtū ad vim merēdi: ꝫ non ꝗntū ad numeꝝ meritoꝝ. Plura eñ bona fecerūt postea que tūc non fecerāt. ꝫ eoꝝ charitas ex qua illa ꝓcesserūt nō est aucta ex qua tantuꝫ meruerūt anteꝗꝫ ista adderent̃ ꝗꝫtū postea his adiectis. Illō vero quod alij supius dicūt ꝓbabilius videt̃ scꝫ ꝙ angeli vsꝙ ad iudiciū in sciētia et alijs proficiant.

Os sic ꝓbabilius

Quedam autoritates videnẗ obuiare ꝓbabiliori sentētie. b

Quibus tamen vi-

dent̃ obuiare quorundā autoritatū v̄ba. Ait eñ Isidorꝰ de sum. bono. Angeli i verbo dei oīa sciūt anteꝗꝫ fiāt. ꝫ nec oēs nec omnia ꝑfecte angelos scire dixit. ⁊ ideo eos in sciētia ꝓficere nō remouit. Gregoriꝰ in lib. dialogorum ait. Quid est qđ ibi nesciāt vbi scientem oīa sciūt. Ubi videt̃ dicere ꝙ oīa sciant angeli ⁊ nihil sit qđ nesciāt. Sꝫ accipiendum est hoc de his quoꝝ cognitio beatū facit cognitorē. vt sunt ea q̄ ad mysteriū trinitatis ⁊ vnitatis ꝑtinent.

Gregoriꝰ.

Ista est distinctio. xj. huius secūdi libri. In qua magister postꝗꝫ egit de cōparatione angelorum ad deū: tractat de comparatiōe angeloꝝ ad homīes Et tria facit. Nam primo inquirit an homines angelorum custodiā habeāt. Secundo an vnus angelus plures homines custodiat. Tertio an boni angeli etiam meritorie ꝓficiant. Primū facit a principio distinctionis vsꝙ ibi. Solet etiam queri. Secūdū ab inde vsꝙ ibi. Preterea illud. Tertium vero vsꝙ ad finem distinctionis. Et tantū in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Quilibet homo ab initio sue natiuitatis habet angelū malum ad suū exercitiū deputatum. ⁊ bonum ad sui custodiam. Hanc ꝓpositionē magister ꝓbat autoritatibus beati Hieronymi ⁊ Gregorij. Et subdit. Licet omnes boni angeli bonū nostrum velint ⁊ salutē: ille tñ qui homini specialr̃ deputatus est. specialiter ad bonū ꝑ alijs exhortat̃. Similiter licet oēs mali angeli hominē ad malum exercitent ⁊ incitent. magis tamen suus exercitator ad mala ipsum instigat. Secunda propositio est hec. Stat vnū angelū pluribꝰ hominibus ꝑesse simul vl̃ successiue. Hanc magister ꝓbans querit. Utrū quilibet homo habet suū ꝓpriū angelū custodē. aut vnꝰ angelꝰ plures custodiat. Et r̄ndens dicit ꝙ sicut vni homini cōmittitur custodia multorum. sicut episcopis. abbatibus. ⁊ prioribus. ita plurium hominū custodia vel exercitiū cōmittit̃ vni bonoꝝ vel malorum angelorum. quē magister suadet sic. quia cū tot sunt electi quot angeli boni sunt. ⁊ angeli boni sunt plures ꝗꝫ mali. ⁊ plures sunt homines mali ꝗꝫ boni. non est ambigendū plures esse homines bonos ꝗꝫ angeli mali sunt. ⁊ plures esse homines malos ꝗꝫ sunt mali angeli vel boni angeli. patet ergo quēlibet malū hominē non posse singulariter habere vnū bonum angelum. ⁊ ꝑ cōsequens singuli homines tam boni ꝗꝫ mali non habent singulares angelos bonos ad eoꝝ custodiam vel malos ad exercitiū specialiter deputatos. sꝫ vnꝰ bonus angelus custodit plures. ⁊ vnus malus exercitat plures qđ oportet ad minus esse verum ꝫm successionē temporis. in quo homines hominibus succedunt. Quis cum hoc stet ꝙ singuli homines actualr̃ existentes singulares habeant angelos pro suo exercitio vel custodia. Tertia propositio est hec. Qꝫ angeli boni in sua beatitudine meritorie proficiūt vsꝙ ad mundi consummationē. Hanc probans querit. Utrum boni angeli in merito vel premio proficiant. Et respondens ꝓponit primo opinionem quorundam dicentiū ꝙ non solum proficiant in merito sꝫ etiam in premio. s. in cognitione ⁊ dilectione dei. ita ꝙ magis ⁊ magis ipsum cognoscunt ⁊ diligunt. Qꝫ autem in cognitione ꝓficiant probat per hoc ꝙ nō plene cognouerunt mysteriuꝫ incarnationis christi ante passionem ⁊ post apostolorū predicationem. Quod videtur beatus Hieronymꝰ sensisse. Licet beatꝰ Augustinus videtur contrarium dicere. Quoꝝ doctorum magister controuersiam discutiens dicit. ꝙ angeli maiores sciuerunt incarnationem christi. etiam anteꝗꝫ fieret. licet tamen nō perfecte. Et minores nō cognouerūt eam: nisi postꝗꝫ facta est. Ex quo concludit ꝙ tam maiores ꝗꝫ minores in cognitione ꝓfecerunt ⁊ proficient in diem iudicij. Postea subdit opinionem aliquoꝝ qui dicunt ꝙ in cognitione ⁊ dilectione dei non ꝓficiant. sed solum in quarundam reruꝫ exteriorum cognitione. sicut est incarnatio christi ⁊ similia. Primam autē opinionem magister approbās soluit autoritates quasdam Isidori ⁊ beati Gregorij qui videntur dicere angelos in scientia post eoꝝ confirmationem non profecisse. affirmantes eos omnia scire. ⁊ dicit ꝙ licet sciant omnia: non tamen perfecte vel dicuntur scire omnia ad eoꝝ beatitudinē ꝑtinentia. Et tñ in speciali.

Post consideratione de angelis habitā: agitur de aliaruꝫ rerū creatione. ⁊ p̄cipue de opeꝝ sex dieꝝ distinctione. a

Hec de angeli- DI. XII

b ce nature ꝯditiōe dicta sufficiant. Nūc supest đ aliaꝝ ꝗꝫ reꝝ creatiōe. ac p̄cipue de operuꝫ sex dieꝝ distinctiōe nōnulla i mediū ꝓferre. Cū deꝰ i sapiā sua angelicos ꝯdidit spūs. alia etiā creauit. sic oñdit supdicta scptura Geñ. q̄ dic in p̄ncipio deū creasse celū. i. angelos. ⁊ terrā. i. materiā ꝗtuor elemētoꝝ adhuc ꝯfusam ⁊ informē. q̄ a grecis dicta ē chaos. ⁊ h̄ fuit añ oēm diē. Deinde elemēta distinxit deꝰ ⁊ spēs ꝓprias atꝙ distinctas singul̃ rebꝰ ꝫm genus suū dedit. q̄ nō simul vt q̄busdā sanctoꝝ patꝝ placuit. ꝫ p intervalla tēpoꝝ ac sex volumina dieꝝ vt alijs visum est formauit.

Quare sancti tractatores videnť sup hoc q̃si aduersa tradidisse alijs dicentibus oĩa simul facta in materia ⁊ forma alijs ꝑ interualla tē porum. b

Quidam nãq₃ sanctoꝝ patrũ q̃ verba dei atq₃ archana excellē ter scrutati sunt. sup hoc quasi aduersa scripsisse videnť. Alij quidē tradiderunt omnia simul in materia ⁊ forma fuisse creata. Quod Aug⁹. sensisse videť. Alij vero hoc magis ꝓbauerunt ac asseruerũt. vt p̃ma materia rudis atq₃ informis quattuor elemētoꝝ cõmixtionem atq₃ ꝯfusionē tenēs creata sit. Postmodum vero ꝑ interualla sex dieꝝ ex illa materia rerũ corꝑaliũ genera sint formata ſm species ꝓprias. Quã sniam Grego. Hiero. ⁊ Beda alijq₃ plures cõmendant ac ꝓferũt Que etiã scripture geneseos: vñ p̃ma hui⁹ rei ad nos manauit cognitio: magꝭ ꝯgrue videť.

Quõ ꝑ interualla tpis res corporales cõdite sunt. c

Secũdũ hanc itaq₃

traditionē ordinē atq₃ modũ creationis formationisq₃ reꝝ inspiciam⁹. sicut supra memoratũ est. In p̃ncipio creauit de⁹ celũ. i. angelicam naturã: ſ₃ adhuc informē. vt quibusdã placet. Et terrã. i. illã ꝯfusam materiã quattuor elemētoꝝ. quã noĩe terre vt Augu. ait contra manicheos: iõ appellauit Moyses. qꝛ terra inter oĩa elemēta min⁹ est speciosa. ⁊ illa inanis erat ⁊ incõposita ꝓpter oĩm elemētoꝝ cõmixtionē. Eandē etiã vocat abyssum dicēs. Et tenebre erãt sup faciē abyssi ⁊c. qꝛ ꝯfusa erat ⁊ cõmixta: specie distincta carēs Eadē etiã materia informis dicta est aq̃ sup quã ferebať spũs dñi. sicut supferť fabricandis reb⁹ volũtas artificis. qꝛ subiacebat bone volũtati creatoris. qđ formandũ ꝑficiendumq₃ inchoauerat. q̃ sicut dñs ⁊ ꝯditor preerat fluitãti ⁊ ꝯfuse materie vt distingueret ꝑ spẽs varias q̃ñ vellet ⁊ sicut vellet. Hec iõ dicta est aqua. qꝛ oĩa que in terra nascunť siue aĩalia siue arbores vel herbe ⁊ similia ab humore incipiunt formari atq₃ nutriri. His omnib⁹ vocabulis vocata ē illa informis materia. vt res ignota noĩs vocabulis insinuareť imperitiorib⁹ ⁊ nõ vno tm̃. Nã si vno tm̃ significareť vocabulo h̃ esse putareť qđ consueuerãt hoĩes in illo vocabulo intelligere. Sub his ĝ noĩb⁹ significata ē materia illa cõfusa ⁊ informis. q̃ nulla specie cerni ac tractari poterat. i. noĩb⁹ visibiliũ reꝝ q̃ in de future erãt ꝓpter infirmitatē ꝑuuloꝝ q̃ minus idonei sunt inuisibilia cõp̃hendere. ⁊ tũc erãt tenebre. i. lucis absentia. Nõ em̃ tenebre aliq̃d sunt: ſ₃ ipsa lucis absentia. sicut silentium nõ aliqua res est. ſ₃ vbi son⁹ nõ est: silentiũ dicit. Et nuditas nõ aliq̃ res est: ſ₃ in corꝑe vbi tegumentũ nõ est: nuditas dr̃. sic ⁊ inanitas ñ est aliq̃d ſ₃ inanis dr̃ loc⁹ esse vbi nõ est corp⁹. ⁊ inanitas est absentia corpis.

Aug⁹.

Quare illa cõfusa materies vocetur terra: abyssus aqua

Quo sensu tenebre dicanť nõ esse aliq̃d. ⁊ quõ dicanť esse aliquid. d

Attende qꝛ hic Augustin⁹

tenebras dicit nõ esse aliq̃d: cũ alibi tenebre inter creaturas ponanť q̃ b̃ñdicunt dñm. Vñ dr̃. B̃ñdicite lux ⁊ tenebre domino. Ideoq₃ sciendũ est tenebras diuersis modis accipi. s. vel ꝓ lucis absentia. qualiter supra accepit Aug⁹. iuxta quã acceptionē nõ sunt aliq̃d. Vel ꝓ aere obscurato siue aeris obscura qualitate. ⁊ ſm hoc aliqua res creata sũt. Ideo ĝ dicit tenebras tũc fuisse sup faciē abyssi. quia nondũ erat lux. que si esset ⁊ super esset ⁊ supfunderet. ſ₃ nõdũ lucis gratia op⁹ suum deus venustauerat. que postea in primo die formata est.

Duo hic ꝯsideranda sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis. ⁊ vbi ad esse ꝓdijt quantũq₃ in altitudine ascēderit. e

De qua re priusq₃

tractemus duo nobis discutienda occurrũt Primũ quare illa materia confusa informis dicať. an qꝛ omni forma caruerit. an propter aliud. Secũdo vbi ad esse ꝓdierit. ⁊ quantũ in altũ ascēderit. Ad illud ĝ qđ p̃mo positũ est breuiť r̃ñdentes dicim⁹ illã p̃mã materiã nõ ideo dictã fore informē q nullã oĩno formã habuerit. qꝛ non aliq̃d corporeũ tale existere põt. qđ nullã habeat formã. ſ₃ ideo non absurde informē appellari posse dicim⁹. qꝛ in ꝯfusione ⁊ ꝑmixtione quadã subsistēs nõdũ pulcrã aptãq₃ ⁊ distictã recipet formã qualē modo cernim⁹. Facta est ĝ illa materia i forma confusionis ante formã dispositionis In forma confusionis prius omnia corꝑalia materialiter simul ⁊ semel sunt creata. Postmodum in forma dispositionis sex diebus sũt ordinata. Ecce absolutũ est quod primo in discussione propositum fuit. s. quare illa materia dicatur informis.

Ad primum breuiter respondet

Hic ad id quod secundo querebatur respondet. f

Nũc supereſt quod

ſcḋo ꝑponebať explicare vbi ſcꝫ illa materia ſubſtiterit ⁊ q̃tū in altitudine porrigebatur Ad qḋ nihil temere aſſerẽtes dicim⁹ q̄ illa ꝑma rer̄ oīm moles qñ creata eſt ibidem adeſſe videť ꝑdiiſſe. vbi nũc formata ſubſiſtit. Eratq̄ terreū h̄ elementū in vno loco eodē medio ſubſidēs ceter̄ i vna ꝯfuſione ꝑmixt̄ eiſdemq̄ circūquaq̄ i modo cuiuſdā nebule oppreſſis ita obuolutū erat vt apparere nō poſſet qḋ fuit. Illa ꝟo tria i vna ꝑmixtiōe cōfuſa circūquaq̄ ſuſpēſa: couſq̄ in altū porrigebanť quouſq̄ nũc ſūmitas corporee nature ptingit. Et ſicut quibuſdā videť vltra locum firmamēti extēdebať illa moles. que in inferiori pte ſpiſſior atq̄ groſſior erat. In ſuperiori ꝟo rarior ac leuior atq̄ ſubtilior exiſtebat. De qua rariori ſubſtantia putant q̄dam fuiſſe aquas que ſuper firmamētū eſſe dicunť. Talis fuit mundi facies in principio priuſq̄ reciperet formā vel diſpoſitionē.

Oſtenſo qualis fuit mundi facies in ipſo primordio: incipit ꝓſequi operū ſex dierum diſtinctionem. g

Nunc supereſt vt

diſpoſitionē illā qualiter ꝑfecta ſit ordine ꝓſequamur. Sex diebus ſicut docet ſcriptura Geñ. diſtinxit de⁹. ⁊ in formas redegit ꝓprias cūcta q̄ ſimul materialiter fecerat. Perfecitq̄ opus ſuū die ſexto. ⁊ ſic deinde die ſeptimo requieuit ab om̄i ope ſuo .i. ceſſauit nouaꝫ creaturā facere. Sex eñi dieb⁹ ſex rer̄ genera diſtinxit. nihilq̄ poſtea fecit: qḋ in aliq̄ illorum nō ptineať. opatus eſt tñ poſtea ſicͭ veritas in euāgelio ait Pater me⁹ opať vſq̄ nũc ⁊ ego operor illud.

De quattuor modis diuine opatiōis h

Quattuor eñi mo-

dis: vt ait Alcuin⁹ ſup Geñ. opať deus. Primo in ꝟbo oīa diſponēdo. Scḋo in materia īformi quattuor elemētor̄ de nihilo eā creando. Vñ. Qui viuit ī eternū creauit omnia ſimul. Omnia .ſ. elemēta. vel oīa corpa materialiť ſimul creauit. Tertio opa ſex dierum varias diſtinxit creaturaſ. Quarto ex ꝑmordialib⁹ ſeminib⁹ nō incognite oriunť nature ſ; note ſepi⁹ reformanť ne pereant.

Iſta eſt diſtinctio .xij. hui⁹ ſecūdi libri. In qua magiſter poſtq̄ tractauit de natura pure ſpiritualí .ſ. angelis. Incipit agere de natura pure corporali .ſ. de ꝓductione mundi ſenſibilis. Et tria circa hoc facit. Nam primo oſtendit qualiter deus mundū ſenſibilem primo creauit. Secundo vbi ipſum ꝓducēs collocauit. Tertio qualiter ipſum diſtinguens ordinauit. Primum facit a principio diſtinctionis vſq̄ ibi. De qua re pauliſꝑ tractemus. Secundum ab inde vſq̄ ibi. Nunc ſupeſt. Tertium vſq̄ ad finem diſtinctionis. Et tantū in generali. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Deus in principio materiam quattuor elementorum informem. id eſt. indiſtinctam creauit. Hāc ꝓpoſitionē mgr̄ ꝓbās ꝓponit q̄ diuīa ſapiētia ſimul cum angelica natura materiam in quattuor elementis confuſam ⁊ informem produxit. quam in ſex diebus perfecte formauit ⁊ diſtinxit. Et ſubdit q̄ aliqui ſancti .ſ. beatus Auguſtinus ⁊ ſui dixerūt omnia ſimul in materia ⁊ etiam diſtincta ſm̄ formas ſuiſſe producta. Alij vero dixerunt ſcꝫ beatus Gregori⁹ ⁊ Beda q̄ primo fuit materia rudis atq̄ informis creata. de qua poſtmodum ꝑ ſex dierum interualla res corporales ſm̄ proprias ſpecies ſunt formate. quam opinionem magiſter approbat propter plurimorum doctorum ſententiā ⁊ ſacre ſcripture autoritatē. Poſtea dicit q̄ illa informis materia in principio Geneſ vbi eius ꝓductio legitur diuerſo nomine eſt vocata. Nominatur eñi primo terra. vt ibi. In principio creauit deus celum ⁊ terram. id eſt. illam informem materiam. ⁊ exprimitur nomine terre. non quidē ꝓpter terreſtrem ſubſtantiam. ſed ꝓpter ſpecioſitatis carētiam. Secūdo exprimitur ibi nomine abyſſi ibi. cum dicitur. ⁊ tenebre erant ſuper faciem abyſſi. ⁊ hoc ꝓpter defectum diſtinctionis qua diſtinctione carebat Etiam nominať ibi aqua: cum ſubditur. Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Nam ſicut aqua habꝫ multā fluxibilitatem. ſic materia illa habet fluxibilitatem ⁊ diuerſam potentialitatē ad diuerſas formas recipiendas. Hmōi autē diuerſis nominibus fuit materia appellata ne crederet̄ vnius forme receptiua. ſi vno nomine fuiſſet vocata. Uſitatis etiā nominibus eſt vocata: ꝓpter ruditatem populi cui Moyſes ſcripſit ⁊ contulit manuductionem. Et ſubdit q̄ etiā in Geñ. diciť ſup faciem abyſſi. id eſt. illius nature erāt tenebre cōfuſe. id eſt. lucis abſentia. que tenebre nulle res ſunt: ſed tñ lucis abſentia ſeu priuatio. Cōtra quod videtur eſſe illud Dañ. Benedicite lux et tenebre domino. vbi tenebre inter res reales nominātur. Ad quod reſpondet q̄ tenebre quandoq̄ dicunt lucis abſentiā. ⁊ ſic nihil ſunt. qñq̄ aerem obſcurum. ⁊ ſic ſunt aliqua creatura. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Deus confuſam materiam elementor̄ in eodem loco vbi nunc eſt creanda collocauit. Hanc ꝓpoſitionem magiſter ꝓbans dicit adhuc duo de illa materia eſſe diſtinguenda. Quor̄ primū eſt quō illa materia dicta ſit informis. cū tñ omni forma nō caruit. Ad qḋ reſpōdet q̄ diciť informis nō ꝓpter carentiam omnis forme: ſed quia formam ꝯfuſam habebat ⁊ nō diſtinctam. vel quia formata nō fuit ſicut poſtea formabatur. Secundum eſt vbi fuerit illa materia creata ⁊ quantū ſpacium occupauit. Et reſpōdet q̄ creabať ī illo loco vbi nũc eſt mundus. ⁊ occupabat ſpaciū cuiuſlibet elementi. ⁊ extendebatur etiam ſm̄ aliq̄s vltra locum firmamenti ſm̄ q̄ erat materia illa in parte inferiori ſpiſſior ⁊ groſſior. in pte vero ſuperiori rarior ⁊ ſubtilior. Unde de parte illa rariori aquas que ſunt ſupra firmamentum dicūt eſſe factas. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus qui in principio ꝯfuſam materiaꝫ creauit quā in ſex diebus ꝑfecte mūdū ꝯplēdo

[Marginal notes: pͣ ꝓpoſitio; 2ͣ; 3ͣ]

distinxit ⁊ formauit. die septimo ab eius ꝓpagatiõe cessauit. Hanc eñ ꝓpositionẽ magister ꝓbans dicit ꝙ ꝑfecta rez ꝓductio ⁊ formatio sit expedita ĩ dierũ senario. ita ꝙ nihil postmodũ est ꝓductũ. qḋ in primis creatis aliquo modo nõ ꝯtineret. ⁊ illa de causa dicit̃ deꝰ septimo die quieuisse. eo ꝙ cessauit nouas creaturas ꝓducere. Sed ꝯtra hoc obijcit per dictuz domini nostri iesu christi. q̃ ait patrẽ suũ ⁊ se vsq; modo opari. ergo vt videt̃ deꝰ nõ quieuit ab omni ope die septimo. Et hoc ꝯfirmat̃ tali rõe. Si deus die septimo quieuisset ab omi ope: tũc nõ ꝓduceretur amplius de nouo aliq̇d in rez natura. sed hoc est falsum ergo nõ quieuit die septimo. Et ꝙ hoc sit verum patet. Nam q: multa sunt generabilia. nondũ tamẽ genita. sed solũ in potentia que est ad maximũ determinata. ideo in futuro sunt aliqua ad esse spectficum in potentia que postea actualiter erũt. ideo nõ sunt omnia septimo die diuina ꝟtutẽ creatiua producta. Ad qḋ respondens dicit deũ quadrupliciter operari ad rerũ ꝓductionẽ. Uno modo eternaliter omnia ĩ verbo disponendo. Secundo tempaliter materiã informem ꝓducendo. Tertio modo materiã sex diebꝰ cõfusam ſm species distinguẽdo. Quarto ex seminibꝰ rebus inditis creata ne pereãt reformando. Et licet deus ſm tres primos modos opandi die septimo q̇euerat. quo ad quartũ modum tñ semper operatur. Et de illo intelligi habet dictum christi superius allegatũ. Et tñ in speciali.

Que fuerit prima distinctiõis opatio a

DI. XIII

Prima autẽ distinctionis opatio fuit formatio lucis. sicut ostẽdit scriptura Genes. que cõmemorata rez informitate eaz dispositionẽ a luce inchoauit subdens. Dixit deus. fiat lux. ⁊ facta est lux. ⁊ diuisit lucẽ a tenebris. Appellauitq; lucem diẽ. ⁊ tenebras noctẽ. Et factũ est vespere ⁊ mane dies vnus. Cõgrue mũdi ornatꝰ a luce cepit. vñ cetera q̃ creãda erãt viderent̃.

Qualis fuerit lux illa. corporalis an spiritualis. b

Si querit̃ qualis illa lux fuerit corpalis. s. an spũalis: Id respõdemus qḋ legimꝰ traditũ. Dicit eñ Aug. q: lux illa corpalis vel spũalis intelligi põt. Si spũalis accipit̃: angelica natura intelligitur que ṗus informis fuit. ꝫ postea formata ẽ. cũ ad creatorẽ ꝯuersa ei charitate adhesit. Cuius informitatis creatio supiꝰ significata est. vbi dictũ est. In ṗncipio creauit deꝰ celum ⁊ terrã. Hic ꝟo eiusdẽ formatio ostendit̃ cum ait. fiat lux. ⁊ facta est lux. Hec g̊ angelica natura ṗus tenebre: ⁊ postea lux fuit. quia ṗus habuit informitatẽ ⁊ impꝑfectionẽ. deinde formationis ꝑfectionẽ. ⁊ ita diuisit deus lucez a tenebris. Nam vt ait Augꝰ. sup Geñ. Huiꝰ creature informitas ⁊ imperfectio fuit añq̃ formaretur in amore conditoris. Formata vero est quando cõuersa est ad ĩcõmutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa quod vtiq; probabile est: corpus lucidum fuisse intelligitur. velut lucida nubes. quod non de nihilo sed de p̃iacenti materia formaliter factum est vt lux esset. ⁊ vim lucendi haberet. cuz qua dies prima exorta est. quia ante lucem nec dies fuit nec lux. licet tempus fuerit.

Augustinus De spũali luce.

Aug.

Hic de corporali luce

Ꝙ lux illa facta est vbi sol apparet que in aquis lucere poterat. c

Si autem queritur vbi est facta lux illa: cũ abyssus omnez terre altitudinẽ tegeret: Dici potest in illis ptibꝰ facta quas nũc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucẽ ĩ aquis posse lucere. cũ etiã nautarum opatione sepius illustrentur. Qui in ꝓfundũ mersi. misso ex ore oleo aquas sibi illustrant. que multo rariores fuerũt in principio q̃ȝ modo sunt. quia nondũ congregate fuerant in vno loco. Facta ergo lux illa vicẽ ⁊ locum solis tenebat. que motu suo circum agitata noctẽ diemq; discernebat. Ibi ergo primum lucẽ apparuisse verisimile est. vbi sol quotidiano cursu circũuectus apparet vt eodem tramite lux circumcurrẽs. ac primo ad occasum descendẽs vesperam faceret. deinde reuocata ad ortum auroram. id est mane illustraret. ⁊ ideo diuisit deus lucem et tenebras. et appellauit lucem diem. et tenebras noctem.

Ꝙ dies diuersis modis accipit̃ d

Hic notãduz est ꝙ dies diuersis modis accipit̃ in scriptura. Dicitur ei dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat. ⁊ dicit̃ dies illuminatio ipsa aeris. Dicit̃ etiã dies spaciuz vigintiquattuor horaz. qualiter accipit̃ cum dicit̃. Factũ est vespere ⁊ mane dies vnus. Quod ita distinguendum est. factũ est vespere prius. et postea mane. ⁊ ita fuit dies vnus expletus vigintiquattuor horarum. Dies scz naturalis qui habuit vesperam sed non mane. Mane enim dicit̃ finis p̃cedentis ⁊ initium sequentis diei. quod est aurora. que nec plenam lucem nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit. quia nec dies p̃cesserat qui sequentis diei mane terminaretur. ⁊ eo p̃cipue. quia luce apparẽte: mox sup terram plenus atq; p̃clarus dies extitit. qui

Qualiter distingui debeat illud. Et factũ est vespere ⁊ mane dies vnus

nõ ab aurora· ſ a plena luce inchoauit· ⁊ mane ſequẽtis diei conſummat⁹ eſt· Vñ Beda ſup Geneſim· Decebat vt dies a luce inciperet· ⁊ in mane ſequẽtis diei tẽderet· vt opera dei a luce inchoaſſe· ⁊ in lucẽ cõpleta eẽ ſignificarent· Reliqui aũt dies mane habuerunt ⁊ veſperã· Quoꝝ quiſqꝫ a ſuo mane incipiens vſqꝫ ad alteri⁹ diei mane tendebat

Beda

De naturali ordine cõputationis dierũ· ⁊ de illo qui ꝑ myſterio introduct⁹ eſt — e

Hic ẽ naturalis ordo

diſtinctiõis dieꝝ vt diſtinguant atqꝫ computẽt dies a mane vſqꝫ ad mane. Poſtea vero in myſterio factũ eſt vt dies cõputẽt a veſpa in veſperã· ⁊ adiungat dies p̄cedenti nocti i computatiõe· cũ iuxta naturalẽ ordinẽ p̄cedens dies ſequẽti nocti adiũgi debeat· quia homo a luce ꝑ pctm̃ corruit i tenebras ignorantie ⁊ peccatoꝝ· deinde ꝑ chriſtum a tenebris ad lucẽ rediꝫ· Vñ apoſtol⁹· Eram⁹ aliquãdo tenebre· nunc aũt lux a dño· Primus itaqꝫ dies nõ ab aurora ſ a plena luce incipiens· ⁊ poſt veſperã paulatim occidente luce excipiẽs mane ſequẽtis diei explet⁹ eſt· Vnde Beda· Occidẽte luce paulatim ⁊ p⁹ ſpacium diurne lõgitudinis: inferiores partes ſubeũte: factũ eſt veſpe· ſicut nũc vſitato curſu ſolis fieri ſolet· Factũ eſt aũt mane eadẽ ſup terrã redeũte· ⁊ aliũ diẽ inchoante· ⁊ dies explet⁹ eſt vnus viginti quattuor horarũ· Fuitqꝫ nox illo triduo oĩno tenebroſa· que poſt creata ſidera aliqua luce claruit·

Beda

Cur ſol fact⁹ eſt ſi lux illa ſufficiebat — f

Solet autem queri

quare fact⁹ eſt ſol· ſi lux illa faciendũ diei ſufficiebat? Ad qȝ dici põt· qm̃ lux illa forte ſuperiores ptes illuſtrabat· ⁊ ad illuminatiõẽ inferioꝝ ſolẽ fieri oportebat· Vel poti⁹ ideo qꝛ facto ſole diei fulgur auct⁹ ẽ· Ampliori eñ multo luce radiauit dies poſtea q̃ añ· Si aũt querit qd de luce illa factũ ſit cũ modo nõ appareat? Poteſt dici aut de ea corp⁹ ſolis formatũ· aut in ea pte celi eſſe in qua ſol eſt· non q̄ ipſa ſit ſol· ſed ſic eſt ei vnita vt diſcerni nõ valeat·

Quomodo accipiendũ ſit illud· dixit de⁹· an ſono voci id de⁹ dixerit· an aliter — g

Preterea inueſtigã-

dum eſt quõ accipiendũ ſit qȝ ait· dixit deus· Vtrũ tempaliter· vel ſono vocis illud dixerit· an alio modo? Aug⁹· ſup Geñ· tradit nec tempaliter nec ſono vocis deũ locutũ fuiſſe· qꝛ ſi temporalit: ⁊ mutabiliter· ⁊ ſi corpaliter dicat ſonuiſſe vox dei· nec lingua erat q̄ loq̄retur· nec erat quẽ oporteret audire ⁊ intelligere· Bene ḡ vox dei ad naturã vbi per qȝ oĩa facta ſunt referẽ· Dixit ḡ de⁹ fiat· ⁊c̄· nõ tempaliter· nõ ſono vocis· ſ in verbo ſibi coeterno· id eſt· verbũ genuit intempaliter in quo erat· ⁊ diſpoſuit ab eterno vt fieret in tẽpore ⁊ in eo factum eſt·

Aug⁹·

Quõ accipiendũ ſit qȝ dicit pr̄ opari in filio vel ꝑ filiũ· vel in ſpũ ſancto· — h

Hic queri ſolet quo

modo accipiendũ ſit qȝ dr̄ pater opari i filio· vel ꝑ filiũ· vel in ſpũ ſancto? Hoc eñ ſcriptura frequẽter nobis ꝓponit· vt Omĩa in ſapientia feciſti dñe· id eſt· in filio· ⁊ In p̄ncipio· i· in filio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã· Et illud· Per quẽ fecit ⁊ ſecula· Sup illũ quoqꝫ pſalmi locum· Verbo dñi celi firmati ſunt ⁊c̄· dic̄ Auguſtin⁹· q̄ pater opatur ꝑ verbũ ſuũ et ſpiritum ſanctũ· Quõ ḡ hoc accipiendũ eſt? Putauerũt quidã heretici q̄ pater velut auctor ⁊ artifex filio ⁊ ſpũ ſancto in reꝝ opatione q̄ſi inſtrumẽto vterẽ· Ex p̄dictis vbis errandi occaſionẽ ſumẽtes· qȝ velut blaſphemũ atqꝫ ſane doctrine aduerſũ abijcit pia fides· Nõ eſt itaqꝫ intelligendũ ideo ſcripturã frequẽter cõmemorare patrẽ opari in filio vel ꝑ filium: tanq̄ fili⁹ nõ poſſet facere: ſi ei non porrexiſſet pater dexterã· vel tanq̄ aliqȝ inſtrumentũ fuerit patris opantis· ſ poti⁹ illis verbis patrẽ intelligi voluit cũ filio ⁊ ſpũ ſancto opari: ⁊ ſine eis nihil facere·

Hic aperit ex quo ſenſu dicat pater operari in filio vł per filium

Cõtra hãc expoſitionẽ ſurgit heretic⁹ — i

Sed dicit heretic⁹

hac ratõe hoc poſſe dixiſſe filiũ opari ꝑ prẽm vel in patre ⁊ ſpm̃ ſanctũ cũ vtroqꝫ vł ꝑ vtrũqꝫ· quia fili⁹ cũ patre: ⁊ ſpũs ſanctus cũ vtroqꝫ opatur· Cui breuiter respondeẽ· Ideo illud dictũ eſſe ⁊ nõ iſtud· vt in patre monſtrareẽ autoritas· Nõ eñ pater a filio· ſ fili⁹ a patre opatur· ⁊ ſpũs ſanct⁹ ab vtroqꝫ· Ideoqꝫ etiã filius ꝑ ſpm̃ ſanctũ legiẽ opari· quia cum ſpiritu ſancto opatur hoc ipſum a filio habenti vt operetur·

Alia predictoꝝ expoſitio· — k

Joh. Chrys.

Potest et alit̃ illud accipi: vt dicat̃ pater in filio vel p filiũ opari. q: eũ genuit oĩm opificẽ. sic dicit̃ pater p eũ iudicare. q: genuit iudicẽ. ita ꝛ p spũm sanctũ dicit̃ opari siue pr̃ siue fili⁹. q: ab vtroq̃ pcedit spũssanct⁹ factor oĩm. Vñ Joh. Chrys. i expositione ep̃le ad Heb. sic ait. Nõ vt hereticus inaniter suspicat̃ tanq̃ aliqd instrumẽtum p̃ris extiterit fili⁹: neq̃ p eũ pater dr̃ fecisse tanq̃ ipe facere nõ posset. s; sicut dr̃ pat̃ iudicare p filiũ. q: iudicẽ genuit. sic etiam dr̃ opari p filiũ. q: eũ cõstat opificẽ genuisse. Si eñ causa eius pater est: sm q̃ pater est. multo ampli⁹ eorũ causa ẽ q̃ p filiũ facta sũt. Hec de ope p̃me diei dicta sunt.

Ista est distinctio. xiij. hui⁹ secũdi libri. In q̃ magister postq̃ egit de ope creationis. qđ factum est ante omnẽ diẽ. agit de ope distinctionis qđ factuz est in primo die. s. de lucis pductiõe. Et tria facit. Nã primo agit de lucis actuali pductione. Secũdo de pducẽtis locutione. Tertio de cuiusdã ppositiõis expositione. Primũ facit a principio distinctõis vsq̃ ibi. Preterea inuestigandũ. Secundũ ab inde vsq̃ ibi. Hic queri solet. Tertiũ vsq̃ ad finẽ distinctionis. In speciali sñia magistri stat in tribus ppositionibus. quaꝝ prima est hec. De⁹ prima die fecit lucem distinguẽdo tps in diẽ ꝛ noctẽ. Hanc magister pbans ppõit. q̃ primũ a quo omniũ reꝝ principiuz incepit fuit lux. ꝛ hoc ɔgrue. quia lux cetera habz manifestare. Circa qđ vlteri⁹ mouet tres q̃stiones. quarum prima est. Utrũ lux illa prima die distincta vl' pducta fuerit corpalis vl' spũalis. Et respõdet q̃ vtroq̃ modo accipi põt. Si aũt accipiat̃ p luce spirituali. tũc significat formationẽ angelice nature p gratiã gratũ facientẽ. que vt supra dictũ est quodammodo sub noĩe celi fuit pducta. Si aũt p luce corpali accipiat̃: tũc supponit p aliqua nubecula lucida de piacenti materia formata ꝛ pducta. Tũc secũda questio est. Ubi facta fuerit lux illa. Et rñdet q̃ ibi vbi sol iaz mouet̃. imo lux illa vicẽ solis in tribus primis dieb⁹ tenẽs motu suo diẽ ꝛ noctẽ faciebat. nec ab aquis impediebat̃ ne luceret: ppter raritatẽ aquaꝝ tũc vnde ꝛ nũc q̃ñ p olei immissionẽ aqua rarificat̃ qđãmodo illustrat̃. quare nautę in pfundo maris se immergentes mittũt ex ore suo oleũ ad centrũ seu pfundũ maris. ꝛ sic aque clariores fiũt. Et subdit ibidẽ. q̃ dies potest accipi diuersimode. s. vel p ipa luce que ĩ illo triduo tenebras illuminabat. vel p ipsa illuminatione aeris. vel p spacio viginti quattuor horarũ. Tertia questio est. Quare sol fact⁹ est quarto die si lux illa prima die pducta sufficiebat ad dies faciendum. Et rñdet. q̃ lux illa tñ supiores ptes illuminabat. et tamẽ nõ ita clare sicut nũc sol. ideo cõgruit solem fieri ad lucis clarioris diffusionẽ. Et subdit q̃ corp⁹ solare formatũ est de illa luce: vel inseparabiliter habz eã sibi ɔiunctã. Secũda ppositio est hec. De⁹ nõ tpali vocis sono. sed verbo. sic ab eterno dixit oĩa efficiẽdo. Hanc magister pbãs querit. qualiter deus dixit fiat lux. s. an hoc tpali sono ptulerit vel ab aliq̃ alio modo. Et rñdens dicit sm Aug. q̃ nõ temporaliter quia dato q̃ sic: tũc de⁹ fuisset locut⁹ mutabilit̃. nec etiã sono vocis corpaliter. cũ deus careat instrumentis naturalib⁹ quibus talis son⁹ habeat causari. Sz in verbo sono sibi coeterno dixit. fiat lux. i. verbũ genuit intempaliter in quo erat dispositũ ab eterno vt fieret lux in tpe: ꝛ iam ĩeo fictũ est. Tertia ppositio est hec. Q̃uis sm scripturã deus opatus sit p filiũ. non tñ vt p ministrũ. sed p illũ quẽ genuit sibi coeq̃lẽ omniũ opificẽ. Hanc ppositionẽ magister pbans q̃rit. quõ pater dr̃ opari p filiũ vel in filio. sicut p ministrum. ꝛ q: hoc est erroneũ. Ideo dat duplicẽ intellectum catholicũ hui⁹ ppositiõis. Primus est q̃ q̃ñ pater dr̃ opari p filiũ seu etiã p spũm sanctũ. significat̃ inseparabilis opatio psonaꝝ cũ autoritate. ꝛ exinde puenit q̃ pater dicit̃ opari p filiũ. sed nõ ecõtra. q: filius nõ habet respectu p̃ris autoritatẽ principij. sicut pater respectu filij. Secũdus est q̃ pr̃ dr̃ opari p filium. q: filiũ genuit opificẽ. Et tñ in speciali.

De opere secunde diei. qua factum est firmamentum. a

DI. XIIII

Dixit quoq̃ deus. fiat firmamentũ in medio aquarũ ꝛ diuidat aq̃s ab aquis. Diuisitq̃ aquas q̃ erãt sub firmamẽto ab his que erãt sup firmamẽtum. Sciendũ est q̃ illi⁹ celi describit̃ h creatio. sicut ait Beda sup Geñ. in quo fixa sunt sidera cui supposite sunt aque in aere ꝛ in terra. ꝛ supposite alie. de quib⁹ dr̃. Qui tegis aq̃s supiora ei⁹. In medio ergo firmamentuz est id est sidereũ celũ. qđ de aquis factũ esse credi potest. Crystallin⁹ eñ lapis cui magna est firmitas et perspicuitas de aquis factus est. Si quẽ vero mouet. quõ aque nature fluide ꝛ in ima labiles sup celũ possint cõsistere. de deo scriptũ esse meminerit. Qui ligat aquas in nubib⁹ suis. Qui ei infra celũ ligat aquas ad temp⁹ vaporib⁹ nubiũ retẽtas. potest etiam sup celi sperã nõ vaporali tenuitate. sed glaciali soliditate aquas suspẽdere ne labãt̃. Quales aũt ꝛ ad qnid ɔdite sint: ipse nouit qui cõdidit. Ecce ostẽsum est his verbis qđ celũ factũ sit. scz illud in quo sunt fixa sidera. id est. qđ excedit aerẽ. ꝛ de qua materia scz d aquis. ꝛ quales sint aque q̃ sup illud celũ sũt scz vt glacies solidate.

Beda q̃ celũ dicit̃ crean

De qua materia sit factum illud celum

Quõ aq̃ pñt esse sup celũ ꝛ quales sĩt ille aque.

Alij putãt celũ illud esse ignee nature qb⁹ consentit Aug⁹. b

Quidam vero celũ quod excedit aerẽ spacia ignee nature dicũt asserentes sup aerem purũ ignẽ esse. qui dicitur esse celũ. de quo igne sidera ꝛ luminaria facta esse cõiectant. Quibus Augustin⁹ cõsentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celũ qđ excedit aerẽ: an ipe aer hic intelligatur. idem Augustin⁹ querit nec soluit Magis tamẽ approbare videt̃ celum illud h

Augusti. super Geñ.

accipi qđ spacia aeris excedit. Aquas autez que sup illud celū sunt dicit vaporabilr̄ trahi: ⁊ leuissimis suspēdi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporabiliter trahit: ⁊ p subtiles minutias suspēdit ⁊ post corpulenti⁹ cōglobatas pluuialiter refundit. Si ꝗ potest aqua sicut videm⁹ ad tantas minutias puenire vt ferat̄ vaporalr̄ super aerē aquis naturaliter leuiorē. Cur non credam⁹ etiā sup illud leui⁹ celū minutiorib⁹ guttis ⁊ leuiorib⁹ immanare vaporibus. sed quoꝗ modo ibi sint: ibi esse nō dubitamus.

Que sit figura firmamenti. c

Queri etiā solet cu-

ius figure sit celū: Sed spūssanct⁹ q̄uis autores nostri sciuerint p eos dicere noluit: nisi qđ psit saluti. Querit̄ etiā si stet an moueatur celū: Si moueat̄ inquiunt quō est firmamentum: Si stat: quomodo in eo fixa sidera circumeūt: Sed firmamentū dici potest: nō ppter stationē. ꝯ ppter firmitatē vel terminum aquaꝝ intransgressibilē. Si aūt stat. nihil impedit moueri ⁊ circuire sidera.

Utrū stet an moueat̄ celū.

Quare dicat̄ firmamentū.

Quare tacuit scriptura đ ope secūde diei quod in alijs dixit. d

Post hoc queri so-

let quare hic non est dictū sicut in alioꝝ dieꝝ operib⁹. vidit deus ꝙ esset bonū: Sacramētum aliqđ hic cōmendat̄. Ideo eñ fortassis non est hic dictū. qđ tamē sicut in alijs factuz est. quia binarius pncipiū alteritatis est ⁊ signum diuisionis. e

De ope tertie diei quando aque congregate sunt in vnum locum.

Sequit̄. Dixit de⁹

Congregent̄ aque in locū vnum ⁊ appareat arida. Tertie diei op⁹ est cōgregatio aquarum in vnū locum. Cōgregate sunt eñ oñs aque celo inferiores in vnā matricē. vt lux q̄ pterito biduo aquas clara luce lustrauerat: in puro aere clarior fulgeat ⁊ appareat terra que cooperta latebat. ⁊ que aq̄s limosa erat fieret arida ⁊ germinibus apta. Eodem eñ die ptulit terra herbā virentē lignumq̄ facie ns fructū. Si aūt querat̄ vbi ꝯgregate sint aque que totū texerant spaciū vsq̄ ad celū: Potuit fieri vt terra subsidens cōcauas partes pberet vbi fluctuantes aquas reciperet.

Beda

Ubi ꝯgregate sunt aque.

Potest etiaz credi pmarias aquas rariores fuisse que sicut nebula tegerēt terras: ꝯ congregatione esse spissatas. ⁊ ideo facile i vnū posse redigi locū. Cūq̄ multa ꝯstet eē maria ⁊ flumina: in vnū tamē locū dicit aquas congregatas ppter cōtinuationē omniū aquarum que in terris sunt. que cuncta flumia ⁊ maria magno mari iungunt̄. Ideoq̄ cū dixerit aquas cōgregatas in vnū locū. deinde dicit pluraliter. cōgregatiōes aquaꝝ ppter multifidos: sinus eaꝝ quibus omnib⁹ ex magno mari pncipium est.

Quō oēs aq̄ sint in vnū locū cōgregate cū multa sint maria ⁊ flumina.

De opere quarte diei quando facta sunt luminaria. f

Sequit̄. Dixit de⁹

Fiant luminaria in firmamanto celi. et diuidant diē ac noctē. In pcedenti triduo disposita est vniuersitatis hui⁹ mūdi machina ⁊ ptibus suis distributa. Formata eñ luce pma die que vniuersa illustraret. duo sequētes dies attributi sunt supme ⁊ infime parti mūdi firmamēto. ꝯ aeri. terre. ⁊ aque. Nā secunda die firmamentū desup expāsum est. Tertia vero aquaꝝ molibus inter receptacula sua collectis terra est reuelata atq̄ aer serenat⁹ Quattuor ꝗ mundi elementa illis dieb⁹ suis locis distincta sunt ⁊ ordinata. Tribus autē sequētibus diebus ornata sunt illa quattuor elementa. Quarta eñ die ornatū est firmamentū sole ⁊ luna ⁊ stellis. Quinta aer i volatilibus ⁊ aque in piscibus ornamenta accēperunt. Sexta accepit terra iumēta ⁊ reptilia ⁊ bestias. Post que omnia fact⁹ est homo de terra ⁊ in terra: non tamē ad terrā. nec ppter terrā. ꝯ ad celū ⁊ ppter celum.

Qr triduo pcedenti facta est dispositio ⁊ distinctio q̄tuor elemētorum ⁊ triduo sequēti ornatus est mūd⁹

Ante alia đ ornatu celi agitur sicut prius factum est. g

Quia ergo celū ce-

teris elementis speciez prestat. priusq̄ alijs factum est. ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sidera. Que ideo facta sunt vt per ea illustret̄ inferior pars ne esset habitātibus tenebrosa. Infirmitatiq̄ hominum puisum est vt circūeunte sole potirent̄ homines diei noctisq̄ vicissitudine propter dormiendi vigilandiq̄ necessitatē. ⁊ iō ne nox indecora remaneret: sed luna ac siderib⁹ cōsolarent̄ homines quib⁹ in nocte opandi necessitas incumberet. Et quia quedā animalia sunt que lucem ferre nō possunt. Quod

Qua vtilitate facta sūt ei luminaria

Quō accipiendum sit qd ait: vt sint in signa τ tpa

autē subdit. Et sint in signa τ tpa τ dies τ annos. quō accipiendū sit queri solet: Ita ei dictum videt quasi quarto die cepissent tēpora. cū p̄us triduū sine tpe nō fuerit. Ideoq̄ tpa que fiunt p sidera: nō spacia moraꝝ ꝫ vicissitudinē aeree qualitatis debem⁹ accipere. quia talia motib⁹ siderū fiunt. sicut dies τ anni quos vsitate nouim⁹. Sunt eñi in signa serenitatis τ tempestatis. τ in tpa. quia p ea distinguim⁹ quattuor tpa anni. scʒ ver. estatē. autumnū. hiemē. Vel sunt in signa τ in tempora. id est. in distinctionē horaꝝ. quia priusq̄ fierent: ordo tempoꝝ nullis notabat indicijs vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec quarta die facta sunt.

ſi non eſſet pceptũ vt de ligno vite ederet. ⁊ alijs ⁊ non illo veſceret: nunqd poſſet ñ mori: Si ſp viueret nõ vtens de illo ligno. non erat ei ex illo ligno poſſe nõ mori. Si võ non poſſet ſp viuere: id erat ei ex illo ligno poſſe. Aliqui dicũt q ſi nõ fuiſſet ei pceptũ veſci de illo ligno. ⁊ alijs ⁊ non illo veſceret: viueret ſemp. Sic determinãtes illud qḋ ſupra dixit Aug⁹. erat ei de ligno vite nõ de cõditione nature tñ. ſ. quaſi nõ ex cõditiõe nature ſolũmodo erat ei. ſ etiã ex illo ligno. Alijs aũt videt q ex ligno vite erat ei poſſe nõ mori: nõ ex natura. Idõ eñ dr potuiſſe non mori. qꝛ poterat vti illo ligno. de quo edens non moreret.

[Margin:] Opinio quorundam.

[Margin:] Aliorũ opinio

Queſtio Auguſtini quõ immortal' factus ſit homo. d

De hac vero homi

nis imortalitate q̃lis fuerit: Aug⁹. ſup Geñ. queſtionẽ mouẽs ſic ait. Querit quomodo

immortalis fact⁹ sit homo p̄ alijs animātib⁹. ⁊ quō cū illis cōem accepit alimoniā. Sȝ alia est immortalitas carnis quā ī adā accepim⁹ alia quā in resurrectiōe speram⁹ p̄ christum. Ille fact⁹ est homo imortalis vt nō possȝ mori: si nō peccaret. moreret̃ aūt si peccaret. Filij vō resurrectōis nec poterūt vltra peccare nec mori. Caro nostra nō tūc egebit refectione ciborū. q̃ nulla poterit esse defectio. Caro adē ante peccatū ita immortalis creata est: vt p̄ alimoniā adiuta esset mortis ⁊ doloris expers. Sic ḡ imortalis ⁊ incorruptibilis ꝯdita est caro hoīs: vt suā immortalitatē ⁊ incorruptionē p̄ obseruantiā mādatoꝝ dei custodiret. In quib⁹ mādatis h̄ ꝯtinebatur. vt de illis lignis ꝯcessis mādučaret ⁊ ab interdicto abstineret. Per hoꝝ eduliū immortalitatis dona ꝯseruaret: donec corꝑalib⁹ incrementis p̄duct⁹ ad etatē que ꝯditori placeret multiplicata ꝓgenie ipō iubēte sumeret d̄ ligno vite. quo p̄fecte imortalis fact⁹: cibi alimēta vlteri⁹ nō reqreret.

Soluere incipit

Attēde q̃ in p̄ceptis a do hoī p̄rio datis. ⁊ hoc ꝯtinebat̃ vbi de oī ligno: vbi de ligno sciē- cie boni ⁊ mali

Summatim sup ipsum verboꝝ sententiā ꝯstringit. e

Ecce his verbis vi

detur Aug⁹. tradere q̃ caro p̄mi hoīs imortalitatē in se habuerit. q̄ p̄ alimoniā ciboꝝ cōseruaret̃ vsq̧ ad tp̄s sue trāslationis ī meli⁹. qn̄ de ligno vite comederet ⁊ fieret oīno immortalis: ita vt nō posset mori.

Q̄ ex p̄dictis ꝯsequi videt̃ hoīem de nature sue ꝯditione quoq̧ modo fuisse immortalē: s̄ nō oīno fieret immortalis nisi participato ligno vite. f

Ideo aliqui dicūt.

q̃ immortalitatē de natura habebat qua poterat nō mori. q̄ alioꝝ lignoꝝ esu poterat cōseruari: s̄ nō poterat ꝯsummari nisi p̄ assumptionē ligni vite. Q̄ō videt̃ Aug⁹. sentire super Gen̄. dicēs. Hoc q̄ȝ addo talē cibū illā arborē p̄stitisse. quo corp⁹ hoīs stabili sanitate firmaret̃. nō sicut ex alio cibo s̄ inspiratiōe salubritatis occulta. Hic innuere videt̃ q̃ cum alijs cibis posset corp⁹ sustentari hoc cibo indeficiēte sanitate firmaret̃. Ex quo ꝯsequi videtur q̃ sicut in natura sua habuit mortalitatem quandā. s. aptitudinē moriēdi. ita aliq̄m immortalitatē in natura sui habuit. i. aptitudinē qua poterat nō mori: cibis adiut⁹. s̄ si p̄stitisset: immortalitatis p̄fectio esset ei d̄ ligno vite. Sȝ qui hoc tradūt. quō supiora Augustini v̄ba. quib⁹ dicit q̃ erat immortalis ex ligno vite. huic sentētie nō ꝯtradicāt diligent̃ inquirant.

Ista est distinctio. xix. hui⁹ secūdi libri. In qua magister postq̄ egit de ꝓductione humane nature: agit de ipsius cōseruatione. Et tria facit. Nā primo ostendit hominē immortalē fuisse in statu innocētie. Secūdo inquirit an illam immortalitatē habuisset a natura. vel ex dono gratie. Tertio recitat q̄d clamant de illa immortalitate diuerse opiniones. Primum facit a principio distinctiōis vsq̧ ibi. Solet etiam queri. Secūdum ab inde vsq̧ ibi. Sed adhuc q̄ritur. Tertiū vsq̧ ad finem distinctiōis. Et tm̄ in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus propositionibus. quaꝝ prima est hec. Adā in paradiso ante statū peccati viguit non moriendi potestate. Hanc magister probās dicit q̃ primus homo añ peccatum erat q̄dammodo mortalis ⁊ q̄dammodo īmortalis. quia poterat mori ⁊ poterat non mori. Postea insinuat triplicē statū hominis. s. ante peccatū ī quo habuit posse nō mori. post peccatū in quo habuit necesse mori. ⁊ post resurrectionē in quo habuit impossibilitatē moriendi. Et subdit q̃ corpus humanum erat animale egens alimētis. ⁊ ideo erat mortale. habēs tamē cū hoc posse non mori post pctm̄ fctm̄ ē mortuum: ⁊ necessitatē moriendi habens. sed in resurrectione erit sp̄uale cibis non egens ⁊ mori nō potens. Secunda ꝓpositio est hec. Homini immortalitas affuit in statu innocētie. non ex ꝯditione sue nature sȝ ex ligni vite vsu ⁊ ex beneficio cōditoris. Hanc magister ꝓbans querit. Utrū posse nō mori in statu homo ante peccatū non habuerit ex dono gratie vel ex conditione sue nature. Ad quod respondendo dicit. q̃ nō habuit hoc ex cōditione nature sue sed ex dono gratie. videlicet ex vsu ligni vite. Et hoc probat autoritate beati Augustini. ⁊ ꝯfirmat hoc dicto antiq̄ꝝ dicens. q̃ homo posse nō mori habuit ex vsu ligni vite. quod patet ex hoc. quia si nō fuisset esu eius vsus: peccasset. quia p̄ceptum habuit. vt illo vteret̃. ⁊ per consequēs cū mors sequat̃ peccatū si homo esu ligni vite vsus non fuisset. mortē subijsset. ⁊ sic posse n̄ mori habuit ex vsu ligni vite. Tertia ꝓpositio est hec. Adam immortalitatē habuisse in statu innocētie doctores opinando designāt diuersimode. Hanc magister ꝓbans querit. An dato q̃ hō non habuisset preceptū de vsu ligni vite ⁊ de alijs. an adhuc habuisset posse non mori. sed sp̄ viuere si illo ligno vsus nō fuisset. Et r̄ndens dicit aliquos dicere q̃ lignū vite nō fuit totalis causa immortalitatis sed coadiuuans. Notandū q̃ erat ade datū triplex p̄ceptū siue mādatum. Unū sc̄ȝ discipline ⁊ tale datū erat primo homini inquantū p̄cipiebat̃ sibi q̃ nō ederet de ligno sciē. Aliud est nature. ⁊ hoc est duplex. s. ad ꝯseruandum naturā vniuersalē. in hoc dictum fuit sibi. Crescite ⁊ multiplicamini. Aliud ad cōseruandū naturā particularē. s. vt comederet d̄ ligno vite. Alij dicūt q̃ omnino habuit immortalitatē ex vsu ligni vite. Et subdit quasdā autoritates beati Augu. quibus dicitur quō alia fuit immortalitas ade ab immortalitate beatorum in eterna patria. q̃ si immortalitas ade p̄ vsū alioꝝ ciboꝝ ꝯseruata fuisset. et ad tempus. s. quousq̧ sumpsisset de ligno vite. ⁊ fieret perfecte immortalis. Quibusdam aūt visū fuit q̃ etiā a natura habuisset quandā immortalitatē. sed perfectam habuisset per vsum ligni vite. Magister autē sustinet q̃ etiam primam immortalitatē ex vsu ligni vite habuisset. Et tm̄ in speciali.

De modo procreatiōis filioꝝ si non pec-

cassent primi parentes ⁊ quales nascerẽtur filij. a

Di. XX

Opinio quorundam

Rñsio contra illorum opinionẽ

Post hec vidẽ

dũ est qualiter p̄mi parentes si nõ peccassent filios ꝓcreassent ⁊ quales ipsi filij nascerentur: Quidã putãt ad gignẽdos filios p̄mos homines in paradiso misceri non potuisse: nisi post peccatũ. dicẽtes ꝯcubitũ sine corruptione vel macula nõ posse fieri. Sȝ añ peccatuȝ nec corruptio nec macula in hoĩe esse poterat. qm̃ ex peccato hec cõsecuta sunt. Ad qḋ dicendũ est. ꝙ si nõ peccassent p̄mi hoĩes sine oĩ peccato ⁊ macula in paradiso carnali copula ꝯuenissent. ⁊ esset ibi thorus immaculat⁹ ⁊ cõmixtio sine ꝯcupiscẽtia. atq; genitalib⁹ mẽbris sicut ceteris imparẽt. vt ibi nullum motũ illicitũ sentirẽt. ⁊ sicut alia mẽbra corpis alijs admouem⁹. vt manũ ori sine ardore libidinis: ita genitalib⁹ vterent̃ mẽbris sine aliquo pruritu carnis. Hec eñ letalis egritudo mẽbris hũanis ex peccato inhesit. Genuissent itaq; filios in paradiso ꝑ coitũ immaculatũ ⁊ sine corruptiõe. Cur nõ credamus p̄mos hoĩes ante pctm̃ genitalibus mẽbris ad ꝓcreationẽ impasse potuisse. sicut ceteris in q̊libet oꝑe sine voluptatis pruritu vtunt̃. Incredibile eñ nõ est deum talia fecisse illa corpa. vt si nõ peccassent: illis mẽbris sic pedibus imparent. nec cũ ardore seminarent. vel cũ dolore parerẽt. ſ; post peccatũ motũ illum meruerũt quẽ nuptie ordinãt: ꝯtinẽtia cohibet. Infirmitas eñ prona in ruinã turpitudinis: excipit̃ honestate nuptiali. ⁊ qḋ sanis est officiũ: egrotis est remediũ. Emissi q̊dem de paradiso ꝯuenerũt ⁊ genuerunt. sed potuerũt in paradiso eis esse nuptie honorabiles ⁊ thorus imaculat⁹. sine ardore libidĩs sine labore pariendi.

Aug⁹. super Gen. li. ix.

Quare in paradiso nõ coierunt duobus modis soluit. b

Cur ergo non coie

Augustinus super Gen.

runt in paradiso: Quia creata muliere mox transgressio facta est. ⁊ eiecti sunt de paradiso. Vel q2 nondũ deus iusserat vt coirent. ⁊ poterat diuina expectari autoritas vbi cõcupiscentia non angebat. De⁹ vero non iusserat. quia casum eorũ p̄sciebat. de quib⁹ homo ꝓpagand⁹ erat. Ecce exp̄sse habes d̃ modo ꝓpagationis filioꝝ.

De termino illi⁹ inferioris vite. vtrũ natis filijs per successiones. an simul oẽs trãsferendi essent. c

De termino vero

tp̄is quo trãsferrent̃ ad sp̄ualẽ celestẽq; vitã certũ aliquid scriptura nõ tradit. Et iõ ambiguũ est vtrũ parẽtes genitis filijs ꝑfectaq; humani officij iusticia ad meliorẽ statũ transferrent̃. nõ ꝑ mortẽ ſ; ꝑ aliquã mutationẽ. an patres in aliquo statu vite remanerẽt: ligno vite vtẽtes: donec filij ad eũdẽ statũ ꝑuenirent. ⁊ sic impleto numero oẽs simul ad meliora trãsferrent̃ vt essent sicut sancti angeli ĩ celis. De quo Aug⁹. ambigue differit super Gen. ita inquiẽs. Potuerũt p̄mi hoĩes in paradiso filios gignere: nõ vt morientibus patribus succederẽt filij. ſ; in aliquo forme statu manentib⁹. ⁊ de ligno vite vigorẽ sumẽtibus. ⁊ filij ad eundẽ ꝑducerent̃ statũ: donec impleto numero sine morte aĩalia corpora ĩ aliã qualitatẽ transirẽt. in qua oĩno regenti spiritui deseruirẽt. ⁊ solo sp̃ũ viuificante sine corporeis alimẽtis viuerẽt. Vel potuerũt parentes filijs cedere. vt ꝑ successionẽ numer⁹ implerer̃. Qui genitis filijs ꝑfectaq; humani officij iusticia ad meliora transferrent̃. nõ ꝑ mortẽ ſ; ꝑ aliquã mutationẽ. Ecce hic habemus de trãsitu hoĩs ad meliora. ſ; incertũ nobis relinquit̃. vtrum simul transferant̃: an ꝑ successiones.

Aug⁹.

Quales ꝓcrearẽt filios vtrũ ꝑfectionem stature ⁊ vsum mẽbroꝝ habẽtes qual' homo p̄mus fuit cõditus. d

Si vero queritur.

q̃les si nõ peccasset hõ filios genuisset: vtruȝ videlicet sicut ip̄e p̄mus homo ſm̃ staturam corpis ⁊ vsus mẽbroꝝ ꝑfect⁹ mox ꝯdit⁹. extitit. ita etiã ei⁹ filij in ip̄o natiuitatis exordio ꝑfecti existerẽt: q̊ ambulare ⁊ loqui ⁊ cuncta facere possent: Rñderi pt̃ ꝙ filios paruulos nasci oportebat ꝓpter materni vteri necessitatẽ. Sed vtrũ mox nati ꝑfectionẽ stature et mẽbroꝝ vsum haberẽt. an paruuli ⁊ in minori etate ꝯstituti vti possent mẽbrorũ officijs. an ꝑ interualla tempoꝝ. eo mõ quo nunc fit ꝑfectionẽ stature ⁊ vsum membroꝝ recepturi essent. de autorib⁹ diffinitũ non habemus

Respõsio vbi vno sine ambiguo posito triptitam subicit distinctionem

Ambigua augustini v̈ba ponit. vbi tamẽ videtur innuere ꝙ filij ⁊ ꝑuuli possent membrorum vti officijs. e

Et super hoc Aug⁹

ambigue loquit. Mouet nos inqt si p̄mi homines nō peccassent. vtrū tales filios essent habituri q̄ nec lingua nec manib⁹ nec pedibus vterent. Nā ppter vteri necessitatē forte necesse erat puulos nasci. Sed q̄uis exigua ps corpis sit costa. nō ppter hoc puulā viro ɔiugē fecit. Vn̄ ⁊ ei⁹ filios poterat omnipotētia creatoris mox natos grādes facere. Sȝ vt hoc omittā: poterat certe eis pstare qd̄ multis aīalib⁹ pstitit. quoꝝ pulli q̄uis sint puuli: tn̄ mox vt nascunt currūt ⁊ matrē sequunt. Ecōtra hoī nato nec ad incessū pedes idonei sunt. nec man⁹ saltē ad scalpēduȝ abiles. ⁊ iuxta se mām̄is positis nascētes magis possunt esurietes flere q̄ sugere. ppriꝗ infirmitati mentis ɔgruit hec infirmitas carnis. His verbis videt insinuari q̄ filij etiam paruuli officijs mēbroꝝ valerēt vti.

Quibusdā nō absurde placuit q̄ filij parui nascerent. ⁊ p accessum tpis in statura et ī alijs sicut nūc pficerēt quod nō esset vitio īputandum. f

Sed cū Aug⁹. sub

assertōe de his nihil tradat. nō irrōnabiliter quibusdā placuit p̄ mox parentū filios nascituros puos. ac deinde p interualla temporū eadē lege qua ⁊ nūc natiuitatē humanā ordinatā cernim⁹: stature incrementū ⁊ mēbroꝝ vsum recepturos vt in illis expectaret etas ad ambulandū ⁊ loquēdū sicut mō in nobis qd̄ vtiꝗ nō esset vitio imputādū: ſ cōditioni nature. sicut a cibo abstinere penit⁹ nō valebant. nec tn̄ illud erat ex vitio. ſ ex natura cōditionis.

Oppositio quorundā volentiū pbare eos posse viuere sine alimonia. g

Ad hoc autē oppo-

nit ita. Si nō peccarēt nō morerēt. ſ nō peccarēt si nō comederēt. Poterāt igit sine alimonia viuere. Ceteꝝ sic supra dixim⁹: nō solum peccarēt si de ligno vetito ederēt. ſ etiā si ɔcessis nō vterent. q2 sicut erat eis p̄ceptū nō illo ligno vti. ita alijs vesci. Preterea contra naturalē rōem facerēt q̄ intelligebant d̄ illis esse edendū: qd̄ ⁊ naturaliter appetebāt

Alia opposi tio circa idē. Itē opponit. Cū fames sit pena peccati. si nō peccarēt: famē nō sentirēt. ſ sine fame superfluū videret comedere. Vn̄ putāt q̄dam eos cibis nō indiguisse añ pctm̄. q2 non poterant esurire si nō peccassent. Ad qd̄ dici pōt. q̄ fames q̄ē defect⁹ est ⁊ pena peccati. Est eī immoderat⁹ appetit⁹ edēdi. cui nō subiacuisset hō si nō peccasset. ſ pculdubio peccaret: nisi hūc defectū cibo pueniret. Habebat eīn naturalē appetitū ⁊ moderatū. cui ita satisfaciendū erat ne defectū famis sentiret. Sic ḡ nō ex vitio: ſ ex nature ɔditiōe erat q̄ añ peccatū hō cibis indigebat. ita nō ex vitio esset. sed de natura: si hoīs ɔditio in p̄ncipio sui. i. ī p̄mo parēte a pfecto inchoata in subsequenti ppagatione a modico ad maiora pficeret vt scȝ p interualla tpis stature corporee icrementa: vsumꝗ mēbroꝝ susciperet.

Vtrū sicut statura corpis: ita etiam sensu mētis puuli nascerent. ⁊ p accessum tempis pficerent in sensu ⁊ noticia veritatis. scȝ an mox nati in his essent pfecti. h

Et cum de corpore

humano nō sit absurdū vel incōueniēs h̄ existimare. q̄ri solet. vtrū de sensu aīe ⁊ cognitione veritatis eodē modo sentiendū sit. vt. s. hi q̄ sine peccato nascerent: sensu ⁊ intelligētia mētis impfecti existerēt. ⁊ p accessuȝ tpis in his pficerēt vsꝗ ad pfectionē: an mox ɔditi pfectionē sensus ⁊ cognitionis pciperent.

Responsio Illi q̄ sentiūt puulos natos in statura corporis ⁊ vsu mēbroꝝ p accessum tpis pfecturos. nō diffitēt eosdē ī exordio natiuitatis sensu impfectos existere: ⁊ p interuallū temporis in sensu ⁊ cognitiōe pficere vsꝗ ad pfectū.

Contra illoꝝ sententiā opponūt q̄dā. i

Ad quod quidā op

ponūt dicētes. Si mox nati nō haberent pfectionē sensus ⁊ intelligētie: ignorātia in eis esset. ignorātia autē peccati est pena. Sed q̄ hoc dicūt nō satis diligēter ɔsiderāt. quia nō omnis q̄ aliquid nescit vel min⁹ pfecte aliquid scit. statim ignorantiā habere siue ī ignorantia esse dicēdus est. quia ignorātia nō d̄r nisi cum id qd̄ sciri ⁊ nō ignorari debet nescitur. Talisꝗ ignorantia pena peccati est cū mēs vitio obscuratur: ne cognoscere valeat ea q̄ scire deberet.

Quō ignorātia d̄r esse ī aliquo

De hoīs trāslatiōe in meliorē statū. et de duob⁹ bonis altero h̄ dato: altero pmisso k

Talis erat hominis

institutio ante peccatū s̄m corpis ɔditionem. De hoc autē statu transferrend⁹ erat cū vniuersa posteritate sua ad meliorē dignioreꝗ statum. vbi celesti ⁊ eterno bono in celis sibi

parato frueref. Sicut eñ ex duplici natura cōpactus est homo. ita illi duo bona cōditor a pncipio pparauit. vnū temporale. alterū eternū vnū visibile. alterū inuisibile. vnū carni. alterū spiritui. Et qz p̄mū est qd est animale. deinde qd est spūale. tpale ac visibile bonū p9 dedit. Inuisibile aūt & eternū pmisit. & meritis querendū pposuit. Ad illi9 aūt custodiā quod dederat. & ad illud pmerendū qd pmiserat. naturali rōi in creatiōe anime hoīs indite q̄ poterat inter bonū & malū discernere precceptum addidit obediētie. p cui9 obseruantiā datū non pderet & pmissum obtineret. vt p meritum veniret ad premium.

Quia rōem naturalē & pceptū dedit deus hoī ad seruandū bonū qd acceperat & pmerendū qd pmissum erat

Ista est distinctio. xx. huius secundi libri. In qua magister postq̄ egit de conseruatiōe humane nature per nutrimenti sumptionē. agit de conseruatiōe eiusdē p naturalē generationē. Et tria facit. Primo eñ inquirit an homines in statu innocentie ante peccatum genuissent. Secundo quales ples procreassent. Tertio qualiter ad statum meliorē ptransissent. Primū vsq; ibi. Si vero queritur. Secundū vsq; ibi. Talis erat hominis institutio. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et hoc in generali. In spāli sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarū prima est hec. Si primi parentes non peccassent: generatiōis officio sine pruritu & libidine in paradiso expleto sine morte cū omnibus suis simul vel successiue ad meliorem statū translati fuissent. Hanc magister insinuans querit: qualiter primi parentes filios procreassent si non peccassent. Et rñdens dicit quosdam opinatos fuisse q̄ per concubitū non genuissent eo q̄ concubitus sine corruptione non est. que corruptio ante peccatū esse non potuit in homine. Sz magister dicit q̄ fm veritatē concubitus ibi fuisset thorus immaculatus. & nuptie honorabiles. & cōmixtio sine cōcupiscentia. & vsum membrorū genitaliū sine corruptione. imo membra genitalia fuissent homini ad vsum fm voluntatē. sicut homo vtitur aliis membris. Postea magister mouet duas questiones. Prima est. quare non fuit generatio in paradiso facta. Et rñdet q̄ hoc fuit. vel quia nondum deus preceperat q̄ generarēt. vel quia statim post mulieris formationem peccatū & eiectio de paradiso fuit secuta. Secūda questio est. Qualiter parentes post generationē ad pfectam immortalitatē & beatitudinē transissent. Respondet q̄ hoc est dubiū. Nam scriptura nihil de hoc ponit. sed tamen fieri potuisset vt pacta generatione statim parētes anteq̄ filii fuissent ad beatitudinem translati. Vel sic q̄ parētes & filii simul vixissent & postea completo numero electorū simul ad beatitudinem fuissent transsumpti. Secunda ppositio est hec. Primi parētes si in statu pstitissent innocētie filios nō solū i statu puulos: ac pfecto vsu mēbrorū destitutos & alendos genuissent donec corpe & intellectu ad pfectū pfecissent. Hanc magister probans mouet & determinat circa hoc duas questiones. Prima est. Quales filios genuissent in statu innocentie. scz an filios magnos fm corpus ac membrorū suorū vsū habētes sicut primi parētes creati fuerunt membrorū suorū compotes loquentes & opantes seniorū hominum opatiōes. Ad qd rñdens dicit q̄ oportebat nasci paruulos p pter maternorū viscerum artitudinē. Sed quia beatus Aug9. hanc questionē mouens et nihil determinās dicit aliter quos fuisse opinatos q̄ filii nascentes eque membrorū vsum & loquele vsum habuissent. sicut apparet in quibusdam animalib9 q̄ stant immediate post natiuitatē & matres sequuntur. Aliis aūt placet q̄ tunc sicut modo in statura corporis & loquela & in aliis huiōi p temporis momēta pfecissent. quia sicut ex conditione nature in illo statu sine culpa indigebant cibo. sic etiā ex conditione nature in illo statu sine culpa de paruulis in magnos pfecissent. Secunda questio est. Utrū in aliis q̄ concernunt aīam. s. in sensu & intellectu profecissent: fm concernētia ipsum corpus. Et rñdens dicit sustinendo ipsam primā opinionem supradictā. s. q̄ profecissent fm corpus. potest etiā sustineri secunda. s. q̄ pfecissent fm animā & in his que ad animam pertinent ad augmentū accepissent. attamen ignorantia sciētie tunc in paruulis nō fuisset penosa sicut modo i hominibus. sed tantū naturalis. eo q̄ non fuisset respectu eorū q̄ scire tenerent. qualis solū dicit pena. Tertia ppositio est hec. Talis conditionis erat hominis institutio ante peccatū. q̄ obseruando diuinum pceptum fuisset cū tota sua posteritate translat9 vltimate ad meliorē statū vbi meliori bono. s. eterno frueret. Hanc ppositionem magister sentētialiter ponēs subdit rōem quare homo de illo bono tpali ad eternum transferret. quia sicut ex duplici natura homo constabat. ita duplex bonū deus ei parauerat. Primū bonum fm apostolū est tpale & visibile. qd scz preparauit carni in paradiso. Aliud bonū est spirituale eternū & inuisibile. s. beatitudo eterna. ad quod mediante obedientia & merito ferendus fuit. Et tantū in spēciali.

De inuidia diaboli qua ad hominē temptandum accessit. a

Uidēs igitur diabol9 hoīem p obediētie humilitatē posse ascēdere. vnde ipse p supbiā corruerat: inuidit ei. & qui pri9 p supbiā diabol9 fuerat. i. deorsū lapsus. zelo inuidie fact9 est sathan. i. aduersarius. Un̄ & mulierē tēptauit in qua minus q̄ in viro rōem vigere nouit. Ei9 eñ malicia ad temptandū virtutē timida: humanā naturam i ea pte vbi debilior videbat aggressa ē. Ut si forte illic aliquaten9 pualeret. postmodum fiducialius ad alterā q̄ robustior fuit: pulsandā vel poti9 subuertendā accederet. Primum ergo solitariā feminā explorauit. vt in ea primū omnem sue temptationis vim experiretur.

Quare ad feminam prius venit

Quare in aliena forma venit. b

Sz quia illi per violentiā nocere nō poterat. ad fraudē se conuertit: vt dolo hoīem supplātaret. quē virtute supare neqret. Ne aūt fraus illi9 nimis manifestaret i sua specie nō venit. ne apte cognosceret & ita repelleret. Iterū ne nimis occulta foret fraus ei9 q̄ caueri nō posset. et homo

simul videret iniuriã patisi talit̃ circũueniri pmitteret eũ de⁹ vt pcauere nõ posset. in aliena quidẽ forma venire pmissus ẽ diabolus. s; in tali in qua ei⁹ malicia facile posset deprehẽdi. Ut g̃ in ppria forma nõ veniret: voluntate sua ppria factũ est. Ut aũt in forma sue malicie ↄgruẽti veniret: diuinit⁹ factum est. Uenit g̃ ad hoĩem ĩ serpẽte. q̃ forte si pmitteret̃ in colũbe specie venire maluisset. S; nõ erat dignũ vt spũs malign⁹ illã formã hominib⁹ odiosam faceret. in q̃ spũs sctũs appariturus erat.

Quare nõ nisi ĩ forma serpẽtis accessit

Nõ g̃ nisi p serpentẽ tẽptare pmissus fuit diabol⁹. vt p illud q̃d foris erat astutiam tẽptantis animaduertere femiã q̃ret. Diabol⁹ eñ p serpentẽ tẽptabat in quo loq̃batur

Quare dict⁹ est serpẽs callidior cũctis animãtibus

Jdcq; serpẽs dict⁹ est esse callidior cunctis animãtib⁹ terre. Quia vt ait Aug. Mali angeli licet supbia deiecti. natura tñ sunt excellẽtiores oĩb⁹ bestijs ppter eminentiã rõnis. q̃uis serpẽs nõ rõnali aĩa. s; spũ diabolico possit sapiẽtissim⁹ dici. Nõ ẽ g̃ mirũ si diabol⁹ spũ suo implẽs serpentez sicut vates iplebat sapiẽtissimũ reddiderat oĩm bestiarũ. quẽ tñ ad tẽptandũ nõ elegit diabol⁹. s; p q̃d aĩal pmissus fuit: tẽptauit.

Augustin⁹

Uñ Aug. sup Geñ. Nõ est putandũ q̃ diabol⁹ serpentẽ p quẽ tẽptare elegerit. s; cũ decipe cupet nõ potuit nisi p q̃d aĩal posse pmissus ẽ. Nocẽdi eñ volũtas inest cuiq; a se s; ptãs a deo. Sic aũt loquebatur diabolus p serpentẽ ignorantẽ. sic p energuminos vel p phanaticos loquit̃. Serpẽte eñ velut organo est vsus mouẽs naturã ei⁹ ad exp̃mendũ sonos ṽboꝝ: ꝛ signa q̃bus suã mõstraret volũtatẽ. Serpẽs g̃ nec ṽba intelligebat. nec rõnalis est fact⁹. callidissim⁹ tñ ẽ dict⁹ ppter astutiã diaboli. Locut⁹ est aũt sic asina balaam. s; h̃ diabolicũ: illud angelicum fuit. boni eñ ꝛ mali angeli silr opant̃.

Quare mulier nõ horruit serpentem

Hic q̃ri solet q̃re mulier nõ horruit serpentẽ? Quia cũ nouerit creatũ esse: ipm etiã officiũ loquẽdi a deo accepisse putauit.

De modo temptationis. c

Temptatio autem

h̃ modo facta est. Stãs corã femiã hostis superbus. nõ audet in ṽba psuasiõis extre metuẽs dephẽdi. s; sub interrogatiõe eã aggredit̃. ꝛ ex r̃nsione colligeret q̃liter ĩ malicia pcedere posset.

Quare ex interrogatione exorsus est

Uerba sperẽt

Cur inq̃t p̃cepit vobis de⁹. vt nõ comederitis de ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignoꝝ que sunt ĩ paradiso vescimur. De fructu ṽo ligni q̃d est ĩ medio paradisi p̃cepit nobis de⁹ ne comederemus ꝛ ne tãgerem⁹ ne forte moriamur.

Respõsio mulieris

Jn q̃ ṽbo dedit locũ tẽptandi cũ dixit. ne forte moriamur. Uñ mox diabol⁹ dixit ad mulierem. Nequaq̃ moriemi. scit eñ de⁹ q̃ in quocũq; die comederitis ex eo: apient̃ oculi vestri. et eritis sic dij sciẽtes bonũ ꝛ malũ.

Addit spẽ nact⁹ fiducia ex ṽbis mulieris pmissionem falsam

Attẽde ordinẽ ac pgressum humane pditiõis. Primo deus dixerat. quacũq; die comederitis ex eo: morte moriemi. Deinde mulier dixit. ne forte moriamur. nouissime serpẽs dixit. nequaq̃ moriemi. De⁹ affirmauit. mulier q̃si ambigẽdo illud dixit. diabol⁹ negauit. Que g̃ dubitauit ab affirmãte recessit. ꝛ neganti approp inquauit.

De versutia diaboli q̃ vt facili⁹ psuaderet malum remouit. ꝛ bonum in pollicito duplicauit. d

Qui ad suã persua-

sionẽ plenit̃ suffulciendã. i. vt malũ q̃d inten debat libere psuaderet ꝛ malũ q̃d mulier timuit negãdo remouit. ꝛ repromissionẽ addidit. Et vt ei⁹ psuasio citi⁹ recipet̃ pmissionez duplicauit. Unã nẽpe comestionẽ suadens. duo in p̃mio pposuit. similitudinẽ dei. scientiamq; boni ꝛ mali spondẽs. Ubi trib⁹ modis hoiem tẽptauit. s. gula. in psuasione cibi cum dixit. Jn quocũq; die comederitis. Jnani gloria. in pmissione deitatis cũ dixit. Eritis sicut dij. Auaricia. in pmissione scie. sciẽtes bonũ ꝛ malũ.

Q̃ hõ trib⁹ modis tẽptatus est. Gula Uana gloria Auaricia

Gula est immoderata cibi auiditas. Uana glĩa amor pprie excellẽtie. Auaricia immoderata habẽdi cupiditas. q̃ nõ est tãtũ pecunie. s; etiã altitudinis ꝛ scie cum sup modum sublimitas ambit̃.

De duplici tẽptatiõis specie. e

Porro sciendũ est

duas esse spẽs tẽptatiõis. interiorẽ. s. ꝛ exteriorẽ. Exterior tẽptatio est q̃ñ nob extrinsecus malũ visibilit̃ suggerit̃ ṽbo vel signo aliquo vt ille cui fit ad ↄsensum pctĩ declinet. et talis temptatio tantũ fit ab aduersario.

Que sit exterior tẽptatio ꝛ a quo fiat

Jnterior ṽo tẽptatio est. q̃ñ inuisibilit̃ malũ nob intrinsec⁹ suggerit̃. ꝛ hec temptatio aliq̃ñ fit ab hoste. aliq̃ñ a carne. Nã ꝛ diabol⁹ inuisibiliter mala suggerit: ꝛ ex carnis corruptione suborĩt mot⁹ illicit⁹ ꝛ titillatio praua. ideoq; tẽptatio q̃ ex carne nõ est fit sine pctõ. Que aũt est ab hoste: nisi ei ↄsentiat̃ nõ habet peccatũ. s; est materia exercende ṽtutis. Tẽptatio aũt carnis interior difficili⁹ vincit̃. q̃ interi⁹ oppugnans de nostro ↄtra nos roborat̃.

Que sit temptatio interior ꝛ a q̃ fiat.

Homo ergo qui sola exteriori tẽptatiõe pul-

Quare hõ p alium surge-

re potuit ⁊ nō diabol⁹ ⁊ hominis peccatum remediabile. diaboli vero non

satus cecidit· tanto grauius plectend⁹ erat: quanto leuiori impulsu fuerat prostrat⁹· Et tamen quia aliquā licet modicā cadendi occasionē habuit· Idcirco per dei gratiā iuuari potuit ad veniā· vt qui p alium ceciderat· per alium erigeret· Qui ergo incitatiōe habuit ad malum: nō iniuste reparatorē habuit ad bonum· Diabolus vero quia sine alicui⁹ temptatione peccauit· p aliū vt surgeret iuuari non debuit· nec per se potuit· Et ideo irremediabile peccatum eius extitit· peccatū vero hominis sicut per alium habuit initiū· ita per alium non incongrue habuit remedium·

Quare hō non angelus sit redempt⁹ F

Preterea angelica

natura q̄m nō tota pierat· s3 ex pte pstiterat: nō est redempta· humana vo tota perierat· Et ideo ne penit⁹ pderet: ex pte est redēpta vt inde ruina supleret angelica· Vn̄ Aug⁹· in ench· Placuit vniuersitatis creatori ⁊ moderatori vt q̄m nō tota multitudo angelorū deū deserēdo perierat· ea que perierat i ppetua pditione remaneret· Que aūt cum deo illa deserēte pstiterat· d' sua certissime cognita semp felicitate gauderet· At vero creatura rationalis que in hominib⁹ erat· q̄m peccatis atq̄ supplicijs tota perierat ex pte poterat reparari· Unde angelice societati suppleretur quod ruina illa minuerat· hoc enī pmissum est sanctis q̄ erunt equales angelis dei·

Aug. i ench.

Q̄ nō soli viro p̄ceptū fuit datum G

Illud etiam notan

dū est q̄ nō soli viro p̄ceptū videt̄ esse datum cū ipa mulier testat̄ sibi etiā esse mandatum dicēs· Precepit nobis de⁹ ⁊c· Supra tm̄ legit̄ ante factā mulierē deū dixisse viro· De ligno sciētie boni ⁊ mali ne comedatis· Nō dixit· ne comedas· Forte quia facturus erat mulierem de viro· sic p̄cepit: vt per virum ad mulierem p̄ueniret mandatū· quia mulier que subiecta viro fuit: non nisi mediante viro diuinum debuit accipe p̄ceptum· Unde aplus Si quid discere voluerint domi viros suos interrogent· Si querit̄ quō loqui potuerūt vel loquentem intelligere qui non didicerāt inter loquentes crescendo vel magisterio: Dicimus quia deus eos tales fecerat q̄ possent loqui· ⁊ discere ab alijs si essent·

Augustinus super Gen.

Quō loq̄ potuerūt ⁊ loq̄ntē intelligere

Ista est distinctio ·xxi· hui⁹ secūdi libri· In qua magister postq̄ egit de pertinentibus ad primam hominis institutionē. agit d' pertinētibus ad eius casum ⁊ destitutionē. Et tria facit. Primo ostēdit quō cōtingit primos parentes p̄uaricari. Secundo subdit quare decuit peccatum eorum remediari. Tertio autem subiungit q̄ p̄ceptum dei p virum ad mulierē debuit deriuari. Primū facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Et tamen quia aliquā Secundū vsq̄ ibi. Illud etiam. Tertiū vsq̄ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ ppositionibus. quarum prima est hec. Homo in paradiso a diabolo temptat⁹ est diuinū p̄ceptum p̄uaricatus. Hanc ppositionē magister probans dicit q̄ diabolus videns q̄ homo per similitudinem obedientie posset ad gloriam ascendere celestē a qua ipse per superbiam corruerat: ideo inuidens homini eum temptauit. ⁊ vires suas quodammodo in eo experiēs. sed in debiliori pte ferus. s. in muliere quā p temptationē aggressus est. Quā volens dolo supplātare que virtute ⁊ violētia superare nequibat mulieri apparuit: nō quidem in sua specie ppria ne cognosceret apte. sz neq̄ etiam in quacunq̄ alia specie pmissus fuit apparere. sed tantū in illa in qua eius fraus de facili posset comprehendi. s. in specie serpentis per quē diabolus q̄si p quoddam instrumentū locutus est. nec serpens v'ba intelligebat. sed mouebatur a diabolo. sicut asina balaam ab angelo bono. quem serpentē mulier vidēs loquentem: credidit ipsum loquendi officiū a deo recepisse. Et subdit q̄ temptatio hoc ordine facta ē ⁊ modo. q̄ diabolus interrogatiue loq̄batur dicēs. Quare p̄cepit de⁹ ne de hoc ligno comederetis. vt ex responsione eius disceret qualiter in temptatione pcedere deberet. Quā cum mulier statim dubitatiue respōdit dicens. Ne forte morte moriamur. Ipse negatiuā addidit citius: metū mortis excludendo ⁊ dixit. Nequaq̄ moriemini. ⁊ ad mulieris maiorē deceptionem p̄mium pmittens ei illa que homo naturaliter appetit. s. primo vitationē ignorātie dicens. Aperientur oculi vestri. Secūdo excellentiā dignitatis addens Et eritis sicut dii. ⁊ pspicacitatē sciētie concludens: scientes bonū ⁊ malū. Temptauit quidē primo ipsam de gula loquens de cibo. Secundo de vana gloria in pmissione dignitatis. Tertio de auaricia in sciētie pmissione. In hac enī triplici pmissione triplici genere peccati diabolus primum hominem temptauit. Subdit etiam duas esse species temptationis. quarum vna est exterior. ⁊ fit cum malum ab extro visibili signo vel verbo suggerit. Alia quidem est interior. q̄ inuisibiliter perficit ab aduersario. ⁊ est duplex. Quedam enī q̄n fit ab hoste tm̄. ⁊ sic est sine peccato. Aliq̄n a carne q̄ nō fit sine peccato. ⁊ quia temptatio interior difficilior est q̄ exterior. ⁊ homo sola temptatione exteriori pulsatus cecidit. ideo tanto grauius plectēdus erat. quanto leuiori pulsu fuerat pstrat⁹. Secunda ppositio est hec. Conueniens quidē fuit hominē post lapsum p aliquē redemptorem reformari ⁊ non angelū. Hanc enī ppositionem magister pbans asserit rōes quare peccatū hominum fuit remediabile ⁊ nō peccatū angelorum. Prima enī est. quia licet homo modicam habuit occasionē ad peccatū. tm̄ quia p alium seductus cecidit. p aliū reparari debuit. Diabolus vero quia nullo suadente peccauit: peccatū eius irremediabile extitit. Alia ratio est. quia nō tota angelica natura p̄uaricata fuit. vel perierat. hūana aūt tota perierat. ideo humana natura magis erat reparanda. Imo etiā p humane nature reparationem angelorum ruina erat reparanda ⁊ restaurāda. Tertia ppositio est hec. Congrue sunt diuina precepta p virum ad primam mulierem deriuata. Hanc ppositionem

magister ꝓbans dicit. Hic esse notandū ꝙ nō soli viro datū fuit p̄ceptū de abstinentia ligni vetiti. Qḋ patet ex hoc qꝛ mulier rñdens diabolo dixit. Precepit nobis deꝰ ⁊c. nō obstāte ꝙ etiā añ mulieris formationem dñs viro p̄ceptū dederit. qḋ ꝑ eū ad mulierē debuit deferri. qꝛ viro subiecta debuit nō immediate a deo. sꝫ ꝑ mediū viri p̄ceptū diuinū recipe. Sicut dicit apl's ad Cor. x. Si qd discere voluerint mulieres domi viros suos interrogēt. Et subdit quō vir potuit loq̊ ⁊ quō mulier vir͛ loquentē intelligere potuit. Et dicit ꝙ rñderi pōt ꝙ tales fuerūt a deo facti qꝛ poterant loqui. Et tū in speciali de sententia huius distinctionis.

De origini illius peccati. a

DI. XXII

Opinio quorundam q̄ dicūt elationem p̄cessisse i aīo hominis

b

Ic videt' di-

ligēter inuestigandū esse que fuerit origo ⁊ radix illiꝰ peccati. Quidā putāt quandā elationē in aīo hoīs p̄cessisse. ex qua diaboli suggestioni ꝯsensit. Qḋ videt' Augꝰ. innuere super Geñ. ita inquiēs. Nō est putandū ꝙ homo deyceret' nisi p̄cessisset i eo quedā elatio cōprimēda. vt ꝑ humilitatē peccati sciret q̄ꝫ falso de se p̄sumpserit. ⁊ ꝙ nō bene sehꝫ natura si a faciēte recesserit. Itē in eodē. Quō verbis tēptatoris crederet mulier deūꝫ se a re bona ⁊ vtili ꝓhibuisse. nisi inesset eiꝰ mēti amor ille ꝓprie potestatis. ⁊ de se supba presumptio. que ꝑ temptationē fuerat ꝯuincenda aut perimēda. Denīqꝫ nō ꝯtenta suasione serpētis aspexit lignū bonū esu. decorū aspectu. nec credēs se inde posse mori: forte putauit deū alicuiꝰ causa significatiōis illa dixisse ideo mādūcauit. ⁊ dedit viro suo fortassis cū aliqua suasione quā scriptura intelligendā reliquit. Uel forte non fuit suaderi necesse. cū eā mortuā esse illo cibo nō videret vir. Sicut ergo nō est ꝑmissus diabolꝰ tēptare feminā nisi ꝑ serpentē. ita nec vir͛ nisi ꝑ feminam Ut sicut p̄ceptū dei ꝑ vir͛ venit ad mulierē ita diaboli tēptatio ꝑ mulierē trāsiret ad vir͛. In muliere ꝟo que rōnalis erat nō est ipse locutus vt in serpēte. ſ ꝑsuasio eiꝰ. q̄uis instinctu adiuuaret interiꝰ qḋ ꝑ serpentē gerebat exteriꝰ. Ex p̄dictis tēptationibꝰ modus atqꝫ ꝓgressus insinuat'. nec nō etiā qḋ p̄diximus innui videt'. ſ. ꝙ temptationē p̄cesserat aliq̄ elatio ⁊ p̄sumptio in mēte hoīs.

Augustinus super Geñ. Q aliter locutꝰ est diabolus in muliere q̄ in serpente

Obiectio ꝯtra illos qui dicūt elationem p̄cessisse in mente. b

Quod si ita fuit nō

ergo alteriꝰ suggestione ꝑus peccauit cū auctoritas tradat ꝯ peccatū diaboli incurabile eē. qꝛ nō suggestione ſ ꝓpria supbia cecidit. hominis ꝟo curabile. qꝛ nō ꝑ se ſ ꝑ aliū cecidit. ⁊ ideo ꝑ aliū resurgē potuit. Quocirca p̄dicta ꝟba Augꝰ. piū ac diligentē lectorem efflagitāt q̄ sic intelligē sane q̄nꝰ. Nō deyceretur hō in actū illiꝰ pctī vt. ſ. lignū vetitū ederet: ⁊ i has miserias ꝑ tēptationē diaboli. nisi elatio cōprimēda p̄cessisset. nō vnqꝫ tēptatione ſ opꝰ pctī. Talis eñi fuit ordinis ꝓcessus. Diabolꝰ tēptādo dixit. Si comederitꝭ eritis sic dij sciētes bonū ⁊ malū. q̊ auditō stati mēti mulierꝭ surrepsit elatio quedā ⁊ amor ꝓprie potestatꝭ. ex q̊ placuit ei facere qḋ diabolus suadebat ⁊ vtiqꝫ fec̄. Suggestione igitur peccauit. qꝛ tēptatio p̄cessit. ex q̄ in mēte eiꝰ orta est elatio quā pctīn opis secutū est ⁊ pena peccati.

Quō intelligēda sint illa ꝟba hic dixit

Uide tēptationis ordinē

Que fuit elatio mulieris. c

Et talis quidē ela-

tio i mēte mulierꝭ fuit ꝓ certo q̄ credidit ⁊ voluit hr̄e silitudinē dei cū eq̄litate quadā. putās esse ver͛ qḋ diabolꝰ dicebat. Et iō specialꝰ mulierē cōmemorat Augꝰ. inquiēs. Quō crederet mulier diabolo nisi esset i mēte eiꝰ supba p̄sumptio. Et qḋ ibi sequit'. ſ. q̄ ꝑ tēptationē fuerat ꝯuincēda vel ꝑimēda. ad mulierem referendū est. vt intelligat' que mulier: nō elatio fuerat ꝑ temptationē ⁊c.

Que fuit elatio viri an crediderit ⁊ voluerit qḋ mulier. d

Solet queri vtrūꝫ

illa talis elatio ⁊ amor ꝓprie potestatꝭ i viro fuerit sic in muliere: Ad qḋ dicimꝰ. qꝛ adā nō fuit seductꝰ eo mō quo mulier. Nō eñi putauit esse ver͛ qḋ diabolꝰ suggerebat. In eo tñ fuisse seductū credi pōt ꝙ cōmissum veniale putauerit qḋ ꝑ mortiū erat. Sꝫ nec pōt seductꝰ fuit. nec i eo in q̊ mulier vt crederet deum illud lignū iō tāgere ꝓhibuisse. qm̄ si tāgerēt fierēt sic dij. Uerūtñ preuaricator fuit adā: vt testat' apl's. Poterat eñi aliqua elatō mēti eiꝰ inesse ilico post temptationem. ex q̄ voluit lignū vetitū experiri. cū mulierē non videret mortuā esca illa ꝑcepta. Uñ Aug. super Geñ. Cū apl's adā p̄uaricatorē fuisse ostēdit dicēs. In similitu: dinē p̄uaricatiōis Ade. seductū tñ negat vbi ait. Adam nō est seductus ſ mulier. Unde ⁊ interrogatus non ait mulier seduxit me. sed dedit mihi ⁊ comedi Mulier vero dixit. Serpens seduxit me.

Q adā non fuit seductꝰ sicut mulier. ſ. vt crederet verū qḋ diabolus suadebat ⁊ tñ in aliq̄ fuit seductꝰ. scꝫ vt veniale putaret pctīn

Autoritate cōfirmat qḋ dixerat

Quã apostolus vocauerit seductionẽ qua mulier seducta est non vir

Hanc aũt seductionẽ ꝓprie vocauit apłus ꝑ quã id qđ suadebat cũ falsum esset verũ putatũ est. s. ꝙ deꝰ lignũ illud iõ tãgere ꝓhibuerit: qꝛ sciebat eos si tetigissent sic futuros deos. tanꝗ̃ eis diuinitatẽ inuideret. q̃ eos homines fecerat. Sz ⁊ si virũ ꝓpter aliquã mentis elationẽ que deũ latere nõ poterat: sollicitauit aliqua experiẽdi cupiditas cũ mulierẽ videret accepta illa esca non esse mortuam. Nec tñ eũ arbitror si iam spũali mẽte ꝑditus erat nullo mõ credidisse qđ diabolꝰ suggerebat.

Quis plꝰ peccauit adam vel eua. c

Ex quo manifeste

animaduerti potest. q̃ eorũ plus peccauerit adam scz vel eua. Plꝰ em̃ videt̃ peccasse mulier que voluit vsurpare diuinitatis equalitatem: ⁊ nimia ꝓ̃sumptiõe elata credidit ita esse futurũ. Adã vero nec illud credidit ⁊ đ penitẽtia ⁊ dei misericordia cogitauit. dũ vxori morẽ gerens eiꝰ ꝑsuasioni ꝯsensit: nolẽs eã cõtristari ⁊ a se alienatã relinquere ne periret: arbitratꝰ illud esse veniale non mortale delictũ. Unde Augꝰ. Apostolꝰ ait. Adã non est seductꝰ. Qđ vtiq3 ita accipi potest vt intelligatur nõ esse seductꝰ prior. s. vt in eo ĩ quo mulier vt scz crederet illud esse verũ. Erit3 sic duꝫ: ꝫ putauit vtrũq3 posse fieri. vt vxori morẽ gereret. ⁊ ꝑ penitentiã veniã haberet. Minus ꝗ peccauit qui de penitẽtia ⁊ dei misericordia cogitauit. Postq̃ em̃ mulier seducta mãducauit eiq3 dedit vt simul ederẽt: noluit eam cõtristari quã credebat sine suo solatio ꝯtabescere. ⁊ a se alienatam omnino interire. Nõ quidẽ carnali victus cõcupiscentia quã nondũ senserat. ꝫ amicabili quadã beniuolẽtia qua plerũq3 fit vt offendat̃ deus. ne offendatur amicꝰ qđ eũ facere nõ debuisse diuine sentẽtie iustꝰ exitꝰ ĩdicauit. Ergo alio qđam modo ipe etiã deceptꝰ est. Inexpertꝰ em̃ diuine seueritatis in eo falli potuit: vt veniale crederet esse cõmissum. ꝫ dolo illo serpẽtino quo mulier seducta est: nullo modo arbitror illũ potuisse seduci. Ex his dat̃ intelligi ꝙ mulier plꝰ peccauerit in qua maioꝛ tumoris ꝓ̃sumptio fuit. Que etiã in se ⁊ in ꝓximũ et in deũ peccauit. vir aũt tm̃ in se ⁊ in deũ. Inde etiã colligit̃ ꝙ mulier plꝰ peccauerit. qꝛ grauius punita est. cui dictũ fuit. In dolore paries filios. ⁊c̃.

Augustinꝰ super Geñ.

In q̃ adã est deceptꝰ et in quo non

Ex pena etiã plus peccasse ꝓbat̃ mulier

Quid ꝑdicte sñie aduersari videt̃. f

Sed huic videtur

ꝯtrariũ qđ Augꝰ. sup Geñ. de viro ⁊ muliere peccatũ suũ excusantibꝰ ait. Dixit adã: mulier quã dedisti mihi dedit mihi de ligno et comedi. nõ dicit peccaui. Supbia em̃ habet cõfusionis defoꝛmitatẽ. nõ ꝯfessionis humilitatem. Nec etiã mulier ꝯfitet̃ peccatũ. ꝫ refert in alterũ dicẽs. Serpẽs decepit me ⁊ comedi in impari sexu ꝫ pari fastu. Ecce hic dicit Augustinꝰ. qꝛ parẽ fastũ habuit mulier cũ viro. Pariter ꝗ supbierũt: ⁊ pariter peccauerunt.

Sed ꝫ ita determinari põt vt dicamꝰ parem vtriusq3 fuisse fastũ in excusatiõe peccati. ⁊ etiã in esu ligni vetiti. ꝫ dispar ẽ ⁊ in muliere mlto maiorẽ in eo ꝙ credidit: ⁊ voluit eẽ sicut deꝰ. qđ nõ vir. Uerũtamẽ ⁊ de viro legitur ꝙ voluit esse sicut deꝰ. Dicit em̃ Augꝰ. super illũ locũ ps. Que nõ rapui tũc exoluebã. Rapuit adã ⁊ eua ꝓ̃sumẽs vt diabolꝰ de diuinitate. rape voluerũt diuinitatẽ. ⁊ ꝑdiderũt felicitatẽ. Item sup illũ locũ. Deus q̃s simil' tibi. Qui ꝑ se vult esse vt deꝰ: ꝑuerse vult esse similis deo. vt diabolꝰ qui noluit sub eo eẽ ⁊ homo qui vt seruꝰ noluit teneri ꝑ̃cepto. sed voluit vt nullo sibi dominãte esset quasi deꝰ. Item sup illũ aplĩ locũ. Non rapinã arbitratus est se esse equalẽ deo. qꝛ nõ vsurpauit qđ suũ nõ esset. vt diabolus ⁊ ꝑ̃mus homo.

Determinatio ꝑdicte autoritatis

De viro etiã legit̃ ꝙ voluerit esse sicut deus

Quorundã sñia ꝙ adam ambierit esse vt deꝰ. ꝫ nõ crediderit possibile. g

Ideo quibusdã videtur

ꝙ etiã adam ambierit esse sicut deꝰ. nõ tamẽ credidit id fieri posse ⁊ ideo falsum esse qđ diabolꝰ ꝓmittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatẽ ꝯcupierit: nõ tamẽ adeo exarsit. nec tãta est affectꝰ ambitiõe sicut mulier que illud fieri posse putauit. ⁊ ideo magis illud ambiẽdo supbiuit. Uirũ aũt aliqua fortẽ ambitionis subreptio mouit. ꝫ nõ ita vt illud verũ vel possibile fore putaret. Alijs autẽ videtur ideo dictũ esse ꝙ adam illud voluerit. quia mulier de eo sumpta illud voluit: sic inquiũt. Peccatũ dicit̃ ꝑ vnũ hoĩem intrasse in mundũ. i. in humanam naturã. cũ tamen mulier ante virum peccauerit. quia per mulierem intrauerit de viro factam. Uel potiꝰ ideo per hominem dicit̃ intrasse. quia etiam peccante muliere si vir non peccasset: humanum genus minime peccatis corruptũ periret. Minus ergo peccauit vir ꝗ̃ mulier.

Aliorũ sñia ꝙ ꝓpter euã de viro sumptã id dictũ putãt

Per similitudinẽ ostdit

Obiectio contra id quod dictum est virũ minus peccasse. h

His autem opponi

solet hoc mõ· Trib⁹ modis (vt Isidorus ait) peccatũ gerit· s· ignorantia· infirmitate· idustria· Et grauius ẽ infirmitate peccare q̃ȝ ignorantia· grauiusq̄ȝ industria q̃ȝ infirmitate· Eua aũt videt ex ignorantia peccasse· qꝛ seducta fuit· Adã vero ex industria· qꝛ non fuit seductus vt apl's ait. Ad qđ dicim⁹· qꝛ licet eua in hoc p ignorantiã deliquerit: qđ putauit verum esse qđ diabol⁹ suadebat· nõ tamen in hꝫ q̃n nouerit illud dei esse mandatũ ⁊ peccatũ esse ɔtra agere· Et ideo excusari a peccato p ignorantiã nõ potuit·

Rñsio q̃ distinguit ignorãtia eue· i q̃ scꝫ ignorãter peccauerit et in quo non

Q̃ ignorãtia alia excusat: alia non i

Est enim ignorãtia

que excusat peccantẽ· ⁊ est ignorãtia tal' que nõ excusat· Est autẽ ignorãtia vincibilis. ⁊ ignorantia inuincibilis· Excusatio oĩs tollit vbi mandatũ nõ ignorat·

De triplici ignorãtia que excusat: et que non· k

Est aũt ignorantia

triplex ⁊ eoꝝ scꝫ qui scire nolunt cũ possint q̃ nõ excusat· qꝛ ⁊ ipa peccatũ est· Et eoꝝ q̃ volunt: sed nõ possunt· que excusat· ⁊ est pena peccati nõ peccatũ· Et eoꝝ qui quasi simpliciter nesciũt nõ renuẽtes vel ꝓponẽtes scire que neminẽ plene excusat ꝟ sic fortasse vt minus puniat· Unde Aug⁹: ad Ualentinum· Eis aufert excusatio q̃ mandata dei nouerit quã solẽt habere hoĩes de ignorãtia· Et licet grauius sit peccare sciẽter q̃ȝ nesciẽter· nõ ĩdo tamẽ fugiendũ est ad ignorãtie tenebras· vt in eis quisq̄ȝ excusationem requirat· Aliud est eñi nescisse· aliud scire noluisse· quia ĩ eis qui intelligere noluerũt: ipa ignorãtia peccatũ est· in eis võ qui nõ potuerũt pena peccati· Ignorãtia võ que nõ est eoꝝ q̃ scire nolunt· ꝟ qui tanq̄ȝ simpliciter nesciũt· nullũ sic excusat vt eterno igne nõ ardeat· sed fortasse vt minus ardeat· Nõ igit mulier excusationem habuit de ignorãtia cũ ⁊ mandatũ nouerit· ⁊ peccatum esse secus agere non ignorauerit·

Ubi nõ fit excusatio

Unde ꝓcesserit consensus illius peccati cũ natura hoĩs esset incorrupta· l

Solet etiam queri

cum sine vitio esset natura hoĩs· vnde ɔsensus mali ꝓcesserit: Ad quod respõderi põt· quia ex libero arbitrio ꝓprie voluntatis fuit In ipo eñi ⁊ in alio causa extitit vt fieret deterior· In alio· quia in diabolo q̃ suasit· ĩ ipso quia volũtate liberi arbitrij ɔsensit· ⁊ cum liberum arbitriũ sit bonũ· ex re vtiq̄ȝ bona malus ille cõsensus ꝓuenit· ⁊ ita ex bono maluꝫ emanauit· De hoc aũt in sequenti plen⁹ tractabimus cũ origo mali ⁊ in qua re coalescat inuestigabitur·

An voluntas precesserit illud pctm̃ m

Si vero queritur.

vtrũ volũtas illud peccatum ꝑcesserit: Dicimus quia peccatũ illud ⁊ ĩ volũtate ⁊ ĩ actu ɔsistit· ⁊ volũtas actũ ꝑcessit· sed ipsam volũtatem alia hominis volũtas mala non ꝑcessit· atq̄ȝ ex diaboli ꝑsuasione ⁊ hominis arbitrio illa voluntas mala ꝓdijt· qua iusticiam deseruit ⁊ iniquitatẽ inchoauit: ⁊ ipa voluntas iniquitas fuit·

Ista est distinctio· xxij· hui⁹ secundi libri· In qua magister post q̃ egit de temptatione ex parte tẽptantis, agit de eadem ex parte temptati. Et tria facit. Nam primo inquirit q̃d quilibet eoꝝ peccãdo appetierit. Secundo quis eorum grauius peccauerit: vir aut mulier. Tertio vnde ɔsensus quo peccauerũt processerit. Primũ facit a principio distinctionis vsq̄ȝ ibi. Ex quo manifeste. Secundũ ab inde vsq̄ȝ ibi. Solet etiam queri. Tertium vsq̄ȝ ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali autem sentẽtia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarum prima ẽ hec. Non adam sed eua in tanta elatione fuit seducta vt per esum ligni vetiti se similem fieri deo estimauit. Hanc magister ꝓbans dicit. q̄ radix ⁊ origo primi peccati primoꝝ parentum fuit. q̄ in animis eoruꝫ ꝑcessit quedam ꝑsumptiõis elatio ex qua diaboli suggestioni consenserunt. primo mulier. postea vir. Cõtra quod dictum obijciens dicit q̄ cum ipso dicto sequitur hominẽ non alterius suggestione sed propria superbia peccasse. vt angelus. et per consequens vt angelus corruisse. cuius tamen contrarium dicebat ĩ precedenti distinctione. Ad quod respondet dicẽdo q̄ cum dicebat elationem quandaꝫ in peccato primorum parentum ꝑcessisse non ita intelligebat q̄ illa elatio precesserit suggestionẽ. sed vt opus peccati. Naꝫ in illo peccato iste fuit processus ⁊ ordo. q̄ primo ꝑcessit diaboli temptatio. ex qua secuta est immediate hominis elatio. quam secutum est peccatum operis: ⁊ vlterius pena peccati. Et subdit q̄ talis elatio fuit aliter in muliere q̃ ĩ viro. quia mulier credidit se posse habere dei similitudinem putans verum esse quod diabolus suadebat. vir autem non credebat nec putauit verum esse quod diabolus suadebat. aliqua tamẽ elatio in mente eius per temptationem extitit. vnde vir aliter fuit seductus q̃ mulier. quod diuersis sanctorum auctoritatibus magister confirmat. Secũda ꝓpositio ẽ hec. Grauius eua q̃ adã peccauit transgrediẽdo diuinũ ꝑceptũ ĩ paradiso. Hãc mgr̃ ꝓbat triplicit'. Prĩo ex hoc q̄ mlĩer veꝝ esse credebat qđ diabol⁹ ei dixit. qđ nõ fec̃ vir vtꝫ ex ꝑdict. Scđo et hoc q̄

mulier elata nimis presumebat se posse fieri equalem deo. quod non fecit vir. sed de penitentia ⁊ misericordia dei cogitās deceptus fuit in hoc ꝙ estimabat peccatum esse veniale quod mortale fuit. Tertio ex hoc ꝙ mulier peccauit in deū in se ⁊ in ꝓximū. vir autē solum in deuꝫ ⁊ in seipsum. Sed contra illud obijcit tripliciter. Primo autoritate Augustini dicentis ꝙ vtriusq̷ erat par fastus. ⁊ ꝑ consequens equaliter peccauerunt. Ad quod respondēs dicit. ꝙ licet vtriusq̷ erat par fastus in excusatione peccati. quia vir excusauit se ꝑ mulierem. ⁊ mulier ꝑ serpentem. In muliere tamen multo maior fastus erat. quo ad tria p̄dicta Secundo obijcit autoritate beati Augustini dicētis ꝙ etiam vir voluit esse equalis deo. Ad qđ respondens dicit. ꝙ hoc aliqui opinati fuerunt. qui tamen cum hoc posuerūt ꝙ vir non tanta ambitione ad hoc exarsit sicut mulier. Tertio obijcit contra idem: assumens ꝙ tribus modis peccatū cōmittit̄. s. ex ignorātia. ex infirmitate. ⁊ ex industria. ⁊ grauius est peccatum qđ cōmittit̄ ex infirmitate q̄ quod committitur ex ignorātia. ⁊ grauius quod cōmittitur ex industria q̄ quod cōmittit̄ ex infirmitate. Cum ergo mulier videtur peccasse ex ignorātia. quia seducta fuit. Adam vero ex industria. quia nō fuerat seductus s̄m apostolum. ergo videt̄ vir grauius peccasse muliere. Et respondens magister dicit. ꝙ licet mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit ꝙ ꝑ diabolū seducta credidit esse verū quod ipse suadebat. non tamen quo ad hoc. ꝙ mandatū dei non nouerit. cui⁹ oppositū diabolus sibi suasit. ⁊ ideo ꝑ ignorantiā excusari non potest: cū ibi ignorātia tollat̄ vbi mandatū non ignoratur ⁊ peccatum esse contra ip̄m mandatū agere non dubitatur Postea subdit distinctionē ignorantie dicēs ꝙ ignorantia alia est vincibilis. ⁊ est eorū que nolunt homines scire tamen possunt ⁊ tenentur. ⁊ illa non excusat a peccato. sed potius peccatū aggrauat. Alia est inuincibilis. ⁊ est eorū que homines volunt scire et non possunt. ⁊ illa excusat ⁊ nō est peccatū sed pena peccati. Et ista confirmat autoritate Augustini. Tertia propositio est hec. Malus consensus hominis naturam bonā habentis processit ex proprio libero arbitrio ⁊ suggestione diaboli suadentis. Hanc magister ꝓbans querit. Cum natura hominis esset sine vitio vnde ꝓcessit consensus malus. Et respondens dicit ꝙ ꝓcessit ex libero arbitrio voluntatis. vnde ex hoc ꝙ homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo qui suasit: ⁊ a voluntate qua homo suadenti consensum dedit. quia liberum arbitriuꝫ licet de se fuit bonum: de ipso tamē potuit ꝓcedere cōsensus malus. Querit etiaꝫ vtrū voluntas illud peccatū p̄cesserit. Et respondet ꝙ voluntatē potest dicere potentiā anime. s. potentiā vltimā. ⁊ s̄m hoc voluntas peccatū precessit. vel etiam malū actum voluntatis possumus vocare voluntatem. ⁊ s̄m hoc voluntas peccatuꝫ non precessit. q̄r ante primā malam voluntatē primi hominis alia mala volūtas hominis nō fuit. sed prima mala hominis voluntas ex diaboli ꝑsuasione. ⁊ ex hoīs libero arbitrio prodijt. Et tn̄ in speciali.

Quare deus permiserit hoīem temptari sciens eum esse casurum. a

Di. XXIII Augustin⁹ super Gen.

P Retereaque

tas comitatur gratiam: non gratia voluntatem. Vnde Augustinus ad Bonifaciũ papam scribens contra pelagianos inquit. Cũ fides impetrat iustificationem: sicut vnicuiqꝫ deus partitus est mensurã fidei. non gratiam dei aliquid meriti precedit humani. ſ; ipsa meretur augeri. vt aucta mereatur ⁊ perfici voluntate comitante: nõ ducente. pedissequa: non preuia. Ecce hic aperte habes qꝫ gratia preuenit bone voluntatis meritum. ⁊ ipsa bona voluntas pedissequa est gr̃e: nõ preuia.

Que sit gratia voluntatẽ preueniens. sc; fides cum dilectione. d

Et si diligẽter intẽ-

das nihilominus tibi monstratur que sit ipsa gratia voluntatẽ preueniens et preparans. sc; fides cum dilectione. Ideoqꝫ Augustin⁹ in eodem tractans quomodo iustificati sumus ex fide. ⁊ tamen gratis. vtrũqꝫ enim dicit apostolus: qui dicit iustificati ex fide. alibi ait. Iustificati gratis per gratiam. Hoc enĩ ideo dixit: ne fides ipsa superba sit ne dicat sibi si ex fide iustificati. quomodo gratis? Quod enim fides meretur: cur non potius reddiť q̃ donatur? Nõ dicat homo ista fidelis. quia cum dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. respondetur ei. quid habes qđ non accepisti. Fides enim qua iustificatus es: gratis tibi data est. Hic aperte ostẽditur qꝫ fides est causa iustificationis. ⁊ ipsa est gratia ⁊ beneficium quo hominis preuenitur volũtas ⁊ preparatur. Unde Augustinus in ꝓmo libro retractationũ. Voluntas est qua ⁊ peccatur ⁊ recte viuitur. Voluntas vero ipsa nisi dei gratia liberetur a seruitute qua peccati serus facta est. ⁊ vt vitia superet et adiuuetur. recte pieqꝫ viui a mortalibus nõ potest. et hoc beneficium quo liberatur nisi eam ꝓueniret iam meritis daretur. ⁊ non esset gratia que vtiqꝫ gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis volũtas illo gratie beneficio quo liberatur ⁊ preparatur. Et illud beneficium fides christi recte intelligitur. sicut Augustinus in ench. euidenter ostendit dicens. Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam a seruitute peccati. Nec omnino per seipsum sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est liberatur ⁊ voluntas preparetur. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberať arbitrium et preparatur voluntas: sitam esse in fide christi. Fides enim christi: vt in eodem ait impetrat quod lex imperat.

De b̃nficio q̃ volũtas liberatur

Aug. in enchen

Q̄ voluntas bona que p̄uenit̄ gratiā q̄dam dei dona p̄uenit. c

Ipsa tamē eadem

volūtas que dā gratie dona p̄uenit. Vn̄ Augustinꝰ in encħ. Precedit bona volūtas hominis multa dei dona. ſ; nō oīa. que aūt nō p̄cedit: ipſa in eis eſt ⁊ ipa iuuat. Nā vtrūq; legit̄ in ſanctis eloquijs. ⁊ miſericordia eius p̄ueniet me. ⁊ miſericordia dei ſubſequetur me Nolentē quippe p̄uenit vt velit. volentē ſubſequit̄ ne fruſtra velit. Cur eī ammonemur orare p̄ inimicis nr̄is nolētibꝰ pie viuere niſi vt deꝰ in eis opet̄ ⁊ velle. Itēq; cur ammonemur petere vt accipiamꝰ niſi vt ab illo fiat qđ volumꝰ a quo factū eſt vt velimꝰ. Inde apl̄s ait. Nō eſt volētis neq; currētis ſed dei miſerētis. Ex his apparet q̄ bona hoīs voluntas quedā dona dei p̄uenit. q̄ ⁊ eā comitatur grā adiuuās. ⁊ quibuſdā p̄uenit̄. quia eā p̄uenit grā opans. ſ. fides cū charitate

Que p̄dictis videant̄ aduerſari ſcʒ qđ videtur dici fidē eſſe ex voluntate. f

Non eſt tamē igno

randū qđ alibi Augꝰ. ſignificare videt̄ q̄ ex volūtate ſit fides. ď illo v̄bo aplī. Corde credit̄ ad iuſticiā. ita ſup Johem tractās. Jđ nō ſimpliciter aplus ait credit̄. ſ; corde creditur quia cetera poteſt hō nolens: credere nō niſi volens. intrare ecclīam ⁊ accedere ad altare poteſt nolens ſ; nō credere. Itē ſup Geñ. vbi Laban ⁊ Batuel dixerūt. Vocemꝰ puellam ⁊ queramꝰ eius voluntatē. dič expoſitor quia fides eſt volūtatis nō neceſſitatis. Ad quod rn̄dentes dicimꝰ: nō hec ita accipiēda fore vt ex volūtate hoīs fides intelligat̄ p̄uenire cum ipſa ſit p̄prie dei donū. vt ait apoſtolus. ⁊ ex ea bona hominis merita incipiāt Per hanc eñ vt ait Auguſtinꝰ ſup pſalmū. lxvj. iuſtificatur impius. id eſt. fit de impio pius. vt deinde ipſa fides incipiat p̄ dilectionē operari: vnde omnia bona merita incipiunt Sed potius hec ideo ita dicta ſunt. quia nō eſt fides niſi in eo qui vult credere cuius bonam voluntatē fides p̄uenit non tempore: ſ; cauſa ⁊ natura. Vnde Auguſtinꝰ ſupra congruenter dixit. q̄ bona voluntas ī eis donis eſt que nō p̄cedit: ⁊ ipſa iuuat. quia ea iuuat quibus preuenit̄ dum eis conſentit ad effectum boni ⁊ ī eis eſt. quia tempore ab eis nō preceditur.

Rn̄ſio cū determinatōe

Quedam adhuc addit que grauiorem faciunt queſtionem ſcʒ q̄ cogitatio boni precedit fidem. g

Ceterum hāc que

ſtionē magis acuūt. et vrgent v̄ba Auguſtini: quibꝰ in libro de p̄deſtinatiōe ſanctoꝝ vtitur p̄tractans illud v̄bū aplī. Nō q̄ ſufficientes ſimꝰ cogitare aliq̇d quaſi ex nobis. Attēdant inq̇t hic ⁊ v̄ba iſta p̄pendāt: q̇ putant ex nobis eſſe fidei ceptū. ⁊ ex deo eſſe fidei ſupplementū. Cōmendans eī̄ iſtā gratiā q̄ nō dat̄ ſ̄m aliqua merita ſ; efficit oīa bona merita inquit. nō q̄ ſufficiētes ſimꝰ cogitare aliquid boni. ſ. ex nobis. Quis aūt nō videat p̄us eſſe cogitare q̄ʒ credere. Nullꝰ quippe credit aliq̇d niſi p̄us cogitauerit eſſe credendū. Si ḡ cogitare bonū nō eſt ex nobis. vt h̄ apoſtolꝰ tradit: nec credere. q̄ʒ ⁊ ipm̄ credere nihil eſt aliud q̄ʒ cū aſſenſione mētis cogitare. Hic videt̄ inſinuare q̄ cogitatio bona p̄cedat fidē. ⁊ ita bona volūtas p̄uenit fidē. nō p̄ueniat̄. qđ p̄dictis aduerſari videt̄. Ad h̄ aūt dicimꝰ q̄ aliq̄ñ cogitatio bona ſiue volūtas p̄uenit fidē. ſ; nō eſt illa bona volūtas vel cogitatio qua recte viuit̄. Illa eñ ſine fide ⁊ charitate nō eſt. Nā vt ait Augꝰ. ad Anaſtaſium. ſine ſpū nō eſt volūtas hoīs libera. cuʒ cupiditatibꝰ vincat̄: nō eſt libera ad bonū niſi liberata fuerit. Non autem liberatur niſi p̄ ſpm̄ ſcm̄ diffundat̄ charitas in cordibꝰ nō eſt libera volūtas niſi eā liberet grā p̄ legem fidei. i. nō eſt libera ſine fide opante p̄ dilectionē: ⁊ illa ſufficiēter bona eſt. Nō eſt eñ fructus bonꝰ q̇ de charitatis radice nō ſurgit. Si vero aſſit fides operās p̄ dilectionē: fit delectatio boni.

Quid ſit credere

Determinatio

De illa cogitatione boni que p̄cedit fidē plene diſſeritur. b

Illa aūt cogitatio

ſiue volūtas que fidē ⁊ charitatē aliaſq; iuſtificationes precedit non ſufficit ad ſalutem: nec recte ea viuitur. Hac voluntate concupiſcitur illa bona voluntas que eſt magnum bonum. iſta vero non. Alia ergo illa eſt voluntas ſiue cogitatio: alia iſta. Et ſicut illa iſtā precedit. ita illam preuenit intellectus. Vnde Auguſtinus iſtam diſtinguens ſuper illum locum pſ. Concupiuit anima mea deſiderare iuſti. ait. Concupiuit deſiderare inquit non deſiderauit. Videmus enim ratiōe nōnunq̄ʒ q̄ʒ vtiles ſunt iuſtificationes dei. ſ; infirmitate p̄pediti aliquādo nō deſideramus

Q̄ itellectꝰ ⁊ cognitio boni ⁊ mali voluntatē p̄cedit

Auguſtinꝰ

Preuolat q̃ intellect⁹. sequit̃ tard⁹ aut nullus affectus Scimus bonū nec delectat agere. ⁊ cupim⁹ vt delectet. Sic iste olim desiderare cōcupiscebat. que bona esse cernebat. cupiens eoꝝ habere delectationē quoꝝ potuit videre rōem. Ostēdit itaqꝫ quib⁹ quasi gradib⁹ ad eas pueniat̃. ꝑus eñ est vt videantur q̃ sint vtiles ⁊ honeste. deinde vt eaꝝ desideriū ꝯcupiscat̃. Postremo vt proficiēte gratia delectet eaꝝ opatio quaꝝ sola rō delectabat. Attende hūc ordinē gratiarum quē hic distincte assignat Augustin⁹. qualit̃ scꝫ intellectus bonoꝝ p̄cedit concupiscentiā eorundē. ⁊ ipsa cōcupiscentia delectationē ꝫ que fit ꝑ fidē ⁊ charitatē. qua habita vere bona est volūtas qua recte viuit̃. Ipsaqꝫ fidei comes est: nō preuia. Qui v̾ba Augustini p̄missa ẜm hanc distinctionē ꝯsiderat: nullaꝫ ibi repugnantiā fore animaduertit. nō ignorans etiā ante gratiā p̄uenientē ⁊ operantē qua volūtas bona p̄parat̃ in hoīe. precedere quedam bona ex dei gratia et libero arbitrio. que dā etiā ex solo libero arbitrio. q̄bus tamē vitā nō meret̃: nec gratiā qua iustificatur. Illi⁹ eñ gratie ꝑcipiende que volūtatē hominis sanat. vt sanata legem impleat nulla merita p̄cedunt. Ipsa est eñ qua iustificatus impi⁹ fit iustus: qui p̄us erat impius. meritis aūt impij non gratia sed pena debetur nec ista esset gratia si non daretur gratuita. Datur autē gratuita. quia nil boni ante feceramus vnde hoc mereremur Nō negamus tamē multa ante hanc gratiā ⁊ p̄ter hāc gratiam ab hoīe fieri bona ꝑ liberꝫ arbitrium. vt tradit Aug⁹. in responsionibus ꝯtra pelagianos. vbi dicit homines ꝑ liberū arbitrium agros colere. domos edificare. ⁊ alia ꝑl'a bona facere sine gr̃a coopante.

Secundum verba Augu. graꝝ ordinem exponit

Aliquando gr̃a iustificationis multa in hoīe precedunt bona q̄dam ex gr̃a ⁊ libertate arbitrij tm̄.

Aug⁹. d̾ spū ⁊ lr̃a. Augustinus ad Sixtum

Ab homine bona fiūt per liberū arbitrium

Utrum vna eademqꝫ sit gratia que dicit̃ operans ⁊ cooperans. i

Hic considerādum

est cum p̄dictū sit ꝑ gratiā operantē ⁊ p̄uenientē voluntatē hominis liberari ac p̄parari: vt bonū velit ⁊ ꝑ gratiā cooperantē ⁊ subsequentē adiuuari: ne frustra velit. vtrū vna ⁊ eadē sit gratia. id est. vnū munus gratis datum quod operet̃ ⁊ cooperet̃. an diuersa alterum ⁊ alterū cooperās. Quibusdā non irrationabiliter videtur q̃ vna ⁊ eadē sit gr̃a id est. donum. eadē virtus que operat̃ ⁊ cooperatur. ẜ ꝓpter diuersos eius effectus ⁊ d̾r operans ⁊ cooperās. Operans eñ dicit̃ inquantū liberat ⁊ p̄parat voluntatē hominis vt bonū velit. Cooperās in quantū eandem adiuuat ne frustra velit. s. vt opus faciat bonum. Ipsa eñ gratia nō est ociosa. sed meretur augeri. vt aucta mereat̃ ꝑfici.

Hic dicit: q̃ vna sit: sed ꝓpter diuersos effect⁹ diuersa sortit̃ noīa.

Quid sit ipsa gratia ⁊ quomodo meretur augeri queritur. k

Si vero queritur:

quomodo ipsa gratia p̄ueniens mereat̃ augeri ⁊ perfici cū nullū meritū sit absqꝫ libero arbitrio. ⁊ quid sit ipsa gratia: an virt⁹ an nō: ⁊ si virtus: an actus vel nō: Ut hoc aperte insinuari valeat p̄mittendū est tria esse genera bonoꝝ. Alia nāqꝫ sunt magna. alia minima alia media. vt Augustinus ait in primo libro retractationū. Uirtutes inquit quib⁹ recte viuit̃ magna bona sunt. Species autē quorumlibet corporū sine quibus recte viui pōt minima bona sunt. Potentie vero animi sine q̄b⁹ recte viui nō potest media bona sunt Item virtutib⁹ nemo male vtit̃. Ceteris autem bonis. id est. medijs ⁊ minimis non solū bene sed etiā male quisqꝫ vti potest. ⁊ ideo v̾tute nemo male vtitur. quia opus virtutis ē bonus vsus istorū quibus etiam nō bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Nō solū aūt magna sed etiā media et minima bona esse prestitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonoꝝ distincta

Antequam sol⁊uit p̄mittit d̾ tribus generib⁹ bonoꝝ

Idē in libro de libe. ar.

In quib⁹ bonis sit liberꝫ arbitriū l

Queritur autem in

quibus bonis contineat̃ liberum arbitrium De hoc Augustin⁹ in primo libro retractationum ita ait. In medijs quidē bonis inuenitur liberū voluntatis arbitriū. quia ⁊ male illo vti possumus. sed tamen tale est vt sine illo recte viuere nequeam⁹. Bonus aūt vsus eius iam virtus est que in magnis reperitur bonis. quibus male vti nullus potest. Et q꞉ bona ⁊ magna ⁊ media ⁊ minima ex deo sūt sequitur vt ex deo sit etiā bonus vsus libere voluntatis qui virt⁹ est: ⁊ in magnis numeratur bonis. Attēde diligenter que dicta sunt ⁊ confer in vnū. Sic enim apetietur qd̄ supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorū quibus etiam non bene vti possumus. id est. mediorum in quibus posuit liberum arbitrium cuius quoqꝫ bonum vsum dixit esse virtutem Quod si est: non est ergo opus virtutis qd̄ supra dixit. quia aliud est virtus: aliud opus eius.

Aug⁹.

Premissas autoritates considerari ⁊ conferri iubet vt possit solui qd̄ q̄rebatur

Ista est distinctio. xxvj. huius secundi libri. In qua magister postq̄ egit de temptatiōe ꝑ quā hō cecidit. ⁊ de libero arbitrio ꝑ qḋ stare potuit. Incipit agere de grā ꝑ quā stare debuit. Et tria facit. Nā p̄mo ponit quandā gratie distinctionē. Secundo subdit ipsiꝰ gratie expressionē. Tertio subiungit partium grē mutuā compationē. Primū facit vsq̧ ibi. Itaq̧ bona volūtas. Secundū vsq̧ ibi. Hic ꝯsiderandum. Tertiū vsq̧ ad finem distinctionis. In speciali sentētia magistri stat in tribꝰ ꝓpositionibus. quarū prima est hec. Iuuat volūtas humana ad bonum ꝑficiendū opante ⁊ coopante grā. Hanc magister, insinuans ponit duplicē esse gratiā qua liberū arbitriū hominis iuuat ad bonū. quarū prima dicit operās p̄ueniens voluntatē bonā. ea eni liberat ⁊ p̄parat voluntas hoīs vt sit bona ⁊ vt bonū efficaciter velit. Alia est gratia cooperās que ad voluntatē bonā ⁊ p̄paratam iam sequit adiuuando ne frustra bonum velit. sz vt bonū velit cū effectu. quā sententiā magister probat autoritate beati Augu. Deinde recitat magister errorem cuiusdā heretici dicentis hoīem posse velle bonū opari ex libero arbitrio sine gratia: quem ip̄probat autoritate apostoli dicentis. Non est volētis neq̧ currentis. sed dei miserentis. Sup qḋ beatꝰ Augustinus ait. Nō eni ideo deꝰ alicuiꝰ miseretur. quia volunt ⁊ currit. sed ideo quis vult ⁊ currit quia deus sui miseret. Et subdit descriptionē volūtatis quā posuit beatus Augꝰ. dicens. ꝙ voluntas est animi motus nullo cogente ad aliquid non admittendū vl' adipiscendum. Annectens ꝙ eandē gratiā quā ipse superius distinxit in operantē ⁊ cooperantē. etiā vocamus p̄cedentē vel subsequentē. Secunda propositio ē hec. Gratia operans que est fides cum dilectiōe bonam voluntatē non tempe sed natura ⁊ causaliter p̄cedens. ab ipsa voluntate non acquirit aliquo merito. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit. ꝙ voluntas vt p̄fertur ꝑ gratiam p̄uenientē seu operantē mota ad bonum tūc dignior est. i. ipsa volūtas digniorē dn̄am. id est. gratiam nō p̄uenit sed sequit ipsam. quia nullū meritum volūtatis p̄cedit gratiā. sed ipsam gratiā ordine causalitatis bn̄ sequit. que quidē gratia opans est fides cū dilectiōe. Qḋ ꝓbat ꝑ beatū Augustinū. Ex quibus v̄bis manifeste exp̄mi. ꝙ ꝑ fidem iustificamur Et ꝑ ꝯsequens gratia opans. i. fides p̄uenit voluntatem seu meritū volūtatis. Cōtra qḋ obijcit magister duabus autoritatibꝰ. Tertia ꝓpositio ē hec. Gratia opans ⁊ coopans vna existens essentialiter f̄m diuersos eiꝰ effectus aliter dr̄. Hanc eni ꝓpositionem mgr̄ ꝓbās querit. Utrū grā opans ⁊ coopetās sint diuerse grē seu vna grā diuersis vocabulis designata. Et r̄ndens dicit ꝙ sit vna ⁊ eadē grā ⁊ idē donū. tn̄ ꝓpter diuersos effectꝰ est diuersis noībꝰ vocata. Nam inquantū liberat voluntatē a malo dr̄ opans. inquantū aūt adiuuat ad bonū vlterius faciendū dr̄ coopans. Et tn̄ in speciali.

De v̄tute qd sit. ⁊ qd sit actꝰ eius. a

Di. XXVII

Hic vidēdum est qd sit virtꝰ. ⁊ qd sit actus vel opus eiꝰ. Uirtꝰ est (vt ait Aug.) bona q̄litas mētis qua recte viuit. ⁊ q̄ nullꝰ male vtit. quā deꝰ solꝰ in hoīe opat. Ideoq̧ opus dei tn̄ est. sic de v̄tute iusticie Aug. docet sup illū locū psalmi. Feci iudiciū et iusticiā: ita dicēs. Iusticia magna v̄tus animi

Exemplū poꝰ

est. quā nō facit in hoīe nisi deꝰ. Ideoq̧ cum ait ꝓpha ex ꝑsona eccl'ie. Feci iusticiā. non ip̄am v̄tutē quā nō facit hō. s; opꝰ eiꝰ ītelligi voluit. Ecce apte insinuat h̄ ꝙ iusticia ī hoīe nō est opꝰ hoīs s; dei. qḋ ⁊ de alijs virtutibus itidem intelligendū est.

nꝰ qḋ iusticia qḋ ⁊ alijs itidem intelligedum est

De fide itidem dicit ꝙ nō est ex homine: sed ex deo tantum. b

Nam de gratia fidei Ephesijs scribēs apls. sūr fidē nō ex hoīe s; ex deo tn̄ esse asserit inquiēs. Grā estis saluati ꝑ fidē. ⁊ h̄ nō ex vob. dei eni donū ē. Qḋ a sanctis ita exponit. hec scz fides nō ē ex vi nature nr̄e. q2 donū dei pure est. Ecce et hic apte tradit ꝙ fides nō ē ex libertate arbitrij. siue ex arbitrio volūtatꝭ. qḋ supiorībꝰ ꝯsonat vbi dictū est. grām p̄uenientē vl' opantē esse virtutē q̄ voluntatē hoīs liberat ⁊ sanat Un̄ Augꝰ. in li. de spū ⁊ lr̄a ait. Iustificati sumus nō ꝑ liberā voluntatem. s; ꝑ grām xp̄i. nō ꝙ sine volūtate nr̄a fiat. s; volūtas nr̄a ōndit infirma ꝑ legē vt sanet grā voluntatem. ⁊ sana volūtas impleat legem.

Augꝰ. de spiritu ⁊ lr̄a.

De grā q̄ liberat volūtatē q̄ si virtꝰ est. nō est ex libero arbitrio. ⁊ sic nō ē motꝰ mētꝭ c

Si igit gratia que sanat ⁊ liberat voluntatē mētis hoīs v̄tꝰ est. vel vna vel plures. cū ip̄a grā non sit ex arbitrio voluntatis. s; eā potiꝰ sanet ac p̄paret vt bona sit. ꝯsequit vt virtꝰ nō sit ex libero arbitrio ⁊ ita nō sit motꝰ vel affectꝰ mētis. Cū omnis motꝰ vel affectꝰ mentis sit ex libero arbitrio. s; bonꝰ ex grā est ⁊ libero arbitrio. malꝰ v̄o ex libero arbitrio tn̄. Ut eni ait Augꝰ. in libro retractationū. Hō spōte ⁊ libero arbitrio cadere potuit: nō etiā resurgere. Idem in libro de duabꝰ aīabꝰ. Alie si libero ad faciendū ⁊ nō faciēdū motu animi careāt si deniq̧ his abstinēdi ab ope suo potestas nulla cōcedit eaꝝ pctm̄ tenere nō possumꝰ. Hic apte ōndit ꝙ motꝰ aī siue ad bonū siue ad malum ex libero arbitrio ē. Ioq̧ si grā vel virtꝰ motꝰ mētis est ex libero arbitrio ē. Si v̄o ex libero arbitrio vel ex pte ē. iā nō solꝰ deꝰ sine homīe eā facit. Propterea q̄dā nō inerudite tradūt v̄tutē esse bonā mētis q̄litatē. siue formā q̄ aīam informat. ⁊ ip̄a n̄ est motꝰ vl' affectꝰ aī s; ea liberū arbitriū iuuat: vt ad bonū moueatur ⁊ erigatur. ⁊ ita ex virtute et libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi. ⁊ exinde bonum opus procedit exterius

Augꝰ.

Hic aperit ad qd p̄dicta tēdat vt innotesceret an v̄tꝰ sit motꝰ mentis vel non

Per siḿe ostē dit· ⁊ est com paratio inter tria ⁊ tria

Sicut pluuia rigat terrā ⁊ germiet ⁊ fructū faciat· nec pluuia est terra· nec germen· nec fructꝰ· nec terra germen vel fructꝰ· nec germen fructꝰ· Ita gratis terre mētis nostre· i· libero arbitrio volūtati infundit pluuia diuine bn̄dictionis· i· inspirat gr̄a q̄ꝺ solus deꝰ facit· nō homo cū eo· qua rigat volūtas hoīs vt germinet ⁊ fructificet· i· sanat ⁊ p̄paratur vt bonū velit· s̄m q̄ꝺ dicit opans· ⁊ iuuat vt bonū faciat· s̄m q̄ꝺ dicit cooperās· ⁊ illa gr̄a virtꝰ nō incōgrue noiat· q꞉ voluntatē hoīs infirmā sanat ⁊ adiuuat·

Ex q̄ sensu dicunt ex gr̄a incipe bona merita· ⁊ de q̄ gr̄a hoc intelligat ¶ d

Cum ergo ex gratia

Qualiter intelligat cum ex sola gr̄a eē dicuntur

dicunt esse bona merita ⁊ incipe· aut intelligitur gr̄a gratis dans· i· deus· vel potiꝰ gratia gratis data· q̄ voluntatē homis p̄uenit· Nō eñ est magnū si hec a deo dicerent esse a quo sunt oīa· s̄ potiꝰ eius gr̄a gratis data intelligit ex qua incipiūt bona merita· que cū ex sola gratia esse dicant· nō excludit liberū arbitriū· quia nullū meritū est in hoīe q̄ꝺ nō sit p liberū arbitriū· Sed in bonis merendis cause p̄ncipalitas gratie attribuit q꞉ p̄ncipalis causa bonoꝝ meritoꝝ est ipa gr̄a· qua excitat liberū arbitriū ⁊ sanat atq꞉ iuuat voluntas hominis vt sit bona·

Qz bona voluntas gratie principalit est ⁊ etiam gratia est· sic ⁊ omne bonum meritum· ¶ e

Que ipsa etiā donū

Augꝰ

dei est ⁊ hoīs meritū· imo gr̄e· q꞉ ex gr̄a p̄ncipaliter est ⁊ gr̄a est· Unde Aug· ad Sixtum presbyteꝝ· Quid est meritū hoīs ante grāz· cū omne bonū nostꝝ meritū nō in nobis faciat nisi gratia· Ex gratia eñ vt dictū est que preuenit ⁊ sanat arbitriū hoīs· ⁊ ex ipō arbitrio p̄creat in aīa hoīs affectꝰ siue bonus motꝰ mētis· ⁊ hoc est p̄mū bonū hominis meritū

Qualiter bonum meritum in hoīe cōstituit· ⁊ q̄d sit primū bonum meritum

Sicut vbi gratia ex fidei virtute ⁊ homīs arbitrio generat in mēte motus quidē bonus ⁊ remunerabilis· s· ipsum credere· Ita ex charitate ⁊ libero arbitrio alius quidā motꝰ bonus p̄uenit· s· diligere: bonus valde· Sic de ceteris virtutibus intelligendū est· ⁊ isti boni motus vel affectꝰ merita sunt ⁊ dona dei quibus meremur· ⁊ ipsoꝝ augmentationem ⁊ alia que consequēter hic ⁊ in futuro nobis apponuntur·

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem ⁊ alia· ¶ f

Cū ergo dicitur fi-

des mereri iustificationē ⁊ vitā eternā ex ea ratione dictū accipit· q꞉ p actū fidei meret illa· Similiter de charitate ⁊ iusticia ⁊ de aliis accipit· Si eñ fides ipa virtꝰ p̄ueniēs diceretur esse mētis actꝰ qui est meritū: iā ipa ex libero arbitrio originē haberet· q̄ꝺ q꞉ non est· sic ꝺr esse meritū· q꞉ actꝰ est eiꝰ meritū· si tñ adsit charitas: sine qua nec credere nec sperare meritū ē vite· Uñ apparet vere q꞉ charitas est sp̄ussanctꝰ· q̄ anime qualitates informat ⁊ sanctificat· vt eis anima informet ⁊ sanctificet· Sine qua anime qualitas nō ꝺr virtus quia nō valet sanare animā·

De muneribus virtutum ⁊ de gratia que nō est sed facit meritum· ¶ g

Ex muneribꝰ itaq꞉

virtutū boni sumꝰ ⁊ iuste viuimꝰ· ⁊ ex gratia q̄ nō est meritū s̄ facit· nō tñ sine libero arbitrio p̄ueniūt merita nr̄a· s· boni affectus eorumq꞉ p̄gressus atq꞉ bona opa que deus remunerat in nob· ⁊ hec ipa sunt dei dona· Uñ Augustinꝰ ad Sixtū p̄sbyteꝝ· Cum coronat deꝰ merita nostra· nihil aliud coronat q̄ꝫ munera sua· Unde vita eterna que in fine a deo meritis p̄cedentibus redditur· quia ⁊ eadē merita quibus redditur non a nobis sunt· s̄ in nobis facta sunt per gratiam· recte ⁊ ipsa vita gratia nuncupat· quia gratis dat· Nec ideo gratis· quia non meritis datur· s̄ quia data sunt per gratiam ⁊ ipsa merita quibus datur·

Exponit quō intelligendū sit illud· bonus vsus liberi arbitrii virtus est

Epilogus vt alia addat· ¶ h

Ex premissis iam i

notescere nobis aliquatenꝰ potest· qualiter gratia p̄ueniens meret augeri· ⁊ alia· et q̄d ipa sit· an virtꝰ an aliud· ⁊ si virtꝰ· an sit actus vel nō· Ostēsum eñ est supra ex p̄te q̄rundā q꞉ ipa est virtꝰ· q꞉ virtꝰ nō est actꝰ· s̄ eiꝰ causa· nō tñ sine libero arbitrio· Uñ q̄ꝺ supra Augustinꝰ dixit bonū vsum liberi arbitrii esse virtutē: ita accipi pōt· i· actū virtutis· Alioq̄n sibi cōtradicere videret· qui etiā opꝰ virtutis supra dixit esse bonū vsum eoꝝ quibꝰ nō bñ vti possumus· in q̄bꝰ posuit liberū arbitrium· Si vero bonꝰ vsus liberi arbitrii opus virtutis est: iam virtꝰ nō est· Cū ergo bonū vsum eiꝰ virtutē esse dixit: nomine virtutis ipsiꝰ vsum significauit·

Quidē vsus est virtutis ꝛ liberi arbitrij. ꝟ virtutis pncipaliter. i

Idez nempe vsus

bon⁹ ex virtute est ꝛ ex libero arbitrio. sed ex ꝟtute ꝑncipalr̄. Et bon⁹ ille vsus i magnis bonis annumerād⁹ est. Illa aūt grā ꝑueniens que ꝛ virt⁹ est nō vsus liberi arbitrij est. ꝟ ex ea poti⁹ est bon⁹ vsus liberi arbitrij. que nobis est a deo: nō a nobis. Usus ꝟo bon⁹ arbitrij ꝛ ex deo est ꝛ ex nobis. ꝛ ideo bonū meritū est. Ibi eñ sol⁹ deus opaꝛ. hic deus ꝛ hō hoc meritū ex illa purissima grā ꝑuenit. qđ apl's notauit dicēs. Gratia dei sum id qđ sum. ꝛ grā eius in me vacua nō fuit. Sup quez locum Aug⁹. ita ait: Recte grām nominat. primū eñ solā gratiā dat de⁹. ꝛ nō nisi gratiam. cū nō ꝑcedunt nisi mala merita. ꝟ post ꝑ gratiam incipiūt merita bona Et vt ondēret etiam liberꝝ arbitriū: addit. ꝛ grā eius in me vacua nō fuit. Et ne ipa volūtas sine gratia dei puteꝛ aliquid boni posse: subdit. Nō aūt ego solus. s. sine grā. ꝟ gratia dei mecū. id est. cū libero arbitrio. Plane cū data fuerit grā: incipiunt esse nr̄a merita bona. ꝑ illā tñ: quia si illa defuerit: cadit homo.

> Quō grā ꝑueniēs q̄ virtus intelligiꝛ nō est li. ar. vsus sꝫ ex ea bonus vsus li. ar. et omnia bona merita

> Aug⁹. ꝺ grā ꝛ libe. arbi.

Alioꝝ sentētia hic ostendiꝛ qui dicunt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij. i. actus mentis. k

Alij vero dicūt vir

tutes esse bonos vsus naturaliū potentiarū nō tñ oñes. ꝟ tñmodo interiores q̄ in mēte sunt. Exteriores ꝟo qui ꝑ corp⁹ geruntꝛ: non ꝟtutes eē dicūt. ꝟ opa virtutū. Et iō q̄ Augustin⁹ dicit opus virtutis esse bonum vsum naturaliū potentiarū. de vsu exteriori accipiunt. Qꝫ ꝟo dicit bonū vsum liberi arbitrij virtutē esse. ꝛ in magnis numerari bonis. de vsu interiori intelligūt. Et ꝟtutes nihil aliud esse q̄ bonos affect⁹ vel mot⁹ mētis asserūt. quos de⁹ in hoīem facit nō homo. q꞉ licet illi mot⁹ sint liberi arbitrij. nō tñ esse queūt nisi de⁹ ipm liberet ꝛ adiuuet grā sua opante et coopante. quā dei gratuitā voluntatē accipiunt. q꞉ de⁹ est qui ꝛ operaꝛ in nobis velle et operari bonum.

> Qualiter ꝑdicta ꝟba augustini huic sententie conueniunt.

Quibus autoritatibus muniūt q̄ ꝟtutes sint motus mentis. l

Qꝫ autem virtutes

sint mot⁹ mētis: testimonijs sanctoꝝ astruūt. Dicit aūt Aug⁹. sup Iohem. Quid ē fides: Credere qđ nō vides. Credere aūt motus mētis est. Idē in lib. iij. de doctrina christiana. Charitatē autē voco motū animi. Si ꝟo charitas ꝛ fides mot⁹ animi sunt: virtutes ergo motus animi sunt. Quib⁹ ꝛ alij respondētes ꝑmissa verba Augustini ita intelligēda fore inquiūt. Fides est credere qđ nō vides. i. fides est virtus qua crediꝛ qđ nō videꝛ. Item Charitas est mot⁹ animi. i. gratia qua mouetur anim⁹ ad diligendū. Et q̄ hec ꝛ his similia accipiēda sint. ex his conijciꝛ q̄ alibi Aug. ait. Nam in ꝑmo libro questionū euāgelij inquit. Est fides qua creduntꝛ ea que nō videꝛ que ꝓprie dr̄ fides. Itē in. xiij. de trini. Aliud sunt ea q̄ creduntꝛ. aliud est fides q̄ creduntꝛ. Ex quib⁹ verbis sic argumētando ꝓcedunt. Aliud est credere. aliud illud quo creditur. Predictū aūt est fidē id esse quo crediꝛ. Sic ergo credere nō est fides q꞉ credere non est id q̄ crediꝛ. Addūt q̄ virt⁹ op⁹ dei tantū est quā ipe sol⁹ facit in nobis. Ipsa ergo non ē vsus vel act⁹ liberi arbitrij. ꝟ credere est act⁹ liberi arbitrij. nō est itaq̄ virt⁹. Premissis alijsq̄ rationib⁹ ac testimonijs innituntꝛ vtriq̄. Horum aūt iudiciū diligentis lectoris relinquo examini: ad alia ꝓperans.

> Quō alij huic rñdeant ꝑdicta determinantes

> Determinationem confirmant autoritatibus

> Haꝝ sniaꝝ iudiciū lectorib⁹ relinqꝛ.

Ista est distinctio. xxvij. hui⁹ secundi libri. qua quidem distinctione magister postq̄ egit de efficacia gratie liberi arbitrij generaliter. agit ꝺ efficacia virtutis specialiter. Et circa hoc tria facit. Nam primo tractat de virtute ostendens qualiter recte capiatur. Secundo agit de gratia ostendens q̄ sine ipa nemo ꝓprie mereaꝛ. Tertio repellit quandam sententiam que non recte circa virtutem opinatur. Primum quidem facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Cum ergo ex gratia. Secundū ab inde vsq̄ ibi. Alij ꝟo dicunt. Tertium vero vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Uirtus que est bona mentis qualitas censenda non est actus neq̄ motus animi vere dicenda. Hanc eñ propositionem magister probans dicit. q̄ quedam sunt magna bona hominum. cuiusmodi sunt virtutes quibus nemo male vti potest. Quedam autem sunt bona minima. vt bona tempalia. quedam autem media. vt potentia anime. ꝛ illis quidez minimis ꝛ medijs bonis tam bñ q̄ male vti possunt homines. inter que media fm beatum Augustinum est liberum arbitrium. cuius vsum beatus Augustinus alicubi nominat opus virtutis. alicubi autē virtutem. ꝛ sic sibiipsi contrarius videꝛ. Quā contrarietatē magister soluens adducit rōnem quandā quapropter ipsam virtutē non esse actū. sed magis qualitatem probat. sic arguens. Causa virtutis in nobis de⁹ est ꝛ nosipsi sumus cuiuslibet actus nostri. ꝛ ꝑ ꝯsequēs vsus liberi arbitrij q̄ est act⁹ nr̄ nō est virt⁹. ꝛ grā cū sit virt⁹ vel ꝟtuti siл̄is. etiā non est act⁹ nr̄. Isti⁹ argumēti mgr̄ minorē supponit. maiorē aūt multipliciter ꝓbat. s. q̄ causa ꝟtutis in nobis sit de⁹. ꝛ q̄ virt⁹ sit bona q̄litas mētis qua null⁹ male vtitur. primo in cōmuni ꝑ virtutis diffinitionē. quā beat⁹ Aug⁹. ponit dicēs q̄ deus in nobis sine nobis opatur virtutem. que est bona mentis qualitas qua

recte viuitur & qua nullus male vtitur. Secundo pro-
bat eam in speciali de virtute iusticie. de qua beatus
Augustinus ait. quod nullus eam in homine efficit nisi deus.
Tertio probat eam specialiter de fide quam secundum apostolum so-
lus deus infundit. Et subdit quod omnis motus et effe-
ctus mentis ex libero arbitrio est. sed bonus quidem est
ex gratia & libero arbitrio simul. motus autem & effectus
malus ex libero arbitrio. quod probat autoritate beati Au-
gustini. Ex qua vna cum predictis infert. quod virtus non
est motus vel affectus animi. sed qualitas animam in-
formans quod de gratia que etiam virtus dici potest asserit
fore censendum. Secunda propositio est hec. Quis
absque libero arbitrio mereri non possumus. gratia tamen
principale merendi erit principium. Hanc magister po-
nens sententialiter dicit. quod quamuis nullum meritum sit in
homine quod non sit per liberum arbitrium. principalis tamen causa
merendi est ipsa gratia gratum faciens. sed non gratis
data que est donum dei. qua sanatur & iuuatur hominis
voluntas. vt sit bona & producat bonas operationes
& sic ex gratia & libero arbitrio quod est anime poten-
tentia procedit primus bonus motus mentis. cui cor-
respondet primum meritum hominis. Unde subdit quod
gratia est qua virtutes mereri dicuntur inquantum per
actus ipsa meretur. Et infert quod ex actibus virtutum
boni sumus & iuste viuimus. Et quod beatus Augusti-
nus in principio huius distinctionis dicit vsum liberi
arbitrii virtutem esse. ibi sumpsit virtutem pro actu vir-
tutis. quia alias sibiipsi contradiceret. Tertia pro-
positio est hec. Fides & charitas non sunt motus seu
affectus mentis. sed virtutes mentem mouentes. Hanc
magister probans recitat quandam opinionem quorun-
dam introductam ex verbis augustini. quibus vt su-
pra dictum est in prima propositione videtur dicere
Augustinus. quod vsus liberi arbitrii sit virtus & vsus virtutis
& dicit quosdam opinatos fuisse quod virtutes essent pro-
prie actus potentiarum naturalium. non tamen omnes
sed tantummodo interiores in mente. quas licet deus
faceret: nihilominus liberi arbitrii dicerentur esse. Sed
actus exteriores puta qui per corpus geruntur: dixerunt
esse proprie actus virtutum & non virtutes. Unde dixerunt
quod dictum beati Augustini quo dixit vsum liberi ar-
bitrii esse virtutem. intelligi deberet de motu siue de
actu interiori. quem ipsi virtutem dicebant. Quod confir-
mabant per hoc quod idem beatus Augustinus dicit su-
per Johannem quod fides est credere quod non vides. Cum
ergo credere sit motus mentis interior: videtur quod vir-
tus fidei sit interior mentis motus. Et similiter dice-
bant de aliis virtutibus fore iudicandum. Sed magister il-
lam opinionem remouens dicit beati Augustini auto-
ritates innuentes quod fides & charitas sint motus anime
seu mentis non esse sic intelligendas vt sonant. sed cum
dicit quod fides sit credere quod non vides hoc est ac si
diceret. Fides est virtus mouens ad credendum quod
non vides. & sic de singulis virtutibus conformiter est
Et tamen in speciali.

¶ Predicta repetit vt alia addat diffinitam
assignationem ponens de gratia & libero arbi-
trio contra pelagianos. a

¶ DI. XXVIII

Hoc vero icon

cusse & incunctanter teneamus li-
berum arbitrium sine gratia preue-
niente & adiuuante non sufficere
ad salutem & iusticiam obtinendam. nec meritis pre-
cedentibus gratiam dei aduocari. sicut pelagia-
na heresis tradidit. Nam vt ait Aug. in primo li-

¶ Aug. in li. de heresibus

retractationum. Noui heretici Pelagiani li-
berum sic asserunt voluntatis arbitrium. vt gratie dei
non relinquant locum. quam secundum merita nostra
dari asserunt. ¶ Pelagianorum heresis omnium
recentissima a pelagio monacho est exorta.
Ubi dei gratie qua predestinati sumus. & qua me-
ruimus de potestate tenebrarum erui. in tantum
inimici sunt. vt sine hac credant hominem posse
facere omnia diuina mandata. Denique pelagius
a fratribus increpatus quod nihil tribueret adiu-
torio gratie dei. ad eius mandata facienda.
non eam libero arbitrio preponebat. sed infide-
li calliditate supponebat dicens. ad hoc eam
dari hominibus. vt que facere per liberum ar-
bitrium iubentur facilius possint implere per
gratiam. Dicendo vtique facilius possint volu-
it credi. & si difficilius: tamen posse homines si-
ne gratia facere iussa diuina. Illam vero grati-
am dei sine qua nihil boni possumus facere.
non esse dicunt nisi in libero arbitrio. quod nul-
lis suis precedentibus meritis ab illo accepit
nostra natura. ipso ad hoc tantum iuuante nos
per suam legem atque doctrinam: vt discamus que
facere & que sperare debemus. Non autem
ad hoc per donum spiritussancti. vt que didi-
cerimus esse facienda faciamus. Ac per hoc di-
uinitus nobis dari scientiam confitentur. qua
ignorantia pellitur. charitatem autem negant
diuinitus dari qua pie viuitur. vt scilicet sit donum
dei scientia que sine charitate inflat. & non sit
donum dei ipsa charitas. que vt scientia non
inflet: edificat. Destruunt etiam orationes quas
facit ecclesia siue pro infidelibus & doctrine di-
resistentibus vt conuertantur ad deum. siue pro
fidelibus vt augeatur eis fides & perseuerent
in ea. Hec quippe non ab ipso accipere. sed a
seipsis homines habere contendunt. grati-
am dei qua liberamur ab impietate dicentes
secundum merita nostra dari. Paruulos etiam sine
vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci

¶ Que sit heresis pelagianorum de gratia & libero arbitrio

¶ Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem
verbis Augustini contra ipsum vtentes. b

Qui vero dicunt si-

ne gratia hominem per liberum arbitrium omnia
iussa implere huiusmodi inductionibus muniunt.
Si inquiunt non potest ea facere homo que iu-
bentur. non est ei imputandum ad mortem. Sicut
tu ipse Augustinus in lib. de libero arbitrio asseris.
Quis inquis peccat in eo quod nullo modo
caueri potest? Peccatur autem. Caueri er-
go potest. Hoc testimonio Augustini Pe-
lagius vsus est: disputans aduersus eum.

¶ Testimonium Augu. inducit Pelagius pro se

Retractatio Augustini

immo aduersus gratiam. sicut Aug⁹. in li. retractationum illud et alia huiusmodi retractans commemorat inquiens. In his atque huiusmodi verbis meis. quia gratia dei commemorata non est de qua tunc non agebatur. putant pelegiani suam nos tenuisse sententiam. sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua peccatur et recte viuitur. quod his verbis egimus. sed ipsa nisi dei gratia liberetur et vitia superet et adiuuetur. recte a mortalibus viui non potest. Ecce apte determinat ex quo sensu illa dixerit inimicos gratie refellens.

Aliud testimonium Augustini ponit quo Pelagius pro se vtebatur. c

Similiter et innitebatur

Pelagius verbis Augustini contra gratiam que in libro de duabus animabus dicit. Peccati inquit reum tenere quemquam: quia non fecit quod facere non potuit. summe iniquitatis et insanie est. His auditis exilijt Pelagius dicens. Cur ergo paruuli et illi qui non habent gratiam sine qua non possunt facere mandata diuina rei tenentur: Hoc autem qua occasione dixerit: in lib. retractationum Pelagio respondens aperit. Id enim contra manicheos dixit. qui in homine duas naturas esse contendunt. vnam bonam ex deo. alteram malam ex gente tenebrarum. que nunquam bona fuit. nec bonum velle potest. quod si esset: non videretur ei imputandum esse si non bonum faceret.

Questio Pelagij

Determinatio Augustini

Aliud quod videtur contradicere gratie dei addit. d

Alibi etiam Aug⁹.

dicit quod huic gratie contradicere videtur qua iustificamur. Ait in libro contra adamantium manichei discipulum. Nisi quisque voluntatem suam mutauerit. bonum operari non potest quod in nostra potestate esse positum dominus docet vbi ait. Aut facite arborem bonam aut fructus eius bonos etc. Quod Aug⁹. in retractationibus non esse contra gratiam dei quam predicamus ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem sed ea potestas nulla est nisi a deo detur. de qua dictum est. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate quod cum volumus facimus. nihil tam in potestate quam ipsa voluntas est. sed preparatur a domino voluntas. eo ergo modo dat potestatem.

Determinatio Augustini in retractationibus.

Aliud testimonium eiusdem quod videtur aduersum. e

Sic etiam intelligendum

dum est quod in eodem ait. scilicet in nostra potestate esse: vt vel inseri bonitate dei. vel excidi eius seueritate mereamur. Quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem. que cum preparatur a domino: facile sit opus pietatis etiam illud quod impossibile et difficile fuit.

Aug⁹. in li. de duab⁹ animabus

Aliud testimonium. f

In expositione quo

rundam propositionum epistole ad Roma. quedam Aug⁹. interserit. que videntur huic doctrine gratie aduersari. Ait enim. Quod credimus nostrum est quod autem bonum operamur illius est qui credentibus dat spiritumsanctum. et paulo post. Nostrum est credere et velle. Illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per spiritumsanctum. Que qualiter intelligi debeant Aug⁹. in lib. retractationum aperit dicens. Verum est quidem a deo esse quod operamur bonum. sed eadem regula vtriusque est et volendi scilicet et faciendi. et vtrumque ipsius est. quia ipse preparat voluntatem: et vtrumque nostrum est. quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaque profecto non dixissem. si iam scirem etiam ipsam fidem inter spiritussancti munere reperiri.

Aug⁹. in lib. retractationum qualiter hec accipi debeant.

Adhuc addit aliud quod videtur contrarium. g

Illud etiam diligenter

est inspiciendum quod Aug⁹. in li. sententiarum prosperi ait. scilicet quia posse habere fidem sicut posse habere charitatem. natura est hominum. habere autem fidem sicut habere charitatem gratia est fidelium. Quod non ita dictum est tanquam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas. sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum que dei gratia preuenta credit et diligit quod sine gratia non valet.

Determinatio

Testimonio Hieronymi astruit quid tenendum de gratia et libero arbitrio. vbi triplex heresis indicatur. scilicet Iouiniani. Manichei. Pelagij. h

Id ergo de gratia

et libero arbitrio indubitanter teneamus quod Hieronymus in explanatione fidei catholice ad Damasum papam: iouiniani et manichei ac pelagij errores collidens docet. Liberum inquit sic confitemur arbitrium vt dicamus nos semper indigere dei auxilio. Et tam illos errare qui cum manicheo dicunt hominem peccatum vitare non posse. quam illos qui cum iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque tollit arbitrij libertatem. Nos vero

dicim⁹ hoīem sp̄ ⁊ peccare ⁊ nō posse peccare: vt semp̄ nos liberi ꝯfiteamur esse arbitrij. hec est fides quā in catholica ecclesia didicimus: ⁊ quā semp̄ tenuimus.

Ista est distinctio. xxviij. hui⁹ secūdi libri. In qua magister ostensa efficacia gratia in libero arbitrio hic agit de sufficientia liberi arbitrij sine gr̄a. Et tria facit. Nā primo exprimit pelagianoꝝ errorē. Secūdo subdit eoꝝ obiectiones ⁊ obiectionū solutiones. Tertio subiūgit veritatis affirmationē. Primū facit vsqꝫ ibi. Quī aūt dicūt. Secundū vsqꝫ ibi. Illud etiaꝫ diligēter. Tertiū abinde vsqꝫ ad finē distinctiōis. Et hoc in generali. In speciali sentētia magistri stat ī tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Et si liberum arbitriū in merito habeat magnā virtutē. tamen sine gratia nō sufficit homini ad salutē. Hanc magister insinuans dicit ꝙ liberū arbitriū nō sufficit homini sine gratia ad salutē. Cuius pelagiana heresis oppositum videtur sentire. Nā pelagian⁹ monach⁹ a quo talis heresis denominatur. intantū de libero arbitrio presumebat ꝙ asserebat gratiam dei dari ſm eius merita. et etiā hominē posse implere mādata sine gratia. Unde increpatus a cōmonachis suis dicentibus. ad quid gratia tūc necessaria esset: si sine gratia possemus adimplere mādata. Quī rñdit ad hoc vt homo facilius cuꝫ gratia mādata dei adimpleri posset. Addidit etiam alia incōuenientia que dicebat ex hoc sequentia. scꝫ orationes quas faciūt etiā nihil conferre his pro quibus fiūt saltē infidelibus ⁊ peccatorib⁹. qꝛ ex sua ꝓpria voluntate cōuertuntur ad deum. ⁊ nō ex nostris orationibus. ⁊ ꝙ gratia datur ſm merita nostra. et ꝙ paruuli sine originali peccato nascuntur. qđ totū est hereticum. Secunda ꝓpositio est hec. Licet viatoribus liberū arbitriū sit innatū. tamen sine gratia nullus potest dei adimplere preceptū nec vitare peccatum. Hanc magister insinuans ponit quinqꝫ ratiōes. quibus heretici illi scꝫ pelagiani suā heresim confirmabant. Quaꝝ prima est talis. Homo p̄ solum liberum arbitriū sine gratia potest vitare peccatū ⁊ facere bonū. ergo potest per solū liberū arbitriū mereri. tenet consequētia ex hoc. ꝙ non imputatur homini culpa qđ vitare nō potest. Assumptū ꝓbant heretici autoritate beati Augustini. qua dicunt ꝙ voluntas est qua peccatur ⁊ qua recte viuitur. Et respondēs magister dicit beatū Augustinum illā autoritatē in libro retractationum glosasse. ⁊ dicit eam cū additione fore intelligendā. s. ꝙ voluntas qua peccatur ⁊ recte viuitur non potest ī bonū dirigi. nisi p̄ grāꝫ dei a petō mādata iuuetur. Secunda est. Si mādata dei sine gratia dei seruari nō possunt. tūc aliqui nō seruantes ea nō peccant. vt patet de paruulis natis in peccato originali sed consequēs est falsum. ⁊ ꝯsequentia patet autoritate beati Augustini dicentis. ꝙ nullus debet reputari reus: ideo quia non fecit qđ facere nō potuit. Et respondens magister dicit beatum Augustinū hoc verbum scripsisse ꝯtra manicheos qui po suerunt in hoīe duas esse naturas. vnam bonā. aliam malam. bonā a deo. malā vero a diabolo. qđ si ita esset tunc ſm illaꝫ malam naturā homo non posset facere bona. nec vnꝗ̄ posset bonū velle. ⁊ tunc hmōi non esset sibi imputandum ꝙ non faceret bonū nec etiam ꝙ esset malus. Tertia ratio est. homo resurgere potest a peccato sine gratia. igitur potest facere bonū sine grā. tenet cōsequentia. sꝫ assumptū patet autoritate beati Augustini. qua dicit mutare voluntatē est in potestate nr̄a. Et respondens magister dicit beatum Augustinum intellexisse ꝙ licet mutare voluntatē sit in potestate nostra. hoc tamē est a deo p̄ gratiam. Quarta rō est. homo potest credere in deum absqꝫ gratia. igitur ⁊c̄. consequentia tenet. Antecedens patet p̄ beatū Augustinum dicente ꝙ credere ⁊ velle est nostrū. Et respondet magister dicēdo ꝙ credere ⁊ velle dei ē principaliter. nostrū aūt ex consequenti. Quinta ratio ē. habere fidem est naturale homini. igitur homo sine gratia potest credere in deum ⁊ habere fidem. ⁊ p̄ consequens bene facere. Et rñdet magister dicens ꝙ habere fidem est naturale homini. p̄ hoc non plus intēdebat nisi ꝙ homo esset ſm sua naturalia aptus ad credendum ⁊ diligendum. ⁊ nihilominus credere ⁊ intelligere sine gratia esse non possunt. Tertia ꝓpositio est hec. Ex p̄dictis constat oēs hereticos illos errare qui dicunt nos ad bonū dei auxilio nō indigere. Hanc em̄ ꝓpositionē magister ponens dicit sententialiter illos hereticos errare qui ponunt hominem ꝓpter malam naturam non posse vitare peccatum. cuiusmodi fuerunt manichei. ⁊ etiam alios qui ponunt homines non posse peccare propter naturam bonaꝫ. sicut Iouinianū. quia ambe ille opiniones tollunt arbitrij libertatem. ſm quam vt tenet sententia catholica. homo semper potest peccare ⁊ non peccare. Et hoc in speciali.

Utrū homo ante peccatū eguerit gratia oꝑante ⁊ cooperante. a

Post hec considerandū est. vtrū homo añ peccatū eguerit grā oꝑante ⁊ cooperante: Ad qđ breuiter dicimus qꝛ nō cooꝑante tm̄. ſ etiā oꝑante gratia indigebat. nō quidē ſm oēm oꝑandi modū operantis grē. Operatur em̄ liberādo ⁊ p̄parādo voluntatē homīs ad bonū. Egebat itaqꝫ hō ea: nō vt liberaret voluntatē suā que peccati serua nō fuerat. ſ vt p̄pararet ad volendum efficaciter bonū qđ p̄ se nō poterat. Non em̄ poterat bonū mereri sine grā. vt Augustin⁹ in ench. euidēter tradit. Illā inquit immortalitatē in qua poterat nō mori natura hūana: p̄didit p̄ liberū arbitriū. Hanc vero ī qua non poterat mori acceptura ē p̄ gratiā. quaꝫ fuerat si nō peccasset acceptura per meritū. Quis sine gratia nec tūc vllū meritum esse potuisset. qꝛ ⁊ si ipsum peccatū in solo erat arbitrio constitutū. nō tamē iusticie habēde vel retinēde sufficiebat liberū arbitrium nisi diuinum p̄beretur adiutoriū. Ecce his v̄bis satis ostenditur ꝙ ante peccatū homo indigebat grā oꝑante ⁊ cooꝑante. Nō em̄ habebat quo pedē mouere posset sine grē oꝑantis ⁊ cooꝑātis auxilio. habuit tm̄ q̄ poterat stare.

DI. XXIX

Quod oꝑante ⁊ cooꝑāte eguerit. sꝫ oꝑante nō eguerit ſm omnē modum quo ipsa operatur

Aug. ī ench.

Quod hō añ lapsum v̄tutes habuerit. b

Preterea queri solet: vtrū hō añ lapsum v̄tutē habuerit: Quibusdā videtur ꝙ nō habuerit: id ita ꝓbare co-

nantib⁹. Justiciā inquiūt nō habuit. qꝛ pce-
ptū dei ꝯtempsit. nec prudentiā. qꝛ sibi nō p-
uidit. neqꝫ temperantiā. qꝛ aliena appetyt.
nec fortitudinē. qꝛ praue suggestioni cessit.
Quib⁹ rñdentes dicim⁹ eū quidē nō tūc ha
buisse has ꝟtutes qñ peccauit. ſ; añ. τ tūc ami
sisse. Qḋ multis sctōꝝ testimoniis cōprobat

Testimoniis sanctoꝝ affirmat hominez primum habuisse ꝟtutes

Ait eñ Aug. in quadā omelia. Adā perdita
charitate mal⁹ inuētus est. Itē. Princeps vi
tioꝝ dū vicit adā de limo terre ad imaginem
dei factū pudicitia armatū. tēperātia cōposi
tum. charitate splēdidū pmos parētes illis
donis ac tantis bonis expoliauit. pariterqꝫ
pemit. De hoc eodē libro ad Sabinum ait.

Amb.

Qñ adam sol⁹ erat nō est pꝛuaricat⁹. qꝛ eius
mēs deo adherebat. Suppꝰ. qꝫ dicit. Qꝛ hō
ante peccatū beatissim⁹ aurā carpebat ethe
ream. Sz quō sine ꝟtute beatissim⁹ erat? Au

Augustinus super Geñ.

gustin⁹ qꝫ sup Geñ. dicit. Adā añ peccatū spi
ritali mēte pditū fuisse. Nō est ḡ dubitanduz
hoiem ante peccatū virtutib⁹ fulsisse. ſ; illis
p peccatū expoliatū fuisse.

De eiectione hois de paradiso. c

In illi⁹ quoqꝫ pec-
cati penā eiect⁹ est de padiso in istū miseriaꝝ
locū. sicut in Geñ. legit. Nunc ergo ne forte
mittat manū suā τ sumat d ligno vite τ come
dat τ viuat in eternū. emisit eū de⁹ de padiso
voluptatꝭ. His ꝟbis insinuari videt q nunqꝫ
moreret: si postea de illo ligno sumpsisset.

Quō intelligendū sit illud ne sumat de li-
gno vite τ comedat τ viuat in eternum. d

Sz quia per pecca
tum iā mortuū corp⁹ habebat. illa ꝟba ex tali
intellectu accipi possunt. De⁹ modo irati lo-
quens: de homie supbo ait. Uidete ne forte
mittat manū suā τc. i. cauete vos angeli ne
comedat de ligno vite q indign⁹ est. de q si p-
stitisset comederet τ viueret in eternū. Sed
modo ppter inobedientiā indign⁹ est come
dere. Et sic ꝟbo dixit ita ope exhibuit. Emi-
sit eñ eū de⁹ de paradiso voluptatis in locuz
sibi congruū. sicut plerūqꝫ mal⁹ cū inter bo-
nos viuere cepit. si in meli⁹ mutari noluerit
de bonoꝝ ꝯgregatione pellit pōdere praue
consuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradisum po-
sito. e

Ne vero ad illud
posset accedere: collocauit de⁹ añ paradisuz
cherubin τ flāmeū gladiū atqꝫ versatilez ad
custodiendā viā ligni vite. Qḋ iuxta lrām pt
hoc modo accipi. Quia p ministeriū angloꝝ
ignea custodia ibi ꝯstituta fuit. Hoc eñ p ce-
lestes potestates in padiso visibili factū esse
credendū est: vt p angelicū ministerium ibi
esset quedā ignea custodia. nō tñ frustra sed
quia aliqd significat de padiso spūali. Cheru
bin eñ interptat plenitudo sciētie. hec ē cha
ritas: qꝛ plenitudo legis est dilectio. Gladi⁹
aūt flāme⁹ pene tpales sunt. que versatiles
sunt. qꝛ tpa volubilia sūt. Illa ergo ad custo-
diam ligni vite ideo posita sunt añ padisum.
qꝛ ad vitā nō redit nisi p cherubin. s. plenitu
dinē sciētie. i. charitatē. τ p gladiū versatilē.
id est. tollerantiā passionū tpaliū.

An homo ante peccatum comederit d li-
gno vite. f

Potest autē queri.
vtrū de ligno vite añ pctm̄ comederit homo
De h Aug⁹. in li. de baptismo puuloꝝ. sic ait.
Recte pfecto intelligunt pmi hoies añ ma-
lignā diaboli psuasionē abstinuisse a cibo ve-
tito. atqꝫ vsi fuisse ꝯcessis. His ꝟbis ostendit
q de ligno vite añ pctm̄ sumpserint. quib⁹ p-
ceptum erat vt d omni ligno padisi comede-
rent. nisi de ligno scīe boni τ mali.

Quare nō sunt facti immortales si come
derunt de ligno vite. g

Quare ergo perpe
tua soliditate τ beata imortalitate vestiti nō
sunt. vt nulla infirmitate vel etate in deteri⁹
mutarent: Hanc eñ ꝟtutē naturaliter illud
lignū habuisse dicit. Sz forte h nō ꝯferebat.
nisi sepe de illo sumeret. Potuit ḡ fieri vt de
illo sumeret semel τ nō sepi⁹. q p aliquā mo-
ram in paradiso fuisse intelligit. cū scriptura
dicat eū ibi soporatū fuisse: qñ costa d latere
eius assumpta est. τ inde formata mulier. et
aīalia añ eū ducta. qb⁹ nomina imposuit.

Ista est distinctio. xxix. hui⁹ secundi libri. In
qua magister ostensa sufficiētia liberi arbitrij sine gra
tia in omnib⁹ generaliter. Agit de eiusdē insufficiētia
in primis parentibus specialiter. Et tria facit. Nam
primo agit de gratia quam adam in statu innocentie
habuit. Secundo de pena peccati p quam paradisuz
amisit. Tertio inquirit an etiam de ligno vite in statu
illo comedit. Primū facit a principio distinctionis.
vsqꝫ ibi. In illius quoqꝫ peccati. Secundū vsqꝫ ibi.
Potest autē queri. Tertiū vsqꝫ ad finē distinctionis
In speciali eñ sententia magistri stat in tribus ppo-

fitionibus .quaꝝ prima est hec. ¶ Primus homo in statu innocētie nō indiguit gratia ad expellendū maliciā. sed ⁊ gratia et charitate indiguit ad exercendū iusticiā. Hanc eñ ꝓpositionē magister ponēs querit duas questiones. quaꝝ prima est hec. Utrū primus homo indiguit gratia in statu innocentie tā operante ꝙ cooꝑante. Et respondet ꝙ indiguit vtraqꝫ gratia. non tñ indiguit gratia oꝑante ſm omnē operandi ei⁹ modū. Nam illa gratia operaẜ duobus modis. scꝫ liberando liberꝝ arbitriū a malo. ⁊ seruitute peccati. et ſm illū modū videlicet oꝑandi gratia oꝑante prim⁹ homo in statu innocētie nō indiguit. eo ꝙ sine peccato erat. Alia modo oꝑaẜ illa gratia ꝑparando hominis voluntatē ad bonū. ⁊ ſm illam eius oꝑationē primus homo ipsa indiguit. cum ei⁹ voluntas ꝑ se ī bonum efficaciter moueri nō potuit. qḋ ꝓbat magister autoritate beati Augustini. ¶ Secunda questio est hec. Utrū primus homo in statu innocētie habuit etiam ꝟtutes. Et respondet ꝙ aliquibus videẜ ꝙ non habuerit eas. qḋ hoc modo ꝓbant. iusticiam non habuit. quia ꝑceptū dei ꝯtempsit. prudentiā non habuit. quia sibi non ꝓuidebat. nec temꝑantiam habuit. quia aliena petijt. nec fortitudinē. quia praue suggestioni non restitit. Sed magister hmōi ꝯsuasioni rñsdens dicit. ꝙ licet adam qñ actualiter peccauit tunc illas ꝟtutes non habuit. nihilominus tamen habuit eas ante peccatū qḋ diuersis sanctoꝝ autoritatib⁹ cōfirmat. Ex cui⁹ questionis solutione patet ꝙ constat primū hominem in statu innocētie virtutes habuisse quas peccādo dr̄ abiecisse. ¶ Secunda ꝓpositio est hec. Prim⁹ parens ꝓpter peccati indignitatem fuit de paradiso expulsus ⁊ ꝓhibitus de ligno vite edere ꝓpter qḋ poterat si perstitisset in eternum viuere. Hanc ꝓpositionē magister insinuans dicit. ꝙ prim⁹ homo in penā sui peccati exclusus est a loco voluptatis. ⁊ ab esu ligni vite. ꝑ cui⁹ vsum in eternū poterat viuere. non quidē post pctm̄ de ipo edēdo. sed ante. Ubi soluit autoritatē Geñ. q̄ videẜ innui ꝙ etiā post peccatū si de ligno vite comedisset in eternū vixisset Et dicit ꝙ autoritas dicit. videte ne forte manū suaꝫ mittat ad lignū vite. ⁊ viuat in eternum. que sic glosanda est. Uidete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus est. De quo si ꝯstitisset ⁊ comedisset viueret in eternū. Et subdit ꝙ ad impediēdū reditū hoīs in paradisum apposita est angelica ⁊ ignea custodia. s. cherubin ⁊ flammeus gladi⁹ atqꝫ versatilis ne post peccatum pateat hominibus illuc accessus. ¶ Tertia ꝓpositio est hec. Licet sit ꝓbabile adam ī statu innocētie comedisse de ligno vite. tñ q: frequenter eius vsus nō habuit immortalitatem nō obtinuit Hanc mgr̄ ꝓbans querit. Utrū ante peccatū etiā de ligno vite comederit. ⁊ si comederit quare nō fuit factus immortalis. Et rñdens dicit ꝙ comedit de ipo ante peccatū eo ꝙ omnia ligna ꝑter vnū sibi ad vsum fuerunt cōcessa. sed ex hoc non fuit effectus immortalitatis. q: non frequenter de ipso gustauit. Cū lignū illud cōferre immortalitatē non potuerat. nisi per frequentē eius vsum. Et tñm speciali.

¶ Qꝫ ꝑ adam peccatum ⁊ pena transijt ī posteros. a

DI. XXX

IN superioribus

insinuatū est licet ex parte nō eñ ꝑfecte sufficim⁹ exponere qualiẜ prim⁹ homo deliq̄rit. ⁊ quā ꝓ peccato penā subierit: quib⁹ adyciē

dum est pctm̄ simul ac penā ꝑ eū transisse in posteros. Sicut apls̄ ondit inquiēs. Sicut ꝑ vnū hoiem peccatū in hūc mundū intrauit: ita in oēs hoīes mors ꝑtransijt.

¶ Utrum illud peccatū fuerit originale vel actuale. b

Hic primo vidēdū

est. qḋ fuit illud pctm̄: originale scꝫ an actuale. ⁊ si de originali intelligaẜ. ꝯsequēter qḋ sit originale pctm̄. ⁊ quare dicaẜ originale. ⁊ q̄modo ꝑtrāsierit vel ꝑtranseat in oēs diligēter inuestigandū est. ¶ Quibusdā placuit ḋ peccato actuali ade illud accipe asserētib⁹ h̄ apostolū sensisse cū inferi⁹ ait. Sicut ꝑ inobedientiā vni⁹ hoīs peccatores ꝯstituti sūt multi. ita ⁊c. Euidēter inquiūt etiā ipso nomine exprimit apostol⁹ peccatū qḋ ꝑ vnū hominē intrauit in mundū. s. inobedientiā. Inobedientia vero peccatū actuale est.

Quidā illud accipiunt de actuali

¶ Quō intrasse in mundū dicunt. c

Hoc autē dicunt in

trasse in mundū nō traductiōe originis ſ similitudine ꝑuaricatiōis. omnesqꝫ ī illo vno peccasse dicūt. q: omnib⁹ ille vn⁹ peccādi exemplū extitit. Hoc male senserunt quidā heretici qui dicti sunt pelagiani. de qb⁹ Augustin⁹ in libro de baptismo ꝑuulorū cōmemorat dicēs. Sciendū est inq̄t hereticos q̄sdaꝫ q̄ noīati sint pelagiani dixisse pctm̄ ꝑme trāsgressionis in alios hoīes nō ꝓpagatiōe: sed imitatiōe trāsisse. Unꝯ etiā in ꝑuulis nolunt credere ꝑ baptismū solui originale peccatū. qḋ in nascentib⁹ nullū esse omino ꝯtendunt. Sed eis dr̄. q: si apls̄ peccatū imitatiōis nō ꝓpagationis intelligi voluisset. ei⁹ ꝑncipem nō adam ſ diabolū diceret. De q̄ in lib. Sapieñ. dr̄. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terraꝝ. Et q: nō vult intelligi hoc eē factum ꝓpagatione ſ imitatiōe: ꝯtinuo subiūxit scriptura. Imitanẜ aūt eū qui sunt ex parte ipsi⁹ Imitanẜ q̄dē adā quot q̄t ꝑ inobediētiā transgrediunẜ mandatū dei. Sꝫ aliud est qḋ exemplū est volūtate peccātib⁹. aliud qḋ origo est cū pctō nascētib⁹. Nō est igiẜ accipiendū pctm̄ ade trāsisse in oēs imitatiōis tm̄ exēplo: ſ ꝓpagatiōis ⁊ originis vitio.

Hoc dicūt pelagiani.

¶ Hic aperit illud esse peccatum originale qḋ transit in posteros. d

Et ē illud peccatuꝫ

originale · vt apte Augꝰ · testať: qḋ p Adam transiuit in omnes per eius carnē vitiatā cōcupiscentialiter generatos·

Quid sit originale pctm̄ hic inquirit· e

Quod diligenter i=

uestigandū est · q̄d sit: De hoc em̄ sancti doctores sub obscuritate locuti sunt atqꝫ scolastici doctores varia senserūt· Quidā em̄ putant originale peccatū esse reatum pene p peccato p̄mi hoīs · i · debitū vel obnoxietatem qua obnoxij ꝛ addicti sumꝰ pene tpali ꝛ eterno p primi hoīs actuali peccato · qꝛ p illo vt aiūt omībꝰ debeť pena eterna · nisi p gr̄iam liberenť · Iuxta hoꝝ sniam oportet dici originale pctm̄ nec culpā esse nec penā · Culpam nō esse ipsi fatenť · pena qꝫ m̄ eos eē nō potest · Quia si debituꝫ pene originale pctm̄ est · cū debitū pene non sit pena · nec originale peccatū est pena · Qḋ etiā quidā eorū admittūt: dicentes in scriptura originale pctm̄ sepe noīari reatū · ꝛ reatū ibi intelligūt vt dictum est obnoxietatē pene · ꝛ ea rōe afferunt peccatū originale dici esse in puulis · qꝛ puuli p illo p̄mo peccato rei sunt pene · sicut p peccato iniqui parētis aliquando exulāt filij m̄ iusticiam fori·

Quorūdā ꝺ originali peccato opinio

Qꝫ originale peccatū est culpa autoritatibus probat· f

Sꝫ qꝫ origiale pec=

catū culpa sit · pluribus sanctoꝝ testimonijs edoceť · Sup Exo · vbi ḋꝛ · Primogenitū asini mutabis oue · Gregoriꝰ ait · Oēs in peccatis nati sumꝰ ꝛ ex carnis delectatōe ꝯcepti culpā originalē nobiscū traximus · vnde ꝛ voluntate nr̄a peccatis iplicamur · Ecce culpā originale dixit nos trahere · Vn̄ ꝯstat originale peccatū culpā esse · Augustinꝰ qꝫ ī libro de natura ꝛ gratia de hoc eodem sic ait · Omnes (vt ait aplus) peccauerūt · vtiqꝫ vel in se ipsis vel in adā · quia sine peccato nō sunt · vl̄ qḋ originaliter ꝯtraxerūt · vel qḋ malis moribus addiderūt · Peccatū em̄ primi hoīs non solū ipsum · ꝫ omne necauit genꝰ humanum qꝛ ex eo dānationē simul ꝛ culpā suscepimus Idē sup ps · l · Qḋ de corpe mortuo seminať cū vinculo peccati originalis nasciť ꝛ mortis · Ideo igiť se in iniqtatibꝰ ꝯceptū dicit dauid quia in oībus trahiť iniqtas ex adā ꝛ vinculum mortis · Nemo em̄ nasciť nisi trahēs penam ꝛ meritū pene · Meritū aūt pene pctm̄ est · Oīs ergo q̄ nasciť p carnis ꝯcupiscentiā

Gregoriꝰ

Augustinꝰ

peccatū trahit · Peccatū itaqꝫ originale culpa est: quā oēs ꝯcupiscētialiter ꝯcepti trahunt · Vn̄ in ecclesiasticis dogmatibꝰ scriptū est · Firmissime tene ꝛ nullatenꝰ dubites omnem hoīem q̄ p ꝯcubitū viri ꝛ mulieris ꝯcipitur cū originali peccato nasci: impietati subditū mortiqꝫ subiectū · ꝛ ab h̄ natura ire nasci filiū · a qua nullꝰ liberať nisi p fidē mediatoꝝ dei ꝛ hominū · His ꝛ alijs autoritatibꝰ euidēter ōndiť pctm̄ originale culpā esse · ꝛ in oībꝰ ꝯcupiscētialiť genitis trahi a parētibus·

In ecclesiasticis dogmatibus.

Quid sit qḋ ḋꝛ peccatū originale · s · fomes peccati · i · concupiscentia· g

Nūc superest vide

re q̄d sit ipsum originale peccatū: Qḋ cū nō sit actuale: nō est actꝰ siue motꝰ aīe vl̄ corpis Si eī actꝰ est aīe vel corpis · actuale vtiqꝫ peccatū est · Sꝫ actuale nō est · nō est g̊ actus vel motꝰ · Quid g̊ originale peccatuꝫ ḋꝛ: fomes peccati · s · ꝯcupiscētia vel ꝯcupiscibilitas · q̄ ḋꝛ lex membroꝝ · siue languoꝛ nature · siue tyrānus q̄ est in mēbris nr̄is · siue lex carnis · Vn̄ Augꝰ · in li · ꝺ baptismo puuloꝝ · Est in nobis ꝯcupiscētia que non est pmittenda regnare · Sunt ꝛ eiꝰ desideria q̄ sunt actuales ꝯcupiscētie q̄ sūt arma diaboli · q̄ veniūt ex languore nature · Languoꝛ aūt iste tyrannꝰ est qui mouet mala desideria · Si g̊ vis eē victoꝛ tyranni atqꝫ inermē inimicū inuenire · nō obedias ꝯcupiscētie male · His v̄bis ōndiť fomitē peccati esse ꝯcupiscentiā·

Augꝰ

Quid noīe ꝯcupiscētie intelligiť que dicitur fomes peccati· h

Nomie autē concu

piscētie nō actū ꝯcupiscēdi: ꝫ vitiū primum significauit: cū eā dixit legē carnis · Vn̄ idem ī tractatu ꝺ v̄bis aplī ait · Semp pugna est in corpe mortis huiꝰ · qꝛ ipa ꝯcupiscētia cū qua nati sumꝰ finiri non pōt qꝫdiu viuimꝰ · q̄tidie minui pōt: finiri nō pōt · Que aūt ē ꝯcupiscētia cū qua nati sumꝰ: Vitiū vtiqꝫ est qḋ puulum abilē ꝯcupiscere facit · adultū etiā ꝯcupiscentē reddit · Sicut em̄ in oculo ceci ī nocte vitiū cecitatis est si nō apparet: nec discerniť inter videntē ꝛ cecū nisi luce veniēte · sic ī puero vitiū esse nō apparet donec etatis prouectionis tps occurrat · Ex his dať intelligi: q̄d sit originale peccatū · s · vitiū ꝯcupiscentie qḋ in oēs ꝯcupiscētialiter natos p adā intrauit: eosqꝫ vitiauit · Vn̄ Augꝰ · in li · de baptismo puuloꝝ · Adā pter imitationis exemplū

Qꝫ p adam originale peccatū ī oēs intrauit · i · ꝯcupiscentia

occulta etiã tabe carnalis ɔcupiſcētie ſue·ta bificauit in ſe oẽs de ſua ſtirpe vēturos· Vñ aplus recte ait· In q̃ oẽs peccauerũt· Cir cumſpecte ⁊ ſine ambiguite dicit hoc aplus· Siue eñi intelligat̃ in quo hoĩe ſiue in q̃ pctõ ſanũ eſt· In adã eñi oĩes peccauerũt vt in materia· non ſolũ ei⁹ exẽplo vt dicũt pelegia ni· Oĩes eñi ille vn⁹ homo fuerãt·i·i eo ma terialiter erãt· Manifeſtũ eſt itaq̃ omnes ĩ adã peccaſſe q̃ſi in maſſa· Ipſe eñi p peccatũ corrupt⁹· quos genuit oĩes nati ſũt ſub pec cato· Ex eo igit̃ ſicut cũcti ɔſtituti ſunt pecca tores· ita ⁊ in illo vno peccato quod intrauit in mundũ recte oĩes dicunt̃ peccaſſe· quia ſicut ab illo vno hoĩe· ſic ab eodẽ vno pecca to imunes eſſe nõ poſſunt· niſi ab ei⁹ reatu p chriſti baptiſmũ abſoluãt̃· Alia ḡ ſunt ꝓpria peccata in quib⁹ tm̃ peccãt quoꝝ peccata ſũt Aliud hoc vnũ in quo omnes peccauerũt·i· ex q̃ oĩes peccatores inſtituti ſunt·

Aug⁹. in li. de baptiſmo puuloꝝ quõ intelligat̃ ĩ q̃ omnes pecca uerunt.

Aug⁹. de ba ptiſ. par.

Qđ ſit peccatũ in quo oĩes peccauerũt· ſcʒ originale qđ ex inobediẽtia ꝓceſſit· i

Hoc ẽ origiale pec

catũ quo peccatores naſcunt̃ oẽs ɔcupiſcen tialiter geniti· qđ ex adã ſiue ex ei⁹ inobediẽ tia emanauit ⁊ in poſteros demigrauit· Vñ apl's ɔſequẽter p inobedientiã vnius hoĩs multos dic̃ ɔſtitutos eſſe peccatores· que eſt actuale peccatũ· Cũ autẽ dixerit p vnum ho minẽ pctm̃ intraſſe in mundũ ⁊ in eo omnes peccaſſe: qđ de originali dictum eſſe oportet accipi·

Ex quo ſenſu dictũ eſt p inobediẽtiã vni⁹ multi ſunt ɔſtituti peccatores· k

Quod ergo ait per

inobedientiã vni⁹ multi ɔſtituti ſunt pctõres eo ſenſu dictũ eſſe intelligendũ eſt· q2 ex ino bediẽtia ade·ſ· ex peccato actuali ade ꝓceſ ſit originale peccatũ quo oẽs peccatores na ſcunt̃ vt ⁊ in illo eſſet: ⁊ in oĩes tranſiret·

Q2 peccatum originale in adam fuit ⁊ in nobis eſt· l

Unde Aug⁹. iulia-

no heretico nullũ pctm̃ in puulis eſſe ptẽden ti rñdens· apte aſſerit pctm̃ originale ex vo lũtate ade ꝓceſſiſſe· ac p ei⁹ inobedientiã in mundũ intraſſe· Querit eñi iulian⁹· ꝓquid peccatũ iuenit̃ in puulo: ita inqens· Nõ pec catiſte qui naſcit̃· Nõ peccat ille qui genuit·

Queſtio Iu liani.

Non peccat ille qui ɔdidit· Per quas igitur rimas inter tot p̃ſidia in nocẽtie peccatũ fin gis ingreſſuꝫ? Et rñdet ſancta pagina· Per vnũ hominẽ pctm̃ intrauit in mundũ· p vni⁹ inobedientiã ait apl's· Quid q̃rit ampli⁹? qđ querit apti⁹? Itẽ inq̃t iulian⁹· Si p hominẽ peccatũ intrauit ĩ mundũ: peccatũ vl' ex vo luntate eſt vel ex natura eſt· Si ex volũtate eſt: mala eſt voluntas q̃ pctm̃ facit Si aũt ex natura eſt: mala ẽ natura· Cui rñdeo· ex vo luntate peccatũ eſt· Querit forte· Vtrũ ori ginale peccatũ ex volũtate ſit? Rñdeo pror ſus ⁊ originale peccatũ ex voluntate eſſe· q2 hoc ex voluntate p̃mi hoĩs ſeminatũ eſt vt i illo eſſet· ⁊ in omnes tranſiret·

Reſponſio au guſtini

Queſtio Iu liani

Rñſio Aug.

Obiectio q̃rundã ɔtra id qđ ſupra dictum eſt omnes in adã fuiſſe hoĩes· m

Ad hoc autez q̄ di-

ximus in adã fuiſſe oẽs hoĩes· q̃dã verboꝝ ſectatores ſic obijciunt dicẽtes· Nõ oĩs caro que ab adã traducta eſt: in eo ſimul exiſtere potuit· q2 multo maioris q̃ntitatis eſt q̃̃ fue rit corp⁹ ade· In q̃ nec tot etiã athomi fuerũt quot ab eo hoĩes deſcenderũt· Quocirca veꝝ nõ eſſe aſſerũt ſubam vniuſcuiuſq̃ in p̃ mo fuiſſe parente·

Reſpõſio vbi aperit̃ qualiter fuerũt ĩ adã ſm rõem ſeminalẽ· ⁊ quõ ex eo deſcẽderint ſcʒ lege ꝓpagationis· n

Quibus responde-

ri põt· q̄ materialit̃ atq̃ cauſalit̃: nõ formalit̃ dr̃ fuiſſe ĩ p̃mo hoĩe: oĩe qđ in humanis cor porib⁹ naturalit̃ eſt· deſcẽditq̃ a p̃mo paren te lege ꝓpagatiõis ⁊ in ſe auctũ ⁊ multiplica tum eſt nulla exteriori ſuba in id tranſeũte· ⁊ ipm̃ in futuro reſurget· Fomentũ q̃dẽ h3 a cibis: ſ3 nõ ɔuertunt̃ cibi in humanã ſubam· que ſcʒ p ꝓpagationẽ deſcẽdit ab adã· Trãſ miſit eñi adã modicũ q̃d de ſuba ſua in corpa filioꝝ q̃ñ eos ꝓcreauit· i· aliq̃d modicum de maſſa ſube ei⁹ diuiſum eſt· ⁊ inde formatum corp⁹ filij· ſuiq̃ multiplicatiõe ſine rei extrin ſece adiectõe auctũ eſt· Et de illo ita augmẽ tato aliq̃d inde ſepat̃ vñ formant̃ poſteroꝝ corpa· ⁊ ita pgredit̃ ꝓcreatiõis ordo lege ꝓ pagatiõis vſq̃ ad finẽ hũani generis· Itaq̃ diligẽter ac ꝑſpicue intelligẽtib⁹ patet oĩes ſm corpa in adã fuiſſe p ſeminalẽ rõem· et ex eo deſcendiſſe ꝓpagationis lege·

Quõ p ꝓpa gationem de ſcendit

Autoritate ⁊ rõe ꝓbat̃ nihil extrinſecum

conuerti in humanã substantiã· o

Q vero nihil extri

secũ in hũani corpis naturã trãseat· veritas in euãgelio significat dicẽs· Omẽ qd intrat i os in ventrẽ vadit ⁊ in secessũ emittit. Qd etiã rõe ondi põt h mõ· Puer q statim post ortuz morit in illa statura resurget quã habiturus erat si viueret vsq ad etatẽ triginta annorũ nullo vitio corpis impedit⁹. Unde ergo illa substãtia que adeo pua fuit mortua· in resurrectione tã magna erit· nisi sui in se multiplicatione· Uñ apparet q etiã si viueret· nõ aliunde s in se augmẽtaret illa suba· Sic costa de qua facta ẽst mulier· ⁊ sicut panes euãgelici· Nõ inficiamur tñ qn cibi ⁊ humores i carnem ⁊ sanguinẽ trãseũt· Sz nõ in veritate hũane nature q a primis descẽdit parentibus· q sola in resurrectione erit· reliqua vero caro· in quã cibi transeũt tanq̃ supflua in resurrectione deponetur· que tamẽ ciboz aliarũq rerum fomentis coalescit·

Q cibi i carnẽ transeũt sz non in eam q descendit ab adam

Ista est distinctio· xxx· huius secũdi libri· In qua magister egit de peccato primoruz parentũ quo persona corrumpebat naturam. Incipit agere de peccato paruulorum quo natura corrumpit personam. Et tria facit. Nã primo ostendit esse tale peccatum i genere. Secundo manifestat ipsum in specie. Tertio respondet questioni ex dictis originate Primũ facit a principio distinctionis vsq ibi. Quod diligenter i uestigandum est. Secundũ vsq ibi. Ad hoc autem. Tertiũ vsq ad finẽ distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarũ prima est hec. Parentũ primorum primum originale actuale peccatum fuit mortale ⁊ ab eis in posteros deriuatum. Hanc magister intendens pponit q peccatum ⁊ pena peccati i posteros transeunt. ⁊ tale peccatum dixerunt quidaz esse peccatũ actuale ipsi⁹ ade quod probat autoritate apostoli dicentis q peccatũ quod p vnum hominem in mundũ intrauit sit inobedientia que videtur esse peccatũ actuale. vt dicit opinio ista. Alij vero sicut pelagiani dixerunt peccatuz quod in mundũ intrauit p adam etiam esse peccatum actuale. sed non ipsius ade. sed peccatum cuiuslibet hoĩs quod dicebant per adam in mundũ introductũ esse. non introductione originis. sed similitudine preuaricationis. eo q ille vnus omnib⁹ exemplũ reliqt. Sed illud non videtur bene consonũ. qz dato q peccatum originale diceretur solũ exemplũ peccati prescriti ad peccandũ: tunc deberet etiam dici q trãsiret a demone in homines qui primũ exemplum peccãdi reliquit. Et ipse tanq̃ primus in posteris a peccantibus imitatur. quod quia est inconueniens. ideo dicit magister esse tenendũ peccatũ ab adam transiuisse in posteros. non solum imitationis exemplo. sed propagationis ⁊ originis vitio. qd pbat p beatũ Augustinum apte dicentẽ. q originale peccatum transiuit ab adam in oẽs eos p eius carnem vitiatam ocupiscentialiter generatos. Secunda pposito est hec. Originalis culpa est quedã habitualis ⁊ vitiosa ocupiscentia excitans in nobis contra rõem desideria. Hãc magister insinuans dicit q peccatũ primi hominis ẽ sm veritatẽ culpa a primis parentib⁹ per originem in posteros traducta que culpa non est actus hominis sed quedam habitualis ⁊ vitiosa concupiscẽtia excitans in homine mala desideria. que qñq in sacra scriptura a sanctis doctoribus nominat languor nature. qñq lex membroz. qñq fomes peccati. qñq lex carnis qñq tyrannus. qñq ocupiscẽtia vel ocupiscibilitas Postea soluit duas difficultates cuiusdam heretici iuliani scz querentis. Primo quomodo peccatũ originale subintrat paruulos. cum nec ipse genitus nec generans peccet. nec conditor. Et respondet sm beatum Augustinum sententialiter dicentem. q odiosa primi parentis inobedientia est causa quare in nobis nata est fomes peccati ⁊ concupiscentia. Secundo q̃rit. an illud peccatum sit a natura vel a voluntate. Et respondet sententialiter dicens. q licet peccatuz originale sit in nobis necessariuz. tamen in primo parente qui ipsum traduxit fuit voluntarium. Tertia pposito est hec. Omnes qui descendunt ab Adam ppagationis lege fuerunt in lumbis eius semĩali seu materiali ratione. Hanc magister probans querit. q̃modo in adam potuerunt omnes homines sm carnẽ esse. cum nec tot athomi in ipso esse potuerunt: quot homines ab ipso pcesserunt. Et respondens dicit q omnes homines materialiter ⁊ causaliter in ipso fuerunt. quia aliquid ab ipso decisum est. a quo sine alterius additione per solam multiplicationẽ materie in seipsam corpus filij eius generatum ⁊ actum est. ⁊ sic per simile p decisionem factaz in posteros genus humanum multiplicatum est. ita q nihil omnino exterius aduenens transit in veritatẽ humane nature. qd pbat primo autoritate euangelij dicentis. Omẽ qd intrat in os in ventrẽ vadit. Secundo per hoc q omnes in resurrectione habebunt quantitatem pfectam sine alterius materie additione. Ex istis tamen nõ negat magister q alimentum transeat in carnem. sed negat q transeat in humane nature veritatem. Et tñ in speciali.

Quõ peccatũ originale a patrib⁹ transeat in filios· an sm animam an sm carnẽ· a

H unc superest

DI·XXXI

inuestigare qualiter illud peccatum a patrib⁹ traducat in filios scz an sm solã animã· an sm carnem· siue sm vtrũq: Putauerũt quidã sm animaz trahi peccatũ originalẽ· non solũ sm carnez· quia nõ solũ carnẽ sed ⁊ aĩam ex traduce esse arbitrati sunt· Sicut enĩ in generatione prolis de carne paterna substãtialiter trahit caro· ita etiã de gignẽdis anima· animã geniti essentialiter deduci ab his existimabat· Ideo q sic de corrupta carne: caro corrupta seminatur· ita etiã de anima peccatrice aĩma peccatrix corruptione originali infecta· ab illis trahi dicitur·

Opinio quorundã male credentium animas eẽ ex traduce

Predictã opinionẽ dãnat ⁊ q p carnẽ traducat peccatũ dr: ⁊ quõ oñdit· b

Hoc autẽ fides ca-

tholica respuit: ⁊ tanq̃ veritati aduersuz dãnat· que nõ animas s carnẽ solã sicut supius

dixim⁹ ex traduce esse admittit. Nō ergo ſm animā ſ ſm carnē solā peccatū originale tra ditur a parētibus. Est eñi peccatū originale (vt supra diximus⁹) ɔcupiscētia non quidē act⁹ sed vitiū. Ipsa ɔcupiscētia est lex membrorū vel carnis que est morbid⁹ quidā affectus vl̄ languor qui cōmouet illicitū desideriū id est carnalē concupiscentiā que lex peccati dicit̄. Que dicit̄ manere in carne. non quin in anima sit. sed quia per corruptionem carnis in anima sit.

Vñ Aug. ad Valerium

Quare ɔcu piscētia dr̄ eē in carne

Causam corruptionis carnis oñdit. ex q̄ in anima peccatū fit. c

Caro eniz propter

peccatū corrupta fuit in adā adeo vt cum añ peccatū vir ⁊ mulier sine incentiuo libidinis ⁊ ɔcupiscentie feruore possent conuenire: esſetqȝ thorus immaculat⁹. iam post peccatuz non valeat fieri carnalis copula absqȝ libidinosa concupiscētia. que semꝑ vitiuz est. ⁊ etiam culpa nisi excuset̄ ꝑ bona ɔiugij. In cōcupiscentia ergo ⁊ libidine cōcipitur caro formanda in corpus ꝓlis. Vñ caro ipsa que cōcipitur in vitiosa ɔcupiscentia polluit̄ et corrumpit̄. ex cuius cōtactu anima cū infundit̄ maculam trahit. qua polluitur ⁊ fit rea. id est vitiū ɔcupiscentie. q̄ est originale pctm̄.

Q ꝓpter corruptionē carnis q̄ est causa peccati dr̄ peccatū esse in carne. d

Ideoqȝ ipsum pec

catum dr̄ manere in carne. Caro ergo que ī concupiscētia libidinis seminat̄. nec culpam habet nec actū culpe: sed causaz. In eo ergo qd̄ seminat̄: corruptio est. In eo aūt ꝙ nascitur cōcupiscentia: vitiū est. Vñ Ambros⁹ d̄ verbis apostoli sic ait. Quō habitat peccatū in carne. cū nō sit substātia sed priuatio boni. Ecce primi hominis corpus corruptum est ꝑ peccatū. ipsaqȝ corruptio ꝑ conditionē offensionis manet in corꝑe. robur tenens diuine sentētie date in adam. cui⁹ cōsortio aīma maculat̄ peccato. Per id ergo ꝙ facti causa manet: inhabitare dicit̄ peccatū in carne. hec ē lex carnis. Idem Non habitat peccatum in anima: sed ī carne. quia peccati causa ex carne est: non ex anima quia caro est ex origine carnis peccati. ⁊ ꝑ traducē oīs caro fit causa peccati. anima vero non traducit̄. ⁊ ideo ī se causam peccati non habet. Aug⁹. quoqȝ ex carne peccatum animā contrahere in sermone quodā de verbis apostoli ostendit dicens. Vitium ɔcupiscentie est quod anima ex carne contraxit. Natura quippe humana non opere dei cū vitio primitus est instituta. sed ex voluntatis arbitrio priorum hominū venienti vitio est sauciata. ita vt non sit ī carne bonū. ſ vitiū quo inficit̄ anima.

Ambro.

Augustin⁹

De causa originalis peccati que est in carne: vtrū sit culpa an pena. e

Hic queri solz vtrū

causa peccati originalis que dicta est esse in carne culpa sit vel pena siue aliqd̄ aliud: Culpa esse non potest. quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem anime: actualis esset vel originalis. Sed actualis ibi non est. nec originalis culpa est. quia ipsa causa est originalis peccati. Si aūt pena est. que est illa: passibilitas vel mortalitas vel alia corruptio: Hos eñi defectus carni inesse constat.

Q d̄ non sit culpa ꝓbat

Hic aperietur quid sit feditas tracta ex libidine coeuntium que vitium vel corruptio dici potest. f

Ad quod dici pōt.

quia multiplex defectus carnis: ⁊ precipue pollutio quedam. quam ex feruore coit⁹ parentum ⁊ ɔcupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipit̄: causa est originalis peccati. que recte vitium siue corruptio carnis appellari potest. Que feditas maior videtur esse in carne cōcupiscentialiter traducta: q̄z in ea vnde traducitur. Et ꝙ vitium vel corruptio sit in carne ante coniunctionē anime effectu probatur: cum anima infundit̄ que ex corruptione carnis maculatur. Sicut in vase dinoscitur vitium esse cum vinum infusum acescit.

Inductu similium ostendit non absurde dici filios trahere peccatum a parentib⁹ etiam mundis. g

Ne autē miremur

⁊ intellectu turbemur audiētes peccatū originale filios traducere a parētibus tā per baptismū ab illo peccato mūdatis. diuersaꝝ similitudinū inductione id posse fieri insinuat Aug⁹. in li. de bapti. ſ par. ita inquiens. Quō ꝑputiū ꝑ circūcisionē aufert̄. manet tm̄ in eo quē genuerit circūcisi. Quō etiā palea q̄ ope humano tāta diligētia separ̄. manet tm̄ in fructu q̄ de purgato nascit̄ tritico. ita pctm̄ qd̄ ī

parentibus p baptismū mundat · manet in eis quos genuerūt · Ex hoc em̄ gignunt qđ adhuc vetustū trahūt · nō ex hoc q lex in nouitate ꝓmouit eos inter filios dei · Nō em̄ generāt parētes filios ſm illā generationem q denuo nati sunt · ſ potius ſm illā qua carnalr̄ ⁊ ipſi primū sunt generati ·

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo · b

Jam oſtenſum eſt

quid ſit originale peccatū: ⁊ qualiter a parētibus in filios · ⁊ p carnē in aīam trāſeat · Ex quibus etiā innoteſcit quare dicat originale peccatū · ideo ſcʒ q ex vitioſa lege originis nře in qua ↄcipimur · i · carnis libidinoſa ↄcupiſcētia traducit: vt ſupra dictū eſt · Nō em̄ q ex carne tracta ab adā cōcepti ſumus · ideo pctm̄ traximus · quia ⁊ xp̄i corpus ex eadē carne formatū eſt · que ab adā deſcēdit: ſ eius cōceptus eſt celebratus nō lege peccati · i · cōcupiſcentia carnis · vñ ⁊ caro eius peccatrix nō fuit · immo opatione ſpūſſancti · Noſter xͦ ↄceptus non fit ſine libidine · ⁊ ideo non eſt ſine pctō · Qđ euidēter Aug9 · oñdit in libro de fide ad petrū dicens · Quia dū ſibi inuicē vir mulierqꝫ miſcent · ſine libidine nō eſt parentū concubitus ob hoc filiorū ex eorū carne naſcentiū non poteſt ſine peccato eſſe ↄceptus · vbi peccatū in puulos non tranſmittit ꝓpagatio ſed libido nec fecūditas humane nature facit homīes cū peccato naſci · ſ feditas libidinis quā homines habēt ex illius iuſtiſſima ↄdemnatione peccati · Jō beatus dauid ꝓpter originale peccatū quo naturaliter obſtricti ſunt filij ire · dicit · Jn iniquitatibus ↄceptus ſum · ⁊ in peccatis ↄcepit me mater mea · Ex hoc itaqꝫ apparet ex lege ↄceptionis traduci originale peccatum · q nisi ↄceptio ſic fieret in carne · aīa ex carnis ↄiunctiōe cō cupiſcētie vitium non traheret ·

Aug9 · in lib. de fide ad petrum

Obiectio quorundā nitentiū ꝓbare peccatum nō traduci ex lege coitus · i

Sed ad hoc oppo-

nit h̄ modo · Jn ipſo ↄceptu vbi dr̄ tranſmitti pctm̄ · ꝓpagat caro · nec tñ infundit aīa ſm phiſicos · ſ iā effigiato corpe · Qđ etiā Moyſes in Exod · apte ſignificat · vbi ait de pcuſſura mulieris pgnātis · Si qs inqt pcuſſerit mulierē pgnantē ⁊ abortū fecerit · ſi adhuc informe fuerit puerperiū: mulctabit pecunia · Si aūt formatū fuerit · reddat aīam p aīa · Formatū xͦ intelligit ꝓpria aīa aīatū · ⁊ informe qđ nondū habet aīam · Jn ipſo ergo ↄceptu cū caro ꝓpagat nondū infundit anima · Quō g ibi peccatū tranſmittit · cū pctm̄ non poſſit eſſe vbi aīa nō eſt? Ad qđ dici poteſt q in illo ↄceptu dr̄ pctm̄ trāſmitti · nō q peccatū originale ibi ſit · ſed q caro ibi ↄtrahit id ex quo peccatū fit i aīa cū infundit · Et vtrūqꝫ vocat ↄceptus · ſ · ⁊ cū caro ꝓpagat formāqꝫ corpis humani recipit · ⁊ cū aīa infundit · qđ aliqñ etiā dr̄ natiuitas · Vñ · qđ natū eſt in te · Proprie aūt natiuitas dr̄ in lucem editio ·

Reſpō cū ſolutione.

Jſta eſt diſtinctio · xxxj · huius ſecundi libri · Jn qua magiſter poſtq̄ egit de quiditate peccati originalis. agit de ipſius ↄtraductiōe. Et tria facit. Nā primo agit de modo quo tranſfunditur. Secundo ð cauſa q̄re traducitur. Tertio de rōe noīs quod ſortit. Primum vſqꝫ ibi. Hic ſolet queri. Secundum vſqꝫ ibi. Jam oſtenſum eſt. Tertiū vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Jn ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Per carnem qua vitioſa concupiſcentia concipitur ⁊ anime vnit. ⁊ non p animā peccatum originale traducitur. Hanc magiſter inſinuans querit. Utrum peccatum originale traducit a parentibus in filios ſm ſolam carnē vel ſm ſolam animam. vel ſm vtrūqꝫ. Et reſpondens dicit quoſdam fuiſſe opinatos q peccatuʒ originale traducitur ſm animā ponentes animam ex traductione incipere. exempluʒ. ita q ſicut in generatione prolis caro filij ſubſtantialiter de carne patris trahitur. ita etiam anima filij de anima patris eſſentialiter generatur. Sed iſtam opinionem magiſter reſpuit tanq̄ fidei catholice contrariam. eo q peccatum non ſm animam ſed ſcđm carnem ſolam a parentibus trahitur. Nam in feruore libidinis concipit caro in corpus formanda ⁊ incorrupta polluitur. Ex contactu aīma cū infunditur contrahit maculam qua ⁊ ipſa polluitur. ⁊ ſic rea eſt vitij concupiſcentie: quod dr̄ peccatū originale. ⁊ dr̄ manere in carne non quidē ſicut in ſubiecto ꝓprio cū caro non poſſit eſſe ſubiectum culpe. ſʒ ſicut in cauſa ſeu virtualiter in carne contentū. Jſtas ſentētias ꝓbat magiſter autoritatibus beati Auguſtini ⁊ Ambroſij. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Peccatum originale quidā defectus ⁊ fomes peccati eſſe aſſerit quo anima carni vnita inficit. Hanc magiſter ꝓbans querit. Utrū talis carnis infectio ſit culpa vł pena. ⁊ q nō ſit culpa ꝓbat p hoc qđ eſt in ſubiecto irrationali. in quo culpa eſſe non poteſt. q etiam non ſit pena ꝓbat ex hoc q penalitatibus cōmuniter nō cōnumerat. Et reſpondet dicens. q ſit quidam carnis defectus ⁊ pollutio que recte vitium ſiue carnis corruptio nūcupari poteſt. que quidem feditas i carne ante coniunctionem anime fore approbatur. Nō ex hoc patet q anima dum infunditur ex corpis corruptione maculatur. Et ſubdit non mirum eſſe filios peccatum originale contrahere a parentibus iā mundatis. ſicut non miramur q ab homine circumciſo naſcitur homo preputiatus. ⁊ ex grano depurato creſcunt grana paleis circumſepta. Tertia propoſitio eſt hec. Jgitur vocatur peccatum originale. quia cōtrahit in ortu ex libidine. Hāc mgr̄ ꝓbans dicit. q illud peccatū ideo dr̄ originale. q ex vitioſa lege originis noſtre quo ↄcipimur ↄtrahit. ſ. ex carnis ſeminali cōmixtione cū feruore libidinis. ⁊ q ſolus chriſtus talē libidinē non habuit. ideo ſolus pctm̄ originale nō contraxit. Et tm̄ in ſpeciali.

Quõ originale pctm̃ dimittatur in baptiſmo·cũ ꝛ poſt ſit illa ↄcupiſcẽtia que dr̃ originale peccatum· a

Quoniã ſupra

DI· XXXII

dictũ eſt originale pctm̃ eſſe vitium ↄcupiſcẽtie: aſſignatũqꝫ quõ a parẽtib⁹ trahaṫ ꝛ originale dicaṫ·ſupeſt inueſtigare quõ in baptiſmo dimittaṫ cũ etiã poſt baptiſmũ remaneat cõcupiſcẽtia que añ fuerat· Vñ videṫ vł pctm̃ originale nõ eſſe ↄcupiſcẽtia·vel nõ remitti ĩ baptiſmo· Manet quippe vt ait Aug⁹·ĩ corpe mortis hui⁹ carnalis ↄcupiſcentia·cui⁹ vitioſis deſiderijs nõ obedire ꝑcipimur· Que tñ ↄcupiſcẽtia quotidie minuiṫ in ꝓficientibus ꝛ ↄtinentib⁹· Licet remanet cõcupiſcentia poſt baptiſmũ·nõ tñ dñaṫ ꝛ regnat ſicut añ· imo ꝑ gratiã baptiſmi mitigaṫ et minuiṫ·vt poſt dominari nõ valeat: niſi quis reddat vires hoſti eundo poſt ↄcupiſcẽtias· Nec poſt baptiſmũ remanet ad reatũ·qꝛ non imputatur in pctm̃·ſꝫ tm̃ pena peccati eſt· Añ baptiſmum vero pena eſt ꝛ culpa·

Aug. in li. de nuptiis ꝛ cõcupiſcentia

Q originale peccatum duobus modis dimittitur·ſcꝫ extenuatione ſui·ꝛ ſolutione reatus· b

Duplici ergo rõne

peccatũ originale dr̃ dimitti in baptiſmo·qꝛ ꝑ gratiã baptiſmi vitiũ ↄcupiſcẽtie debilitaṫ atqꝫ extenuaṫ·ita vt iam nõ regnet niſi conſenſu reddanṫ ei vires·quia ꝛ reatus ipſius ſoluiṫ· Vñ Aug⁹·in libro de baptiſmo ꝑuulorum· Gratia ꝑ baptiſmũ id agiṫ·vt vetus homo crucifigaṫ·ꝛ corp⁹ peccati deſtruaṫ·non ita vt in ipa viuentẽ carne cõcupiſcentia reſperſa ꝛ intiata repẽte abſumaṫ ꝛ non ſit·ſed ne obſit mortuo que inerat nato· Nã ſi poſt baptiſmũ vixerit in carne habet ↄcupiſcẽtiã cũ qua pugnet·eamqꝫ adiuuãte deo ſuperet·ſi tñ nõ inuacuũ gratiã eius ſuſcepit· Nõ itaqꝫ hoc ꝑſtaṫ in baptiſmo: niſi forte miraculo ineffabili creatoris·vt lex peccati q̃ eſt in mẽbris prorſus extinguaṫ ꝛ non ſit·ſꝫ vt quicq̃d mali a b hoĩe factũ·dictũ·cogitatumqꝫ eſt·totum aboleaṫ: ac velut factũ nõ fuerit habeatur· Ipſa ṽo ↄcupiſcentia ſoluto reatus vinculo: quo ꝑ illã diabolus animã retinebat·et a ſuo creatore ſeꝑabat·maneat in certamĩe

Autoritates de vno mõ remiſſionis

Ecce hic aperte oñdit ea ratione dimitti ĩ baptiſmo·non quia nõ maneat poſt baptiſmum·ſed quia reatus in baptiſmo aboletur

Deinde idẽ ipſe oſtendit eo modo etiam dimitti quia baptiſmi gratia concupiſcentia ipſa mitigaṫ ꝛ minuitur: in eodẽ libro ita dicens· Lex carnis quã apoſtol⁹ appellat peccatum cũ ait· Non regnet peccatũ in veſtro mortali corpe·non ſic manet in mẽbris eorũ qui ex aqua ꝛ ſpirituſancto renati ſunt·tãqꝫ nõ ſit ei⁹ facta remiſſio·vbi omnino plena fit remiſſio peccatoꝝ·ſꝫ manet in vetuſtate carnis tanqꝫ ſuꝑatũ ꝛ ꝑemptũ niſi illicito ↄſenſu qđammodo reuiuiſcat: ꝛ in regnum ꝓprium dominationẽqꝫ reuoceṫ· Hic apte inſinuaṫ ĩ baptiſmo ↄcupiſcentiã debilitari·ex quo ꝛ dr̃ dimitti: non ſolũ ideo qꝛ reatus ibi ſoluitur·

Autoritates de altero

Quẽ remiſſionis modũ alijs etiã plurib⁹ teſtimonijs ſcriptura edocet· Ait enĩ Aug⁹·cõtra Julianũ· Lex in membris eſt: vitium carnis eſt·qđ ex pena peccati ꝛ ex traduce mortis ꝑuenit· Sed lex iſta que eſt in mẽbris·remiſſa eſt regeneratione ſpirituali·ꝛ manet ĩ carne mortali· Remiſſa eſt·quia reatus ſolutus eſt ſacramẽto quo renaſcuntur fideles· Manet aũt: quia operaṫ deſideria contra q̃ dimicant etiã fideles· Idem ĩ ſermone quodam de concupiſcẽtia carnis· Per gratiã baptiſmatis ꝛ lauacrũ regenerationis ſolutus eſt ꝛ ipſe concupiſcentie reatus cũ quo eras natus·ꝛ quicq̃d antea cõſenſiſti male cõcupiſcentie·ſiue cogitatione·ſiue locutione·ſiue actione· Idem in libro de nuptijs ꝛ cõcupiſcentia· Concupiſcẽtia carnis licet in regeneratis iam nõ deputeṫ in peccatũ quecũqꝫ tamen proles naſcitur·obligata eſt originali peccato· Item· Dimittiṫ concupiſcẽtia carnis in baptiſmo·non vt nõ ſit: ſed vt non imputetur in peccatum· Hoc eſt enĩ nõ habere peccatũ·non eſſe reum peccati· Quomodo ergo alia peccata ꝑtereunt actu ꝛ remanent reatu·vt homicidiũ ꝛ ſimilia· Ita e conuerſo fieri poteſt vt concupiſcẽtia pretereat reatu ꝛ remaneat actu· Ex predictis euidẽter monſtratur quomodo peccatũ originale ĩ baptiſmo remittatur·

De feditate quã caro ex libidine coit⁹ cõtrahit: vtrũ in baptiſmo diluatur· c

Solet aũt hic que-

ri·vtrum ꝛ ipſa caro in baptiſmo ab illa feditate purgeṫ: quam in conceptione ex cõcupiſcentia libidinoſa cõtraxit? Quibuſdã videtur qꝫ ſicut anima a reatu purificaṫ·ita ꝛ caro ab illa pollutione purgaṫ· Ut ſicut duob⁹ compleṫ myſteriũ baptiſmi·ſ·aqua ꝛ ſpiritu ita ibi duo purgenṫ·anima ſcꝫ a reatu·ꝛ caro ab illa ↄtagione·quod quidem probabile eſt

Quid dicatur mũdatio carnis ab illa pollutione

Aliȷ ꝺo putāt tm̄ aīam ibi mūdari · carnez ꝺo non ab illa feditate purgari · Si ꝺo remanet illa feditas vſq₃ ad ꝓcreationē filiorum que fit i ꝯcupiſcētia carnis · videt̄ natura carnis magis ac magis corrumpi · ⁊ magis corrupta videt̄ caro ꝓlis ꝙ̄ parentis · q₂ de carne pollutionē quā habuit a cōceptu retinētitrahit̄ pollutā · ⁊ in concupiſcētia concipitur vnde ⁊ polluit̄ · ⁊ ita ex duplici cauſa cōtaminatur · Unde maior videt̄ pollutio carnis in prole ꝙ̄ fuerit in parēte · Ad qꝺ illi dicūt · q₂ licet caro ꝓlis ex carne feda ſeminetur · ⁊ in concupiſcētia concipiat̄ · non tamē feditatez maiorē trahit ꝙ̄ caro vnde ſeminat̄ habuerit · Quis etiā ſi fedior atq₃ immūdior ſit caro prolis · ⁊ ideo magis corrupta ꝙ̄ caro parentis · non inde (vt aiunt) fit preiudiciū veritatis · q₂ nec abſurdū eſſe dicunt · ſi carnis natura magis in poſterioribus corrupta trahatur · neq₃ ex ipſa magis corrupta aīma magis inficitur ·

Oñdit incon ueniētiā ꝯtra illos q̄ negāt

Rñſio illoꝝ.

Ex quo auctore ſit illa concupiſcētia · deo ſc₃ vel alio · d

Preterea queri ſolet

vtrū concupiſcētia que poſt baptiſmū remanet · ⁊ tantū penalitas eſt · ante baptiſmū vero pena erat ⁊ culpa · ex deo auctore ſit vl' ex alio? Ad quod breuiter reſpondētes dicimus · quia in quantū pena eſt deū habet auctorem · in quantū vero culpa eſt: diabolū ſiue hominē habet auctorem ·

Qua iuſticia anime mūde ex creatione illud pcm̄ imputet̄: cū nō poſſit vitare · e

Solet etiam queri

qua iuſticia teneat̄ illo peccato aīa innocēs a deo creata · cū non ſit in poteſtate ſua illud vitare? Non eīm p liberū arbitriū illud cōmutatur · q₂ nō ꝑus eſt aīa ꝙ̄ illi peccato eſt obnoxia · Ad hoc quidā dicūt ideo aīam reā eſſe illi⁹ peccati: licet mūda a deo ſit creata · quia cū infundit̄ corpi: ꝯdelectat̄ carni · ex q̄ peccatū ꝯtrahit · Q̄ ſi eſſet · iam nō originale ſꝫ actuale diceret̄ · Potius ḡ ideo recte poteſt dici imputari aīe illud peccatū qꝺ ex corruptiōe corpis ineuitabiliter trahit · quia vt ait Auguſtin⁹ in libro de ciuitate dei · Nō fuit corruptio corpis que aggrauat aīam cauſa primi peccati: ſꝫ pena · nec caro corruptibilis aīam peccatricē fecit · ſꝫ peccatrix aīa carnem corruptibilem fecit ·

Rñſio quundam falſa

Congrua reſponſio ⁊ ꝟa

Utrum illud peccatum ſit voluntarium vel neceſſarium · f

Illud etiam nō im

merito q̄ri poteſt · vtrū pcm̄ originale debeat dici voluntariū vel neceſſariū? Et neceſſarium poteſt dici · q₂ vitari nō poteſt · Uñ ⁊ ꝓpheta dicit · De neceſſitatib⁹ meis erue me · Et voluntariū nō incongrue appellat̄ · q₂ ex volūtate ꝓmi hoīs ꝓceſſit · vt Aug⁹ · in primo libro retractationū oñdit dicēs · Illud qꝺ in puulis dr̄ originale peccatū cū adhuc nō vtāt̄ libero arbitrio volūtaris · nō abſurde vocatur voluntariū · q₂ ex ꝓma hoīs mala volūtate contractū: factū eſt quodammodo hereditarium ·

Q' voluntarium poteſt dici ⁊ neceſſarium

Quare de⁹ aīam corpi iungit ſciens eam inde maculari · ⁊ ideo damnari · g

Si vero queritur.

cur de⁹ q̄ fecit aīam ipam ſine macula · et ſcit eā ex corpis ꝯiunctiōe maculā peccati ꝯtrahere · ⁊ aliq̄ñ añ baptiſmū ſeiungi ab ipſo corpore: ⁊ ſic dānari · eā corpi iūgit? Rñdem⁹ ex altitudine iudicioꝝ dei id ꝓuenire · ⁊ nec iniuſte id a deo fieri · Ipſe eīm nō incōgrue humane ꝯditionis modū quē a ꝓncipio inſtituit · licet peccata hoīm interceſſerint · ſine īmutatione ꝯtinue ſeruat · Corpa de materia a ꝓncipio ſine vitio facta fingens: animaſq₃ de nihilo creans · eorūq₃ ꝯiunctione hoīem ꝑficiens · Cū ergo vtraq₃ hoīs natura a deo ſine vitio ſit inſtituta · licet a ſe peccato ſit viciata nō ideo īmutabilis de⁹ humane ꝯditionis ꝓmariā legē mutare debuit ſiue ab hominum multiplicatione deſiſtere ·

An aīa ſit talis qualis a deo creat̄ · h

Hic a quibuſdam

q̄ri ſolet · vtrū aīa talis ſit añ baptiſmū qual' a deo creat̄? Q̄ꝺ nō eſſe ꝓbare conāt̄ hoc mō · Aīa in corpe creat̄ · in cui⁹ ꝯiūctiōe pctō maculat̄ · Q̄cito ḡ eſt: pcm̄ h₃ · nec prius fuit ꝙ̄ pcm̄ habuerit · nō eſt ḡ talis q̄lis a deo creat̄ · Creat̄ eīm a deo inocēs ⁊ ſine vitio · ⁊ nūꝙ̄ tal' eſt · Ad qꝺ dici pt̄ · q₂ nō oīno talis eſt q̄lem eam de⁹ fecit · De⁹ eīm bonā eā fecit · ⁊ bonitatem ei ſine corruptione indidit · Et dicit̄ illa naturalis bonitas quā in creatione a ꝯditore ſuſcepit · quā bonitatē ꝓpter pcm̄ penit⁹ nō amiſit · ſꝫ viciatā habuit · quā de⁹ tm̄ ſine vitio fec̄ · Si enim res bona non eſſet aīa · in ea malū eē neq̄z · cū ñ poſſit malū eē niſi i bono

Q' nō q̄dā ꝓbant non eſſe talem

Solutio

vt post dicet. Nõ ergo omnino talis est aĩma qualis a deo ẽ creata. Sic quis polluras habens man⁹ nõ tale habuit pomũ quale ego dedi mũdis manib⁹. Ego eñ dedi mũdum.

An anime ex creatione sint equales in donis naturalibus. i

Illud quoqꝫ nõ incongrue q̃ri solet. Utrũ oĩes aĩe ex creatione equales sint. an alie alijs excellẽtiores? Plurib⁹ nõ irrationabiliter videt̃ q̃ ex ipsa creatiõe alie alijs excellãt in naturalibus donis. vt in essentia. alia alijs sit subtilior. et ad intelligendũ memorandũqꝫ abilior. vt pote acutiori ingenio ꝛ pspicatiori intellectu pdita. Qð nõ improbabiliter dr̃: cũ in angel' ita fuisse ↄstet. Et licet naturalib⁹ donis alie pre alijs polleãt. ꝛ tñ añ baptismũ a corpe discedentes parẽ penã. ꝛ post baptismũ statim eq̃lem coronã sortiunt̃. q: ingenij acumen vel tarditas. premiuꝫ vel penam in futuro non collocat.

Ista est distinctio. xxxij. huius secundi libri. In qua magister postq̃ egit de peccati originalis q̃ditate ꝛ traductione. agit de ei⁹ remissiõe. Et tria facit. Nam primo ostendit quomodo peccatum per baptismum remittitur. Secundo qualiter a deo causat̃. Tertio qualiter ad voluntatẽ comparat̃. Primũ vsqꝫ ibi. Preterea queri solet. Secundũ vsqꝫ ibi. Illõ etiam nõ. Tertiũ vero vsqꝫ ad finem distinctõis In speciali sentẽtia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹. quaꝝ prima ẽ hec. Quis in baptismo remaneat cõcupiscentia gratia exercitij vt pena eius. tñ potestas libidinis ꝑ gratiam christi minuit̃ ne regnet vt culpa. Hanc magister ꝓbans querit duas questiones quaꝝ prima est. Quomodo peccatũ originale per baptismum remittatur cũ concupiscentia remaneat ĩ baptismo: etiam ꝛ post baptismum. Et respondens dicit q̃ hoc est ideo. quia post baptismũ concupiscẽtia minuitur eo q̃ regnare ꝛ dominari prohibetur. et reatus ꝑ gratiam baptism tollitur. Unde sicut peccata actualia ꝛ similia vt homicidium ꝛ similia: transeunt actu ꝛ remanent reatu. sic econtra est de peccato originali quod in baptismo transit quantũ ad reatum. sed manet actu inquantũ concupiscẽtia manet. Secunda questio est. Utrũ caro purgetur in baptismo a feditate sua quã libidinosa concupiscentia traxit. Et respõdet q̃ ẽm aliquos non solũ anima. sed etiaꝫ caro a sua feditate in baptismo purgat̃. eo q̃ aliqua vt dicũt ad illam purgationẽ ordinant̃. ẽm alios vero solum purgatur feditas anime: ꝛ nõ carnis. ꝛ que istaꝝ opinionum verior sit magister non determinat. sed ꝓcedit ĩ questione. Secunda ꝓpositio est hec. Pene qua iuste punit̃ post baptismũ peccator deus ipse ẽ principalis conditor ꝛ impator. Hanc magister probans q̃rit duas q̃stiones quaꝝ prima est hec. Utrum originalis concupiscẽtie deus sit causa. Et respondẽs dicit sic. Nam concupiscẽtia illa que post baptismũ est ꝛ pena ꝛ culpa. Inquantũ ergo est pena est a deo auctore tanq̃ iuste inflicta. Inquantũ autem culpa est. sic a diabolo est ꝛ a primo hoĩe peccãte. Secunda q̃stio est. Quare peccatum originale imputatur aĩme. que tamen eius contractionem vitare non potest. Et respondet q̃ hoc non fit ideo. quia anima cõdelectet̃ carni infecte cui ea infundit̃. Quis tamen hoc quidaꝫ dixerunt. sꝫ ꝓuenit ex peccato primi parentis. Cui⁹ anima peccatrix efficit carnem corruptibilem ꝛ peccatricem. quia si esset ex delectatione anime quãdo carni vnitur seu infundit̃. tunc non esset originale peccatum. sed magis actuale. Tertia ꝓpositio est hec. Quis originale peccatum sit malum necessariuꝫ eo tamen q̃ a prima hominis voluntate peruenisse tenetur dicit̃ voluntariũ. Hanc magister probans querit quattuor questiones. Prima est. Utrũ peccatũ originale sit voluntariũ vel necessariũ. Et rñdens dicit q̃ sit necessarium. eo q̃ vitari nõ potest. Etiã est voluntariũ. eo q̃ a volũtate primi hoĩs ꝓcessit. Secunda questio est. Quare deus animam carni infundit: per quam p̃sciuit eã eẽ maculandã. Et respondet q̃ hoc ideo fecit vt saluetur ꝓpagationis humane institutio. Vel dicit q̃ hoc remittendũ est diuinorũ iudiciorum altitudini. Tertia questio est. Utrũ anima duꝫ corpori infunditur sit talis qualis a deo creatur. Et respõdet q̃ non sit omnino talis. quia a deo creatur munda. sed ex coniunctione ad carnem maculam contrahit. Quarta questio est. Utrum omnes anime sint simpliciter equales a deo create. Et respõdet q̃ non. quia inequalia naturalia receperunt ĩ ipsarum creatione. sicut ꝛ angeli. quod magister probat diuersorum sanctorum autoritatibus. Et tantum in speciali.

An peccata omniũ p̃cedentiũ patrũ puuli originaliter trahãt vt peccatũ ade. a

Predictis ad-

DI. XXXIIII

iiciendũ videtur an peccata p̃cedentiũ patruꝫ ad paruulos transeant. sicut illud primi hominis delictũ in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. ꝛ si parentũ transeunt in paruulos. vtrũ omniũ qui fuerũt ab Adã vsqꝫ ad ipsos. an aliquoꝝ ꝛ non omniũ?

Quid sup hoc Aug⁹. in enchiridion dicere videtur. b

De hoc Aug⁹. in enchiridion ambigue disserit. videtur enim approbare peccata parentũ precedentium imputari paruulis. non omniũ tamen qui fuerunt ab Adam. ne importabili ꝛ nimia sarcina in pena eterna grauarent̃ paruuli. s̃ tantum eorũ parentũ qui eos a quarta generatione precesserunt. Quod confirmat illis ṽbis quibus in Exod. domin⁹ ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrũ vsqꝫ in tertiaꝫ ꝛ quartã generationẽ. quasi peccata parentum proximorũ tantũ paruulis imputẽtur ꝛ non alia. quod est per moderationẽ diuie misericordie.

Eorum ponit documenta qui dicũt trãsire in ꝑuulos parentũ delicta. c

Et q non illud solũ

p̃mi hoīs delictũ paruulos teneat ſ etiā alia illi quib⁹ ita videt̃ ex eo ꝯfirmāt· q etiā puuli nō modo maiores dicunt̃ baptiſari ī remiſſionē peccatoꝝ p pluralē numeꝝ nō p ſingularem in remiſſionē peccati· Et Dauid de legitimo matrimonio ꝓcreatus dicit· In iniquitatibus ꝯcept⁹ ſum: ⁊ in peccatis ꝯcepit me mater mea· Non dicit in iniqtate vel peccato· Uñ putāt non tm̃ illud vnũ peccatũ originale· ſed etiā plura que in peccato ade reperiri poſſunt· ⁊ alia parentũ peccata paruulis imputari·

¶ Q in illo vno primo peccato plura reperiuntur· d

Q vero in actuali

peccato ade plura notari valeāt pctā· Aug⁹ in ench· inſinuat· Poſſunt inqt intelligi plura peccata in vna trāſgreſſione ade· ſi in ſua quaſi mēbra diuidat̃· Nā ⁊ ſupbia eſt illic· q homo in ſua pot⁹ eſſe q̃ dei poteſtate dilexit Et ſacrilegiũ· quia deo non credidit· Et homicidiũ· q ſe in mortē p̃cipitauit· Et fornicatio ſpiritalis quia integritas mētis humane ſerpētina ſuaſione corrupta eſt· Et furtum· quia cib⁹ ꝓhibit⁹ vſurpatus eſt· Et auaricia quia plus q̃ ſufficere illi debuit appetiuit· ⁊ ſi qd aliud in hoc vno peccato inueniri poteſt·

¶ De parentuz pctis an puulos teneant

Deinde de parentũ p̃cedentiũ peccatis· vtrũ puulis imputent̃: magis opinādo q̃ aſſerendo diſceptat ita inquiēs· Parentũ peccatis paruulos obligari non ſolũ primorum hominũ· ſ etiā ſuoꝝ d quib⁹ ipſi nati ſunt nō improbabiliter dr· Illa quippe diuina ſententia: reddā peccata patrũ in filios· tenet eos ante regenerationē vſq adeo: vt etiā de legitimo matrimonio ꝓcreatus dicat· In iniquitatib⁹ cōceptus ſum: ⁊ in peccatis ꝯcepit me mater mea· Non dixit ī iniquitate vel in peccato· cũ ⁊ hoc recte dici poſſet· Sz iniquitates ⁊ peccata dicere maluit· q ⁊ ī illo vno qd in omnes hoīes ptranſijt· atq tā magnũ eſt vt eo mutaret̃ humana natura· reperiūt̃ ſicut ſupra diſſerui plura peccata· ⁊ alia parētum q̄ non ita poſſunt mutare naturā: reatu obligant filios: niſi gratia dei ſubueniat· Sz de peccatis alioꝝ parentũ quib⁹ ab ipſo adā vſq ad patrē ſuũ ꝓgenerationib⁹ ſuis quiſq ſuccedit· non īmerito diſceptari poteſt· vtrũ omniũ malis actib⁹ ⁊ mltiplicatis delicti originalibus qui naſcitur implicetur· vt tanto peius: quanto poſterius quiſq naſcatur· An ꝓpterea de⁹ in tertiā ⁊ quartā generationem de peccatis parentũ poſteris eoꝝ cōminet̃· q irā ſuā quantũ ad ꝓgeneratorum culpas non extēdit vlteri⁹ moderatione miſerationis ſue· ne illi quib⁹ regenerationis grā non ꝯfert̃· nimia ſarcina in ipſa eterna dānatione p̃merent̃· ſi cogerent̃ ab ipſo initio generis humani· omniũ p̃cedentiũ parentũ ſuoꝝ originaliter peccata ꝯtrahere· ⁊ penas ꝓ eis debitas pēdere· An aliquid aliud de re tanta ſcripturis ſanctis diligenti⁹ pſcrutatis ac tractatis valeat vel non valeat repiri· temere affirmare non audeo· Ecce pſpicuũ fit lectori Auguſtinũ ſupiora dixiſſe non aſſerēdo· ſ diuerſoꝝ opiniones referendo·

¶ Vide opiniones varias

¶ Oſtendit Auguſtinum ſibi fore ꝯtrarium ſi id ſentiret· e

Alioqui ſibiipſi cō-

tradicere oſtenderet̃· q in eodē libro omniũ mitiſſimā dicit eſſe penā paruuloꝝ q originali tantũ tenent̃ peccato· his v̄bis· Mitiſſima ſane pena eoꝝ erit qui p̃ter peccatũ qd originale ꝯtraxerūt: nullũ inſup addiderūt· ⁊ ī ceteris q addiderūt: tāto quiſq ibi tolerabiliorem habebit dānationē· q̄nto hic minorē habuit iniquitatē· Ecce hic apte dicit puulorũ penā omniũ aliarũ penarũ eſſe leuiſſimam· Q ſi eſt: non ergo peccatis patrũ p̃cedentium obligant̃: niſi ade· Si eñ ꝓ peccatis parentũ actualib⁹ eternaliter punirēt̃ ⁊ ꝓ ſuo originali· nō iam min⁹ ſ forte magis q̃ ipſoꝝ parētes punirent̃· Nō ergo ꝓ peccatis parētũ actualib⁹· nec etiā ꝓ actualib⁹ p̃mi parentis· ſ ꝓ originali qd a parentib⁹ trahit̃· puuli damnabunt̃· ꝑ eo nullā aliam ignis materialis vel cōſcientie vermis penā ſenſuri· niſi q dei viſione carebūt in ꝑpetuũ· Uno ergo et nō plurib⁹ peccatis puuli obligati ſunt· Uñ etiā ea quib⁹ illa opinio muniri videt̃· ſcz q peccata ⁊ iniqtates in puulis aliq̄ ſcriptura eſſe ſignificat vtēs plurali numero· ita determinat Auguſtin⁹ in eodē libro· Quia in ſcriptura p ſingularē numeꝝ pluralis numerus ſepe ſignificari ſolet· vt ibi· Ora g ad deũ vt auferat a nobis ſerpentē· nō ait ſerpētes q̄s patiebat̃ popul⁹ Et ecōuerſo p pluralē ſignificat̃ ſingularis numer⁹· vt ī euāgelio· Mortui ſunt eñ q querebāt animā pueri· non ait mortu⁹ eſt· cũ loqueret̃ de herode· Et ī Exodo· Fecerūt deos aureos· cũ vnũ fecerūt vitulũ· de q dixerūt· Iſti ſunt dij tui iſrl· Ita et illud originale vnũ plurali numero ſignificatur· cũ dicim⁹ puulos in peccatoꝝ remiſſionē

¶ Determinatio eoꝝ q̄ illi opponebāt ī munimentuz ſue opinionis

baptisari. ⁊ in pctĩs vel in iniq̃tatib⁹ ꝯcipi.

An actuale pctm̃ ade sit grauiꝰ ceteris f

Hic queri solz vtrũ

pctm̃ ade trãsgressionis ex q̃ ꝓcessit origina le. ⁊ in q̃ plura superiꝰ notata sunt pctã. grauius fuerit ceteris peccatis. Quibusdã ita eẽ videt̃. q2 illud peccatũ totã humanã naturã mutauit. sic Augꝰ. dicit in ench. Illud vnũ pctm̃ in loco ⁊ habitu tãte felicitatis admissuz tam magnũ est vt in vno homie originaliter (vt ita dixerim) radicaliter totũ genꝰ humanũ damnaret̃. Idẽ in lib. de ciui. dei. Tanto maiori iniusticia violatũ est illud mandatuz q̃to faciliori poterat obseruantia custodiri. Nondũ em̃ ipsi volũtati cupiditas resistebat qd̃ de pena trãsgressionis postea secutũ est. His aliisq̃ vtunt̃ autoritatibꝰ q̃ illd̃ pctm̃ ceteris alioꝝ hoim peccatis grauiꝰ esse dicunt. Qd̃ etiã rõ cõsiderare laborãt h̃ modo. Magis nocuit illud pctm̃ q̃ aliqd̃ alioꝝ q2 totũ genꝰ humanũ vitiauit. ac morti vtiq̃ subdidit. qd̃ nullo alio pctõ factũ est. Maiorẽ ẽ effectum mali habuit illud pctm̃ q̃ aliqd̃ aliud.

Quare q̃bus grauiꝰ esse videt̃ ceteris

Post autoritates postea rationes coꝝ.

Responsio ꝯtra illos vbi alia peccata ostẽduntur illo maiora. g

Ad quod dici põt.

cent· cum indiuisa sint opa trinitatis si filius carnem assumpsit· tūc poter et spūssanctus· quia si fili⁹ carnē assumpsit· nec hoc fecit pater vel spūssanctus· nō omne qd̄ facit filius: facit et pater et spūssanctus· Ad omnia simul pater et filius amborū spūs pariter et concorditer operant̄· Ad qd̄ dicimus qz nihil opat̄ filius sine patre et spūsancto· sed vna est horum trium operatio indiuisa et indissimilis· et tn̄ filius nō pater vel spūssanct⁹ carnem assumpsit· Ipsam tn̄ carnis assumptionē trinitas opata est· sicut Aug⁹· dicit in li· d̄ fide ad Petrum· Reconciliati sumus ꝑ solum filiū sm̄ carnem· sed nō soli filio sm̄ deitatem· Trinitas enim nos sibi reconciliauit· ꝑ hoc q̄ solum verbū carnem ipsa trinitas fecit· Trinitas ergo carnis assumptionem fecit: sed verbo· non patri vel spiritusancto· Si enim pater sibi· et filius sibi· vel pater filio· et fili⁹ patri carnis assumptionem operatus esset· iam non eadem esset opatio vtriusqꝫ sed diuisa· Sed sicut inseperabilis et indiuisa est vnitas substantie trium· vt ait Aug⁹· in lib· de tri· ita et operatio· non tamen eandē trinitatem natam de virgine· crucifixam et sepultā catholici tractatores docuerunt· sed tantūmodo filium· nec eandem trinitatem in specie columbe descendisse sup Jesum· sed tm̄ spūmsanctum· nec eandem dixisse de celo· tu es filius meus· sed tm̄ patris vocem fuisse ad filium factam q̄uis pater et filius et spūssanct⁹ sicut inseperabiles sunt: ita et inseperabiliter operent̄· hec et mea fides est· quoniam quidem hec est catholica fides· Licet ergo sol⁹ filius carnem assumpserit· ipsam tamen incarnationem, cum patre et spiritusancto operatus est·

Nisso· [margin]

Aug⁹. [margin]

Hic incipit tertius liber sententiarū· In quo magister post q̄ egit de deo sm̄ se seu sm̄ ronem sui naturalis ꝑfectionis. s. in primo. et sm̄ q̄ eius potentia relucet in effectu mundane creationis. puta in secundo libro. Agit consequenter de eo inq̄tum eius sapientia resplendet in effectu mundane restaurationis. Et diuiditur iste tertius liber in tres tractatus principales. In primo agit de verbi eterni incarnatione et ille extēditur a principio libri vsqꝫ ad decimāquintam distinctionem. In secundo tractat de eiusdē verbi incarnati passione. et ꝯtenditur a decimaqn̄ta distinctione vsqꝫ ad vicesimamtertiam distinctionem. In tertio determinat de donorum et virtutum perfectione. et hoc a vicesimatertia distinctione vsqꝫ ad finem libri. In prima inquā distinctione primi tractatus tria facit. Primo enim ostendit quid sit incarnatō Secundo qualiter specialiter filiū incarnari decuit deducit. Tertio an pater et spūssanctus incarnari potuerunt: inquirit. Primum facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi diligenter vero. Secundū vero subiungit ab inde vsqꝫ ibi. Si vero querit̄. Tertium aūt subiungit vsqꝫ ad finem distinctionis. In speciali enim magistri sententia stat in tribus ꝑpositionib⁹. quarū prima est hec. Uisibilis dei filij missio ē ipsa verbi incarnatio. Hanc enim ꝑpositionem magister ꝑbat autoritate apostoli dicentis. q̄ in tempore plenitudinis scꝫ in tempore gratie qd̄ initium habuit ab aduentu saluatoris nostri. pater misit filium suū antiquis patribus ꝑmissum in lege. cuius quidem filij visibilis in carnem missio dicit̄ esse ipsa incarnatio. Secunda ꝑpositio est hec. Licet etiam a qualibet persona diuina potuit humana natura assumi. nulla tamen personarum ita congrue humanari potuit sicut persona verbi. id est filij. Hanc quidem ꝑpositionem magister ꝑbat triplici ratione. Quarum quidem rōnum prima sumitur ex appropriato filij. s. sapientia. Nā consonum fuit. vt deus qui in sapientia omnia condidit. ꝑ sapientiam etiam omnia restauraret. et hoc confirmat parabola euangelica de muliere querente et inueniente dragmam ꝑditam. Luce. xv. Secunda rō sumitur ab origine ipsius filij. Nā origo filij est esse ab alio. congruum igit̄ fuit vt primo mitteret̄ ille qui est a solo patre. et deinde spūssanctus qui est a patre et filio. Et hanc rōnem confirmat autoritate b. Aug⁹. iiij. li. de ciui. ca. j. Tertia ratio ad idem colligitur ex

ꝓprio filij. Non enim ꝓprium filij est esse filiū. cum ergo congruū fuit vt qui in deitate erat dei filius. in humanitate fieret hominis filius. ne duos filios estimaremus decuit ꝑsonā filij ꝑcipue incarnari. Hanc rationem ꝯfirmat autoritate bti Augustini in ecclesiasticis dogmatibus ca. ij. Tertia ꝓpositio est hec. Quia pater ꝛ spūssanctus incarnari possent si vellent aut voluissent. ad solum tñ filium carnis assumptio terminata est. Hanc ꝓbat ꝑ hoc ꝙ vna ꝛ eadem est diuinarū ꝑsonarum potentia. si igitur ex illa potentia vna potuit incarnari. ꝛ omnes potuerūt incarnari. Postea mgr obijcit ꝯtra superius dicta. s. ꝙ solus filius sit incarnatus. Et arguit sic. Opa trinitatis adextra sunt indiuisa. si igitur filius assumpsit naturā humanam. ꝛ pater ꝛ spūssanctus assumpserunt. Alioquin aliquid faceret vna ꝑsona qḋ non faceret alia. ꝛ sic opa trinitatis adextra essent diuisa. Ad quā obiectionem mgr dicit ꝙ ꝗuis tota trinitas incarnationem christi sit opata eo ꝙ opa trinitatis adextra sunt indiuisa. sola tamē persona filij est incarnata. eo ꝙ assumptio nature humane ad ipsum terminatur. quod exemplificat de tribus puellis vni de ipsis tunicam induentibus. que omnes opantur ad indutionem. ꝛ tñ vna sola est induta. Et tm̄ in speciali.

Quare totam humanam naturam accepit. ꝛ quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum sit. a

DI. II

Et quia in homine tota hūana natura vitio corrupta erat. totam assumpsit id est animā ꝛ carnem. vt totam curaret ꝛ sanctificaret. Quod aūt humane nature siue humanitatis vocabulo: anima ꝛ caro intelligi debeant. apte docet Hieronymus in expositione catholice fidei dicens. Sic cōfitemur in christo vnā filij esse ꝑsonam. vt dicamus duas ꝑfectas ꝛ integras esse substantias. i. deitatis ꝛ humanitatis que ex anima continetur ꝛ corpore. Ecce apte ostēdit humanitatis noīe animam ꝛ corpus intelligi. que duo assumpsisse dei filius intelligitur vbi hominem siue humanitatē vel humanā naturam accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis nō substantiam sed ꝓprietatem quandam a qua homo nominatur significari cōtendunt vbicunque humanitas christi memoratur. Ait enim Johes damascenus. Sciendum quidem est ꝙ deitatis ꝛ humanitatis nomen substantiarum. s. naturarum est reꝑsentantiū. Natura enim non sic accipitur in christo. vt cum dicitur vna natura esse omniū hominū. qḋ euidenter idem Johannes ostendit differentē rōnem dicti assignans. cum natura humana in christo nominatur. et cum vna dicitur natura omniū hominum. Ait enim. Cum vnā hominum naturā dicimus sciendum est ꝙ nō considerantes ad anime ꝛ corporis rōnem hoc dicimus. Impossibile enim est vnius nature dicere domini corpus ꝛ aīam ad inuicem comparata. Sed quia plurime ꝑsone hominum sunt. omnes aūt eandem suscipiunt rōnem nature. omnes enim ex anima ꝛ corpore cōpositi sunt ꝛ omnes naturas anime ꝑticipant. ꝛ substantiam corporis possident. cōmunem speciē plurimarum ꝛ differentem ꝑsonarum vnā naturam dicimus vniuscuiusque scilicet ꝑsone duas naturas habentis. ꝛ in duabus ꝑfecte naturis anime scilicet ꝛ corporis existentis. In domino aūt Jesu christo nō est cōmunem speciem accipere. neque enim factus est nec est. nec aliquādo fiet alius. Sed christus ex deitate ꝛ humanitate est. in deitateque ꝛ humanitate deus factus est idem et hō ꝑfectus. Totam ergo hominis naturam. i. animā ꝛ carnem ꝛ horum ꝓprietates siue accidentia assumpsit deus. nō carnē sine anima nec animam sine rōne: vt heretici voluerūt. sed ꝛ carnem ꝛ animā cum sensibus suis. Unde Johes damascenus ait. Omnia que in natura nostra plantauit deus. verbū assumpsit scilicet corpus ꝛ animam intellectualem ꝛ horū idiomata. Totus enim totum assumpsit me. vt toti mihi salutem gratificet. Quod enim inassumptibile est. incurabile est.

Iero[ny]. (margin: Hierony.)

Errores quorundam tangit q̄ humanitatem male accipiunt (margin)

Joh. dam. (margin)

De vnione verbi et carnis mediante anima. b

Assumpsit ergo dei filius carnem ꝛ animam. sed carnem mediante anima. vnitū est carni ꝑ medium intellectum verbum dei. Tante enim subtilitatis atque simplicitatis est diuina essentia. vt corpori de limo terre formato vniri nō congrueret. nisi mediante rōnali essentia. Illa autē vnio inexplicabilis est adeo vt etiam Johes ab vtroque sanctificatus: se nō esse dignum fateatur soluere corrigiam calciamenti Jesu. quia illius vnionis modum inuestigare: aliisque explicare nō erat sufficiens. Non sunt ergo audiendi. qui nō verum hominem filiū dei suscepisse dicunt. neque natū de femina. sed falsam carnem ꝛ imaginem corporis simulatam ostendisse videntibus. In quem errorem prorumpunt. quia timent qḋ fieri nō possit. s. ne humana carne veritas ꝛ substantia dei inquinetur ꝛ tñ predicant istum visibilem solem radios suos ꝑ omnes feces spargere. ꝛ eos mūdos ꝛ sinceros seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis ꝯtingi possūt ꝛ nō coinquinari quanto magis incommutabilis ꝛ inuisibilis veritas ꝑ spūm aīam ꝛ ꝑ aīam corpus suscipiēs: totū hominē sine sui cōmutatione assumpsit ꝛ ab omnibus infirmitatibus liberauit. Ecce

hic dicit dei sapiam p spūm assumpsisse aiam et p animam corpus. Spūs enī sanctus pars anime superior et maiori similitudine deo ppinquat q̄ anima .s. ipsa eadem sm inferiorē partem. et anima magis q̄ corpus. et ideo nō incongrue anima dicit assumpta p spūm. et corpus p animam.

Q verbū simul assumpsit carnē et aiam neq caro prius est ↄcepta q̄ assumpta. c

Si autem queritur

vtrum vbum carnē simul et aiam assumpserit. an prius animā q̄ carnem. vel carnem q̄ animā. et vtrum caro illa prius fuerit in vtero virginis ↄcepta. et postea assumpta. Verissime et absq vlla ambiguitate dicit. q exquo deus hominem assumpsit: totum assumpsit. simulq sibi vniuit aiam et carnem. nec caro prius fuit ↄcepta et postmodū assumpta. sed in ↄceptione assumpta. et in assumptione ↄcepta. Unde Aug. in li. de fide ad Petruz. Firmissime tene. et nullatenus dubites non carnem christi sine diuinitate conceptam in vtero vginis priusq̄ susciperet a verbo. sed ipsum verbū deū sue carnis acceptione conceptum. ipsamq carnē verbi incarnatione ↄceptam. Idem in li. de tri. Non esset dei hominumq mediator. nisi esset idem deus idem homo in vtroq vnus et verus. quam seruilem formā a solo filio susceptā. tota trinitas cuius vna est voluntas et opatio fecit. Non autē in vtero virginis prius caro suscepta est. et postmodum diuinitas venit in carnem. sed mox vt verbū venit in vterum. seruata veritate ppriē nature factum est caro et pfectus homo et in veritate carnis et anime natus est. De h etiam Grego. in moralibus ait. Angelo nūciante et spiritu adueniente. mox verbū in vtero. mox intra vterum verbū caro.

Aug.

Gregor.

Ista est distinctio secunda huius tertij libri. In qua magister postq̄ egit de psona carnem assumēte. tractat de modo assumendi. Et tria facit. Primo eni ostendit q verbum totā naturam humanā assumpsit integre. Secundo q ordinate assumpsit carnem scz mediante anima. Tertio q animam et carnē simul assumpsit tempore. Primum facit a principio distinctionis vsq ibi. Assumpsit dei filius. Secundū vsq ibi. Si autem querit. Tertium vsq ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarum prima est hec. Filius dei cum sibi humanam naturā vniuit: totā naturam .s. corporis et anime simul assumpsit. Hanc magister pbās dicit sententialiter. q quia p peccatum primorum parentum tota natura humana corrupta fuit. ideo dei filius totā naturā assumpsit que constat ex corpore et anima. vt totam naturā curaret et sanctificaret. In christo eni vna psona fuit et due substantie seu nature scz diuina et humana. Si igit habuit et assumpsit humanam substantiam. assumpsit tam corpus q animā et p consequens naturam totam et integram. cum nomine humanitatis corpus et anima simul intelligant. Postea excludit errorem quorundam dicentium. q filius dei carnem humanam vel humanitatem nō assumpsit sm substantiam ipsius nature. sed solum sm quandam pprietatem. a qua pprietate hominis denominationem accepit. Et fuerunt isti forte de opinione illorum hereticor qui christum sm q homo dicebant nō esse quid sed aliqu aliter se habens. ponentes humanitatem esse in christo vt habitum. Vel de opinione Platonis ponentis formas vel res in actu extra animam vt sic pprietate pticipata christus homo diceretur. Sed hunc errorem magister excludens dicit filium dei assumpsisse carnem et animam et omēs pprietates ipsas sequentes. Et hoc confirmat autoritate Johānis damasceni. Secunda ppositio ē hec. Quis vtranq scz carnem et animā assumpserit dei filius. tn̄ carnem assumpsit mediante anima. Hāc magister ponens rōnem huius addit dicens. q decebat simplicissimam diuinitatis essentiā corpi terreno nō vniri nisi mediante rōnali eēntia. que quidē vnio ab humano intellectu inuestigari nō potest. in qua vnione nō corpus fantasticum. sed verum corpus natum de muliere christus assumpsit. qd tamen quidam hereticor negabant. estimantes verbum dei veram carnem nō posse assumere sine sui inquinatione quorum erroris vesaniā dicit elidi p radios solares. quos super immunda et feda diffundi videmus. et tn̄ non inq̄nari. Tertia ppositio est hec. In assumptione perfecte humanitatis inter ↄceptionem et animationem et vnionem nō fuit ordo tpalis posterioritatis vel prioritatis. Hanc mgr insinuans querit. Utrum vbum simul assumpserit carnem et animam. vel prius carnē q̄ animam aut econtra. Et rñdendo dicit q simul et semel carnem et animam assumpsit mediante spūsancti opatione. nec vnum prius assumpsit alio. Et probat hoc autoritatibus beatorū scz Augus. et Grego. Et tn̄ in speciali.

De carne quam verbum assumpsit qualis ante fuerit. et qualis assumpta sit. a

Queritur etiaz

DI. III

de carne verbi. an priusq̄ conciperetur obligata fuerit peccato an et talis assumpta fuerit a verbo? Sane dici potest et credi oportet. iuxta sanctorū attestationis ↄuenientiam: ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro. sed spūsancti opatione ita mundataz: vt ab omni peccati ↄtagione immunis vniret verbo. Pena tantū non necessitate. sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoq totam spūsanctus in eam ↄueniens a peccato prius purgauit. et a fomite peccati etiā liberauit. vel fomitem ipsum penitus euacuando: vt qbusdam placet: vel sic debilitādo et extenuando. vt ei postmodū peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoq generandi absq viri semine virgini pparauit. Ita eni verba euangelij docent. vbi angelus virginem alloquens ait. Spūsanctus

Q nō solū illa caro sed etiā sacra virgo ab oī peccato. a spiritusancto fuit mundata.

supueniet in te· et virtus altissimi obumbrabit tibi· Et qđ nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei· Cui sacra virgo rńdit· Ecce ancilla domini: fiat mihi śm verbum tuum· Qđ exponens Johes ait· Post consensum autem sancte virginis· spūssancti ṗuenit in ipsam· śm verbum domini quod dixit angelus purgans ipsam· et potentiam deitatis verbi receptiuā in ṗparans simul autem et generatiuam· Et tunc obumbrauit ipsam dei altissimi p se sapientia et virtus existens· id est filius dei patris homousios· i· consubstantialis sicut diuinuz semen· Et copulauit sibiypsi ex sanctissimis et purissimis ipsi⁹ virginis sanguinibus· nostre antique ɔspersionis carnē animatā anima rationali et intellectiua· non seminans sed p spūmsanctum creans· quare simul caro· simul dei caro· simul caro animata· rōnaliq3 et intellectu· simul dei verbi caro animata rōnali et intellectiuo· Ex his perspicuum fit qđ ante diximus· carnem· s· verbi simul ɔceptam et assumptaz· eandēq3 imo totam virginem spiritusancto ṗueniente ab omni labe peccati castificatam· Cui collata ē potentia nouo more generandi· vt sine coitu viri· sine libidine concipiētis in vtero virginis celebraret conceptus dei et hōis· Illa em̄ caro quam deus de virgine sibi vnire dignatus est sine vitio ɔcepta· sine peccato nata est· hanc tm̄ carnem nō celestis· non aeree nō alterius cuiusq3 putes esse nature· s; eius cuius est omniū hominū caro·

Autoritate firmat ex tunc fuisse virginez immunem a peccato· b

Quod autem sacra

virgo ex tunc ab omni peccato immunis exstiterit· Aug⁹· euidenter ostendit in libro de natura et gratia inq̄ens· Excepta sancta virgine maria· de qua ṗpter honorem domini· nullam prorsus cum de peccatis agit haberi volo questionem· Inde em̄ scimus q̄ ei plus sit gratie collatum ad vincendū ex omni pte peccatuz q̄ concipere ac parere meruit· quā constat nullum habuisse peccatum· Hac ergo virgine excepta: si omnes sancti et sancte cōgregari possent· et quererent ab eis an peccatum haberēt· quid responderet nisi quod Johes ait· Si dixerimus quia peccatū non habemus nosipsos seducimus· Illa aūt virgo singulari gratia ṗuenta est atq3 repleta· vt ipsum haberet ventris sui fructum quem ex initio habuit vniuersitas dominū· vt illō quod nascebat ex ṗpagine primi hominis: tantūmodo generis· non criminis originez duceret·

Quare nō fuit christus decimat⁹ in abraam sicut Leui· cum caro quā acceperit in eo fuit peccato obnoxia· c

Cum autē illa caro

cuius excellentia singularis verbis explicari nō valet· anteq̄ eēt verbo vnita obnoxia fuerit a peccato in maria et in alijs a quibus ṗpagatione traducta est· nō immerito videri potest in Abraam peccato subiacuisse· cuius vniuersa caro peccato subiacebat· Vn̄ queri solet quare Leui decimat⁹ dicatur in Abraam et nō christus· cum in lumbis abrae vterq3 fuerit śm materialem rōnem quādo abraam decimatus est· et decimas dedit melchisedech· Tunc enim apostolus Leui decimatum dicit in abraam tanq̄ in materiali cā· Quia ea decimatione sicut Abraam minor Melchisedech ostendit: cui psonaliter decimas soluit· ita et leuiticus ordo qui in abraaz śm rōnem seminalem erat: et ex eo p ɔcupiscentiam carnis descendit· christus aūt non est decimatus· quia licet ibi fuerit śm carnē non tm̄ descendit śm legem cōmunem· sc3 p carnis libidinem· sicut etiam in adam oēs peccauerunt· sed nō christus· Vn̄ Aug3· sup Geñ· Sicut Adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt· sic Abraam dante decimas qui in lumbis eius erant decimati sunt· Sed hoc nō sequitur in christo: licet in lumbis Ade et Abrae fuerit· quia nō śm concupiscentiam carnis inde descendit· Cum g̃ Leui et christus śm carnez essent in lumbis abrae quando decimat⁹ est· ideo pariter decimati non sunt· quia śm aliquem modū nō erat ibi christus quo erat ibi leui· Scđm rationem quippe illam seminalem ibi fuit leui· qua ratione per concubitum ventur⁹ erat in matrem· śm quam rationem non erat ibi christi caro· q̄uis śm ipsam ibi fuerit Marie caro· Ille ergo decimatus est in Abraam· q̄ sic fuit in lumbis abrae· sicut ille fuit in lumbis patris sui· id est qui sic est natus de patre Abraam· sicut ille de patre suo natus est· sc3 per legem carnis et inuincibilem concupiscentiam·

Quia ratione caro christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix s; similis· quo aperitur quare obligata peccato nō fuit in christo· d

f 4

Marginalia:

Jo·dam·

Aug⁹·

Qua intelligentia Leui decimat⁹ dicat in abraā

Augusti· sup Geñ·

Scđz aliquē modū ibi fuit leui q̄ non christus·

Quo circa primiti-

am nostre masse recte assumpsisse dr christus. quia nō carnem peccati sed similitudinē carnis peccati accepit. Misit eñ deus filiū suū vt ait aplus in similitudinez carnis peccati. Assumpsit eñ verbū carnē peccati similē in pena et nō in culpa. et ideo nō peccatricē. Ceteta vo hoīm oīs caro peccati est. Sola illius nō est caro peccati. qr nō eum mater ɔcupiā sed grā cōcepit. habet tñ similitudinem carnis peccati p passibilitatē et mortalitatez. qr esuriit. sitiit et hmōi. Licet ḡ eadem caro sit que et nostra. nō tñ ita facta est in vtero sicut nr̄a. Est eñ sanctificata in vtero. et nata sine peccato. et nec ipse ī illa vnq̄ȝ peccauit. In pena ergo filiis est nr̄e. nō in qualitate peccati. qr pollutione que ex ɔcupie motu concepta est oīno non habuit. nec ex carnali delectatiōe nata est. Uenit ḡ ad corpus immaculatum. qd̄ pter libidinis ɔcupiscentiā fuit ɔceptum. nec illud in se habuit vitiuz qd̄ in aliis est cā peccati. nec ī eo peccauit. Ideoq̄ȝ vere dicit vbi caro nō fuisse in xp̄o obligata peccato.

(Aug. de verbis apostoli.) *(Hierony.)* *(Tres causas ponit.)*

Quidam videnť aduersari illi sententie qua dictum est carnem xp̄i non prius conceptam q̄ȝ assumptam. c

Illi autez snīe qua

supra diximus carnē verbi nō ante fuisse cōceptaz q̄ȝ assumptā: videť obuiare qd̄ Aug. ait sup Joh. vbi legiť. Soluite templū hoc et in trib⁹ diebus excitabo illud. Dixerūt ḡ iudei. xl. et. vi. annis edificatū est hoc templuz et in trib⁹ diebus excitabis illud. Hic inq̄t numerus pfectioni dñici corpis ɔuenit. qr vt dicunt phisici tot diebus forma hūani corpis pficiť. Hoꝝ occasione verboꝝ quidam dicere p̄sumpserūt dñici corpis formaz tot dieb⁹ ad modū alioꝝ corpoꝝ pfectam. et membroꝝ lineamētis distinctā. et mox verbū dr sibi vnisse carnem et animā. et hoc modo dicūt illum numerū pfectioni dñici corpis conuenire. Sed alia rō illius dicti extitit ex qua sane ortť intelligentia vbi. Nō eñ ideo illud dixit Aug. quin mox vt caro illa ope spū̄sancti sanctificata. et a reliqua sepata fuit verbo dei cū aīa vniret. vt pfectus et ver⁹ deus esset pfectus et ver⁹ homo. Sed qr membroꝝ illius dñici corpis distinctio in ipso momento ɔceptiōis et vnionis dei et hoīs adeo tenuis erat et parua: vt humano visui vix posset subiici. dieb⁹ aūt quos Aug⁹. memorat pfecta est et notabilis facta. Incarnatuz est ḡ verbum: vt ait

(Aug⁹.)

Joh. damascen⁹. et a ppria incorpalitate nō recessit. et totum incarnatum est. et totuz est incircūscriptum. Minorať corpaliter et contrahitur. et diuine est incircūscriptum. nō coextensa carne eius cum incircūscripta diuinitate. In omnibus igiť qui sup omnia erat et in vtero sancte genitricis existebat. sed in ipso actu incarnationis.

(Joh. dama. quō in virgine q erat vbiq̄.)

Ista est distinctio tertia hui⁹ tertii libri. In qua quidem distinctione pesťq̄ magister egit de psona carnem assumente et modo assumendi. agit h̄ consequenter de qualitate nature assumpte. Et tria facit. Nam primo inquirit qualis fuit christi caro in agente primo scz virgine beata. Secundo qualis fuit in antiquis patribus: puta an fuit in Abraam decimata. Tertio qualis fuit ī vtero virginali formata. Primum vsq̄ȝ ibi. Cum aūt illa caro. Secundū vsq̄ȝ ibi. Illi autem sententie. Tertium vsq̄ȝ ad finem distinc. Et tñ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus. quarum prima est hec. Caro christi anteq̄ȝ esset ā virgine separata materialiter sicut reliqua caro Marie fuit peccato obligata. Istā magister ponens pponit duas questiones. quarum prima est. Utrum caro christi fuerat peccato obligata ante sui conceptionem videlicet anteq̄ȝ a carne virginis separabatur. Secunda questio est. Utrum adhuc caro christi fuerat peccato obligata: quando a verbo sumebatur. Ad primum respondet fm cōmunem sanctorum doctoruz attestationem. q caro ante sui cōceptionem fuerit peccato obligata sicut reliqua beatissime virginis caro. Ad secundam questionem respondet dicens. q caro illa ad hoc q vniretť verbo spiritussancti operatione immunis reddebatť ab omni peccato. remanente tamen in ea possibilitate patiendi. et hoc non ex aliqua necessitate. sed ex libera voluntate ipsam assumentis. Et q spū̄sanctus preueniens virginem in conceptione: ipsam ab omni labe purgauit. extinguendo in ipsa fomitez peccati. ita q ex tunc non possit ei existere occasio vel inclinatio ad malum. Ipsiq̄ȝ virgini nouam generandi potentiam absq̄ȝ virili semine et absq̄ȝ vitio tam concipiendi q̄ȝ etiam nati cōtulit. Qui natus ex ppagine primi hominis originem tantū generis et non crimina duxit. Et omnes has sententias pbat magister autoritatibus doctoꝝ. s. Augustini et Damasceni. que patēt in textu. Secunda ppositio est hec. Quis christ⁹ de semine Abrae fm corpulentam substantiam sit nat⁹. non tñ est in eo vt Leui decimatus: cum ab ipso non sit fm culpam ppagat⁹. Hanc magister pbans querit. Quare christus nō dicitur decimatus in lumbis Abrae vt Leui: cum tñ vterq̄ȝ eorum fuit in abraam qñ ipse Melchisedech decimas dedit. Ad quod respondēs dicit. q licet vterq̄ȝ ipsoꝝ fuerit in Abraam et ab eo descenderit. tñ Leui in eo fuit fm rōnem seminalem. et descendit ab eo fm legem cōmunem alioruz hominū. Unde dici pōt q licet xp̄us in Abraam fuerit qñ decimas soluit. decimatus tñ non existit. sicut dicit q omnes peccauerunt. et tñ christus nō peccauit in eo qui etiā in eo fuit. Et subdit q caro xp̄i fuit talis qualis fuit in statu innocentie primi⁹ instituta et ideo dicit sumpsisse primitiua nr̄e masse. vnde caro ei⁹ fuit similis nostre nō in culpa: sed in humanis penalitatib⁹. Unñ licet eadem sit caro xp̄i et alioꝝ hominū fm materiā. tñ xp̄i caro fuit p grām concepta et sanctificata et nata. qd̄ alioꝝ hoīm caro non habet. et pp̄ hoc caro xp̄i nō fuit obligata. Tertia ppositio est hec. Caro xp̄i in principio suesceptionis fuit simul debita mēbroꝝ distinctōe formata. aīata et assumpta.

Licet tā in quadragintasex diebꝰ membra corporis christi ad tantam quantitatem qua distincte discerni possent sunt adaucta. Hanc magister insinuans obijcit ꝯtra superius dicta. s. ꝙ caro christi nō fuit prius concepta ꝙ̄ assumpta. ⁊ hoc ꝑ verbum beati Augustini sup illo verbo Johānis. Soluite templum hoc ⁊ in tribus diebus reedificabo illud. Hic numerꝰ dicit beatus Augꝰ. ꝑfectioni dominici corpis conuenit. q: vt dicunt phisici tot diebꝰ forma humani corporis ꝑficitur. Ex quibus verbis patet carnē christi ꝑ successionem dierum fuisse formatam sicut ceteroꝝ hominum. ⁊ per ꝯsequens nō in primo sue conceptionis animatam seu assumptam. Ad qd̄ respondens dicit beatum Augustinū verba illa non ideo dicere: ꝙ caro christi ꝑ aliquot dies sit formata anteꝙ̄ animata seu assumpta. sed ideo quia distinctio membrorū corporis qd̄ verbum animatum in principio conceptionis assumpsit tā tenuis ⁊ parua erat ꝙ vix discerni potuisset. que q: in quadragintasex diebus tantū increuit ꝙ ꝑfecte discerni potuit. ideo dicit numerū tot dierū dominici corpis ꝑfectioni ꝯuenire. Quod ꝯfirmat autoritate Damasceni. Et tū in speciali.

Quare in scriptura sepius tribuat̄ incarnatio que est opus trinitatis spirituisancto. ⁊ de ipso etiam ꝯceptus ⁊ natus dicat̄. a

DI. IIII

Cum vero in-

carnatio verbi sicut in superioribus tractatum est: opatio vere sit patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. inuestigatione dignum nobis videt̄ quare in scriptura spūisancto hoc opus sepiꝰ tribuat̄ ⁊ de ipso christus ꝯceptus ⁊ natus memoret̄. Non enī ideo opatio incarnationis spūisancto sepius tribuit̄. ꝙ eam ipse solus sine pře ac filio fecerit. sed quia spūssanctus est charitas ⁊ donū patris ⁊ filij. ⁊ ineffabili dei charitate verbum caro factū est. ⁊ ineffabili dei dono filius dei sibi vniuit formam serui. Nō ergo frequēs denominatio spiritussancti ab illo opere patrem vel filiū secludit. sed potiꝰ vno nominato tres intelligunt̄. sicut fit sepe in alijs operibus. Unde Augꝰ. sup hoc mouens questionem in hunc modum. eandem determinat in enchi. ita inquiens. Cum illā creaturā quā virgo concepit et pepit: ꝙ̄uis ad solam ꝑsonam filij ꝑtinentē: tota trinitas fecerit. neqꝫ enim sepabilia sunt opera trinitatis. cur in ea faciēda spūssanctus solus nominatus est. An etiam qn̄ vnus trium in aliquo opere nominatur vniuersa operari trinitas intelligit̄. ita vere est et exemplis doceri potest. Audistis propositam questionē eiusdemqꝫ solutionem vel expositionem.

Augꝰ. Solutio

Quo sensu dicat̄ christus cōceptus ⁊ natus de spūsancto. b

Sed non est in hoc

diutius immorandū. Illud enī mouet quomodo dictus est chriꝰ natus de spiritusancto. cum filius nullo modo sit spiritussancti. Nunquid dicturi sumꝰ patrem hominis christi esse spūm sanctum. vt deus pater verbum genuerit: spūssanctus hominē. ex qua vtraqꝫ substantia christus vnus esset. ⁊ dei patris filius s̄m verbum et spūssancti filius s̄m hominem. ꝙ eū spūssanctus tanꝙ̄ pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit: cum hoc ita sit absurdū vt nulle fidelium aures id valeant sustinere. Proinde cum fatemur christū natum de spiritusancto ex Maria virgine. quomodo nō sit filius spūssancti ⁊ sit filius virginis: cum et de illo ⁊ de illa sit natꝰ explicare difficile ē. Procul dubio non sic de illo vt de patre. Sic aūt de illa vt de matre natus est. Non est autem concedendum quicquid de aliqua re nascit̄ continuo eiusdem rei filium nūcupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium. aliter capillū. aliter pediculum ⁊ lumbricum. quorum nihil est filiꝰ. Ut ergo hec omittam. quoniam tante rei deformiter cōparantur. certe qui nascuntur ex aqua ⁊ spiritusancto: non aque filios eos recte quispiam dixerit. sed dicuntur filij dei patris. et matris ecclesie. Sic ergo de spūssancto natus est christus. nec tamen filius est spiritussancti. Sicut econuerso non omnes qui dicuntur alicuius filij. cōsequens est vt de illo etiam nati esse dicantur. vt illi qui adoptantur. Dicuntur etiam filij gehenne. nō ex illa nati. sed in illam preparati. Cum itaqꝫ de aliquo nascatur aliquid. et nō ita vt sit filiꝰ. nec rursus omnis qui dicitur filius de illo sit natus cuiꝰ dicitur filius. Profecto modus iste quo natꝰ est xp̄us de Maria sicut filius. ⁊ de spūsancto nō sicut filius. insinuat nobis gratiam dei qua homo nullis meritis p̄cedentibus in ip̄o exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularet̄ in tantā ꝑsone vnitatē: vt idem esset filiꝰ dei qui filius homīs. ⁊ filiꝰ hominis q̄ filius dei. ⁊ sicut in nature humane susceptione fieret quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis qua nullū possit admittere peccatū. que grā ideo per spūm sanctū est significata. q: ipse ꝓprie sic est deus vt sit etiā dei donū. Per hoc ḡ ꝙ de spūsancto esse natiuitas xp̄i dicit̄. quid aliud ꝙ̄ ipsa grā dei demonstrat̄ qua homo mirabili ⁊ ineffabili modo v̄bo dei est adiunctꝰ atqꝫ cōnexus. ⁊ diuina grā corpaliter repletus.

Q nō quicquid de aliq̄ re nascit̄ eius filius dicitur

Nō oēs qui dicunt̄ alicuius filij de illo nati sunt.

Alia ratio quare dicatur natus de spiritusancto. c

Potest etiam dici

christus scdm hominem ideo natus de spiritusancto quia cum fecit. Inquantum enim homo est, et ipse factus est: ut ait apostolus. Conceptus ergo et natus de spiritusancto esse dicitur, non quod spiritussanctus fuerit virgini pro semine. non enim de substantia spiritussancti semen partus accepit. sed quia per gratiam dei et operationem spiritussancti de carne virginis est assumptum quod verbo est unitum. Et in euangelio secundum hanc intelligentiam legitur de Maria quod inuenta est in utero habens de spiritusancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in tertio libro de spiritusancto ait. Quod ex aliquo est: aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia sicut filius, qui a patre vel ex patre, et spiritussancto qui a patre et filio procedit. Ex potestate autem sicut ex deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit maria ex spiritusancto? Si quasi ex substantia, quod spiritus in carnem et ossa conuersus est? non utique. Si vero quasi ex operatione et potestate eius virgo concepit: quis neget spiritumsanctum dominice incarnationis auctorem.

Aug. i. ench.

Ambro. i. expositione fidei catholice

Quare apostolus dicat christum factum cum nos eum esse fateamur natum. D

Sed queri potest cum

nos saluatorem natum profiteamur cur apostolus eum factum dicat ex semine dauid. et alio loco factum ex muliere. cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia enim non ab humano semine congregata est caro domini in utero virginis, et corpus effecta, sed effectu et virtute spiritussancti. ideo apostolus dicit factum non natum. Aliud est enim semine admixto et sanguinis coagulo generare. Aliud est non permixtione sed virtute procreare. possunt enim homines generare filios sed non facere. Ecce quare dicit apostolus factum et non natum, ne eius scilicet natiuitas que fuit sine virili semine: nostre similis putaretur que conficitur seminum commixtione. Ideo autem cum factum diceret: apostolus addidit ex semine dauid. et quia si non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne christus formatus est que constat ex semine: recte dicitur quia factus est.

· homines generare possunt. facere non possunt.

Ista est distinctio quarta huius tertii libri. In qua magister postquam egit de qualitate nature assumpte, agit de auctore assumptionis. Et tria facit. Nam primo inquirit quare opus incarnationis potius attribuitur spiritusancto quam toti trinitati. Secundo quare christus sit conceptus de spiritusancto cum tamen non sit filius spiritussancti. Tertio quare apostolus dicit christum potius de muliere fieri quam nasci. Primum facit usque ibi. Sed non est in hoc. Secundum ab inde usque ibi. Sed queri potest. Tertium usque ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Licet opus carnalis incarnationis frequenter attribuatur spiritusancto. ab hoc tamen non excluditur patris et filii cooperatio. Hanc magister probans querit. quare opus incarnationis spiritusancto specialiter attribuitur in scripturis. cum tamen ut supra dictum est tota trinitas ipsam incarnationem operata sit. et respondet scripturam hoc facere: non ideo quod spiritussanctus solus sit incarnationem operatus. sed quod verbum dei factum est caro ex ineffabili charitate et inestimabili dei dono et bonitate. que quia spiritusancto appropriantur, ideo opus incarnationis sibi specialiter attribuitur. nec per hoc ab ipso opere incarnationis pater et filius excluduntur. quia in actionibus essentialibus sub una persona cetere subintelliguntur. cum opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Quam sententiam magister confirmat auctoritate beati Augustini in enchiridion. Secunda propositio est hec. Licet filius dei dicatur natus de virgine ut de matre. tamen de spiritusancto non est natus ut de patre. Hanc magister insinuans querit. Cum christus sit natus de spiritusancto an debeat dici filius spiritussancti. Et arguit primo quod non. Nam ex quo pater cum genuit filium quod est verbum. si ergo spiritussanctus eum genuisset secundum quod est homo. christus ex duabus naturis, scilicet diuina et humana compositus esset et secundum unam esset filius unius et secundum aliam esset filius alterius quod est absurdum. In oppositum arguit sic. Nam quia christus natus est de beata virgine dicitur filius beate virginis. igitur a simili quia natus est a spiritusancto debeat dici filius spiritussancti. Ad quod respondens magister dicit quod filius dei non potest dici filius spiritussancti. quia non est natus de ipso ut de patre. Sed bene potest dici filius beate virginis. eo quod natus sit de ipsa ut de matre. Quam sententiam confirmat per hoc quod multa de aliquo renascuntur. que tamen non dicuntur filii eius ut pili de capite. et etiam hi qui nascuntur ex aqua et spiritusancto in baptismate: non dicuntur aque filii sed ecclesie. Et econuerso multi aliquorum filii dicuntur qui tamen de ipsis non nascuntur. ut filii adoptiui et filii gehenne. qui tamen de ipsis nati non sunt. Et subdit etiam magister duas rationes quare christus specialiter dicatur natus de spiritusancto. Quarum prima est. quia scilicet huiusmodi incarnatio est donum dei. ad designandum ergo quod nullis precedentibus meritis. sed ex solo dei dono: copulatio nature humane cum persona diuina sit expleta. Et secundum hoc cum christus dicitur natus de spiritusancto. ly de denotat rationem operis. Secunda est quod christus dicitur natus de spiritusancto. quia virtute et potestate spiritussancti illud scriptum est de virgine quod verbo unitum est. non sic quod spiritussanctus fuerit seminalis materia. sed quod fuerit efficiens causa. et sic cum christus dicitur natus de spiritusancto. ly de denotat habitudinem cause efficientis sicut omnia dicuntur esse ex deo non substantialiter sed potestatiue seu effectiue. Tertia propositio est hec. Quamuis christus natus sit de virgine. potius tamen dicitur factus quam natus. cum non sit conceptus ex virili semine. Hanc magister insinuans querit. Cur apostolus ad Romanos .i. dicat christum factum ex semine Dauid. et alibi dicit ipsum factum ex muliere. cum tamen nos dicimus christum natum. et aliud est nasci. et aliud est fieri. Ad quod respondens dicit quod apostolus tantum dixit christum factum ex muliere ad ostendendam differentiam conceptionis sue a communi hominum

ꝯceptione. Nam christus rõne sue singularis conceptionis habet tā nati ꝙ̄ facti rõnem. ex eo ꝙ̄ sola operatiōe spūssancti in vtero ỽginis formabat. Ceteri aūt homines habent solam rõnem nati ⁊ nō facti. qꝛ caro eorum virtute virilis seminis formatur in vtero. quare etiam homines dicunt filios generare ⁊ non facere. Et subdit ꝙ̄ apls dicit christum factū ex semine. nō ideo qꝛ semen hominis eius ꝯceptioni interuenit. sed quia ex carne virginis que ex semine dauid venit caro christi formata fuit. Et hũ in speciali.

Si ꝑsona vel natura ꝑsonam vel naturā assumpsit. ⁊ si natura dei incarnata sit. a

Margin: DI. V

PReterea inquiri optet cum exp̄missis cōstet verbuz dei carnē ⁊ animā simul assumpsisse in vnitatez ꝑsone quid hoꝶ potius ꝯcedendū sit. scꝫ ꝙ̄ ꝑsona ꝑsonam. vel natura naturaz. vel ꝑsona naturā. vel natura ꝑsonam assumpserit. Et an ita cōueniat dici diuinā naturā esse incarnatam sicut de⁹ incarnat⁹ ⁊ verbū incarnatum sane dicit. Hec inquisitio siue querendi tō. iuxta sacraꝶ autoritatū testimonia ꝑtim implicita atq̧ ꝯplexa. ꝑtim ỽo explicita est ⁊ apta. Certum est eñ ⁊ sine ambiguitate verꝫ ꝙ̄ nō natura ꝑsonā. nec ꝑsona ꝑsonam. sed ꝑsona naturā assumpsit. qd̄ sanctorū subditis cōprobat testimonijs ⁊ astruit documentis Ait eñ Aug⁹. in li. de fide ad Petrū. Deus vnigenit⁹ dum ꝯciperet veritatē carnis accepit ex ỽgine. ⁊ cū nasceret integritatē virginitat̄ seruauit in matre. ⁊ paulo post. Sic deus humanā naturā in vnitatē ꝑsone suscepit. ꝙ̄ se humiliās ꝑ misericordiā incorrupte virginis vterꝫ ex ea nascitur⁹ impleuit. Formam ḡ serui. i. naturaz serui in suam accepit ille deus ꝑsonā. Item. Deus verbū nō accepit ꝑsonam hoīs sed naturā. Item. Dei fili⁹ vnigenit⁹ vt carnē hoīs aīam q̧ mundaret susceptione carnis aieq̧ rōnalis incarnat⁹ est. His alijsq̧ plurib⁹ autoritatib⁹ euidēter ostendit. nō naturam ꝑsonā. nec ꝑsonā ꝑsonaz. sed ꝑsonā naturā accepisse. De quarto vero questionis articulo. vtruz s. natura naturā assumpserit: scrupulosa etiā inter doctos questio ē. Quia ⁊ i hoc plurimū dissentire vident. q autoritate p̄clari. alij doctores in sacra pagine extiterūt. nec tantū alij ab alijs. verū etiā idem a seipsis dissonate vident sicut subiecta capitula docēt. Legitur eñ in ꝯcilio toletano. vij. traditū sic. Soluz verbum caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. ⁊ cum tota trinitas oꝑata sit formationē suscepti hominis. qm̄ inseꝑabilia sunt oꝑa trinitatis. solus tñ fili⁹ accepit hoiem in singularitatem ꝑsone. nō in vnitatez diuine nature. i. qd̄ est ꝓprium filij nō qd̄ cōmune est trinitati. Item in ꝯcilio. xj. tolenato. Vni⁹ substantie credimus deū patrem ⁊ filiū ⁊ spūm sanctum. nō tñ dicimus vt hui⁹ trinitat̄ vnitatem Maria virgo genuerit. sed tñ filium qui solus naturā nr̄am in vnitatem sue ꝑsone assumpsit. Incarnationē quoq̧ hui⁹ filij dei tota trinitas oꝑata esse credēda est. Solus tñ filius formā serui accepit in singularitate ꝑsone. His insinuari videt ꝙ̄ persona tantū naturam. nō natura naturā assumpserit. Si eñ qd̄ cōmune est trinitati non accepit hoīem. ḡ nō natura diuina que cōmunis est trib⁹ ꝑsonis. Cui videt obuiare qd̄ Aug⁹. ait in libro de fide ad Petrū. Nec diuinitas inquit xp̄i aliena est a natura p̄ris. ꝺm illud. In principio erat verbū. nec humanitas ei⁹ aliena est a natura matris. ꝺm id ꝙ̄ verbum caro factū est. Illa eñ natura que semꝑ genita manet ex p̄re naturā nr̄az sine peccato suscepit vt nasceret ex virgine. Hac autoritate videt tradi ꝙ̄ diuina natura humanam suscepit. Ubi vehement moueri possum⁹ ꝙ̄ eam genitā eternalr̄ ex patre dicit. nisi forte natura ꝓ ꝑsona hic accipiat. alioq̄n si dixerimus naturā tribus ꝑsonis cōmunē genitaz esse: occurrūt nobis ex aduerso que i tractatu de trinitate disserum⁹. vbi dixim⁹ nō naturam naturā. sed ꝑsonam ꝑsonaz genuisse. Quia si natura genuisset naturam cuz vna eademq̧ sit natura trinitatis. eadem res seipsam genuisset. Qd̄ Aug⁹. fieri posse negat Sed alibi certū reperim⁹ documentuz. quo naturam naturā assumpsisse monstrat. Ait eñ Aug⁹. in. j. li. de tri. Etiā seipso christ⁹ factus est minor formaz serui accipiens. Neq̧ eñ sic accepit formam serui vt amitteret formam dei. in q̄ erat equalis patri. vt et in forma serui ⁊ in forma dei idem ipse sit vnigenitus fili⁹ p̄ris. qꝛ forma dei accepit formā serui. Si autē forma dei formam serui accepit. sine dubio natura naturam accepit. Forme eñ nomine natura significat. vt Aug⁹. euidenter docet in libro de fide ad Petrū. Cuz inquit de christo audis. qꝛ in forma dei erat. oportet te agnoscere firmissimeq̧ tenere in illo forme nomine naturalē plenitudinē debere intelligi. In forma dei ergo erat. qꝛ in natura dei patr̄ semper erat de quo nat⁹ erat. Hylarius quoq̧ in. xij. li. de trinitate ita ait. Esse in forma dei nō alia intelligentia est q̄ in dei manere natura. Didicisti nomine forme intelligentiā fieri nature. at audisti ꝙ̄ forma dei formam serui suscepit. vnde conse-

Margin notes:

Q illa que sto apta est.

Aug⁹.

De p̄te questiōis ꝯplexa

De toletano ꝯcilio hic ponit ea quibus videt naturaz non accepisse naturam.

Hic ponit ea quibus ꝓbatur non accepisse naturā

Quid forme nomine intelligatur.

Hylari⁹.

Hieronymus.

quens est q natura diuina naturā humanā suscepit. Qd etiā hiero. i explanatiōe fidei euidenter insinuat inquiens. Passus est filiꝰ dei nō putatiue sed vere. sm illud. passus ē qd pati poterat. i. nō sm illā subam que assumpsit. sed sm illā que assumpta est. Ex q apparet diuinam subam assumpsisse humanā. Ex verbis aūt Augustini supius positis adhibita diligentia innui videt solū verbū carnē factū & naturā solum suscepisse humanā & diuinā naturam candē accepisse. Ait enī Trinitas nos sibi recōciliauit p hoc q solum verbum carnē ipsa trinitas fecit. In quo sic veritas incōmutabilis manet diuine humaneq nature. vt sicut vera semp est eiꝰ diuinitas quā de patre habet. ita vere semp & incōmutabilis eiꝰ sit humanitas quā sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce & solū vbū dixit carnē factum. & humanitatē diuinitati vnitā. Idē quoq supius dixit seruilē formā a solo filio susceptam quā tota trinitas fecit. Iam facile est agnoscere q diuersa et multiplicia sup questiōe pposita autores tradiderūt. Ideo q posteriores ea legētes varias atq cōtrarias ex pdictis occasionē sumentes pmunt sententias.

Quid de hoc tenendum sit. b

Nos autem omnis

mendacij & pradictionis notā a sacris paginis secludere cupientes. orthodoxis prībus atq catholicis doctoribus nulla praue intelligentie suspitione notatis psentimus dicentes. & psonam filij assumpsisse naturā humanam. & naturā diuinam humane nature in filio vnitā. eāq sibi vnisse vel assumpsisse. Unā & vere incarnata dicit. Q vero dicit solus filius formā serui accepisse. p hoc non excludit diuine nature ab acceptione seruilis forme. sed alie due psone prīs. s. & spūssanctꝰ. Item et illud aliud. scz id qd est pprium filij nō qd cōmune est trinitati: hominē accepit. sic oportet intelligi. i. pprie in hypostasi filij nō in tribus cōmuniter psonis. diuina natura humanā naturā sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Ioh. damasceni pfirmat qui totā diuinam naturā in vnam hypostasim incarnatam esse euidenter asserit dicens. In humanatione dei verbi aimus oēm et pfectam naturā deitatis in vna eius hypostaseon incarnatā esse. i. vnitam humane nature & nō partē parti. Omnē enī humane nature aimus esse vnitā oēm deitatis naturā vel substantiam. Item. Eadē est natura in singula

Determinatio autoritatum.

Ioh. dam.

hypostaseon. i. psonarū. et qn dicimus naturam verbi incarnatā esse sm beatos. scz sm Athanasium & Cyrillum. deitat:m dicimus esse vnitā carni. & vnā naturam dei verbi incarnatā pfitemur. Uerbū aūt & qd cōmune est substantie possidet. & qd pprietatis est habens hypostaseos. i. psone. Ex his manifeste ostēdit q natura diuina incarnata ē. Unā & eadem vere dr suscepisse humanā naturā.

An diuina natura debeat dici caro facta. c

Sed querit vtrum

eadem diuina natura debeat dici caro facta sicut verbū dicit caro factum. Si enī idem ē incarnari qd est carnem fieri: videri pōt ita debere dici q sit caro facta sicut dicit incarnata. Ad qd dicimus q si illud dictū in sacra scriptura reperiret: ex eadē intelligentia acciperet qua cum dicit incarnata. Sed q illud autoritas subticuit. atq locutionis modus nimiā videret facere expssionem: si natura diuina diceret caro facta. melius silere hoc puto vl negare q temere asserere. ne si illud dicat puertibilitas nature in naturam significari puteт. Ex pmissis indubitabiliter pstat q psona verbi siue natura dei naturā hois naturā scz carnem & aiā assumpsit. sz nō psonā hois. Si aūt natura diuina naturā hois accepit. quare non dicit facta homo vel esse hō sicut verbū dei? Ad qd dici pōt q dei filius dicitur factus hō vel esse homo. nō solū q hominē assumpsit. sed q ipsum i vnitatē & singularitatem sui & psone accepit. Natura aūt diuina hoiem qdem accepit. i. homis formā sibi vniuit. sed nō in singularitatē & vnitatē sui. Seruata enī pprietate ac diuersitate duarū naturarū psone singularitas extitit. Ideoq nō sic dr diuina natura esse hō. vel facta homo: sicut dei filiꝰ. Quidam tamen indifferenter vtrumq concedunt.

Responsio.

Responsio.

Quare non accepte psonam hominis cū hominem acceperit. d

Ideo vero nō per

sonā homis assumpsit. q caro illa et aīa illa nō erāt vnita in vnā psonā quā assumpserit. q nō ex illis pstabat psona qn illis vnitū verbum est. Nā sibi inuicē sunt vnita simul cum vbo. Altera tn vnione inuicē vnita sunt illa duo. s. aīa & caro. alia vnione vbo vnita sunt quia alia est vnio aīe illiꝰ ad carnē. & alia est vnio vbi ad aīam illā & ad carnē. Non g accepit verbū dei psonam hois sed naturā. quia

nō erat ex carne illa ⁊ aīa illa vna cōposita ꝑsona quā verbū accepit. sed accipiendo vniuit ⁊ vniendo accepit.

¶ Contra hoc opinio qua ꝓbare quidā volunt ꝑsonam accepisse ꝑsonam. c

Hic a quibusdā op-

ponit ꝙ ꝑsona assumpsit ꝑsonam. Persona eñi est suba rōnalis indiuidue nature. hꝫ aūt est aīa. Ergo si aīam assumpsit et ꝑsonā. qḋ ideo nō sequit. quia aīa nō est ꝑsona qñ alij rei vnita est ꝑsonaliter: sed qñ ꝑ se est. absoluta eñi a corpe ꝑsona est sicuti angelus. Illa aūt anima nunq̄ fuit quin esset alij rei coniuncta. Ideoq̄ non ea assumpta. ꝑsona est assumpta. Aliter q̄ꝫ nitunt ꝓbare v̄bum dei assumpsisse ꝑsonam: q: assumpsit aliquē hominem. Assumpsit eñi Iesum christum. q̄ aliquem hoiem. Q aūt hoiem Iesum christū assumpserit Aug. in expositiōe symboli sub anathemate tradit dicēs. Si q̄s dixerit atq̄ crediderit hoiē iesum xp̄m a filio dei assumptū nō fuisse anathema sit. Qui etiā in pluribus scripture locis hmōi vtit locutionib⁹. Ille homo a verbo dei est assumpt⁹. Ille hō factus est christus. Et propheta de homine xp̄o loquens deo ait. Beat⁹ quem elegisti ⁊ assumpsisti ⁊c̄. Ex q̄bus cōsequi videt ꝙ aliquis homo assumpt⁹ sit a verbo. ⁊ ita ꝑsona a ꝑsona sit assumpta. Sed q: hoc nephas est dicere aut sentire. ꝓmisse locutiones eisq̄ similes ſm hāc intelligentiā sane accipi debēt vt homo xp̄s siue homo ille siue q̄dam hō dicat assumpt⁹ a verbo siue vnitus verbo. nō q: hoīs ꝑsona sit assumpta vł vnita v̄bo. sed q: illa anima ⁊ caro illa assumpta sunt ⁊ vnita verbo. in q̄bus subsistit ꝑsona dei et hoīs vt ad hoīs naturā nō ad ꝑsonā respicias: cū assumptū vel vnitū. vel quendā vel aliquē in hmōi locutionib⁹ scriptura cōmemorat. Quocirca cū querit sine proposita autoritate. an aliquis vel quidā sit assumpt⁹ a verbo vel vnitus verbo. sine distinctione intelligētie nō est hic reddenda rñsio. qñ multiplex ꝓmissa est questio. sed instantie querenti ita determinato. si de hoīs ꝑsona queris. rñdeo nō. si de hominis natura. dico est.

De his eisdē timoribus latius disputat Aug⁹· dicēs· Cepit aliquis credere diem iudicij· si cepit credere· cepit et timere· Sed q2 adhuc timet· nōdum habet fiduciam in die iudicij· nōdum est in illo pfecta charitas· Si pfecta in illo esset charitas nō timeret· Perfecta enī charitas faceret pfectam iusticiam et nō haberet vn̄ timeret· imo haberet quare desideraret vt transeat iniqtas et veniat regnū dei· ergo timor non est in charitate· Sed in qua charitate? nō in inchoata? In qua ergo· in pfecta? pfecta inquit charitas foras mittit timorem· ergo incipiat timor· q2 initiū sapientie timor dn̄i· Timor enī quasi locum p̄parat charitati· Cum aūt ceperit charitas habitare pellitur timor q̄ ei p̄parauit locum· Q̄tum enim illa crescit· ille decrescit· et q̄tuȝ illa fit interior· timor pellitur foras· maior charitas· minor timor· minor charitas· maior timor· Si aūt nullus ē timor: nō est quo intret charitas· sicut videmus p setā introduci linum q̄n aliqd suitur· seta p̄us intrat et nisi exeat nō succedit linuȝ· Sic timor p̄mo occupat mentē· non aūt ibi remanet timor· quia ideo intrauit: vt introduceret charitatem·

In nona epistola sup Johannem.

Hic tangit de initiali timore.

Similitudo seruilis timore inducitur.

Quod videtur predictis aduersari· g

Est aūt alia sententia que videt huic esse contraria· si nō habet pium intellectorem· Dicit enī in ps· Timor domini castus pmanet in seculū seculi· Eternum quendam timorem nobis ostendit· scȝ castum· Q̄ si ostendit ille nobis eternum timorem· nunqd ꝯtradicit illi ista epl̄a que dicit· Timor nō est in charitate· sed pfecta charitas foras mittit timoreȝ· Hoc enī dictū est p Johanneȝ· illud dictum est p Dauid· Sed nolite putare alium esse spūm· Si enī vnus flatus inflat duas tibias· nō potest vnus spiritus implere duo corda et agitare duas linguas· Si spiritu vno·i· vno flatu implente: due tibie ꝯsonant· implete due lingue spiritu dei dissonare possunt· imo est ibi quedam ꝯsonantia· est quedam cōcordia· sed auditorem desiderat studiosum nō ociosum· Ecce mouit duas linguas spūs dei: et audiuim⁹ ex vna timor nō est in charitate· audiuimus ex alia timor domini castus pmanet in seculum seculi· Quid est hoc? Dissonat· Non? Excute aures intende melodiam· nō sine causa h̄ addidit castus: illic non addidit· q2 est timor aliquis qui dicit castus· est ali⁹ timor qui nō dicit castus· Discernamus istos duos timores et intelligamus ꝯsonantiaȝ tibiarum· Quo modo discernimus? Attendat charitas vestra· Sunt homines qui ꝓpterea timent deū ne mittant in gehennam ne forte ardeant cuȝ diabolo in igne eterno· ipse est timor qui introducit charitatē· sed sic venit vt exeat· Si enim ꝓpter penas times deum· nōdū amas quem sic times· nō bona desideras· sed mala caues· Sed ex eo q2 mala caues corrigis te et incipis bona desiderare· que cū desiderare ceperis· erit in te timor castus· Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona timere deū ne recedat a te· Cum aūt times deum ne te deserat· p̄sentiam eius amplecteris· cum ipso frui desideras·

Quō distent duo timores· p similitudinē duarum mulierum ostendit· h

Non potes melius explanare qd̄ intersit inter duos istos timores q̄ si ponas duas mulieres maritatas· q̄rum vnam constituas volētem facere adulterium· sed timet ne damnet a marito· Timet maritum q2 adhuc amat nequiciā· huic nō grata est sed onerosa mariti p̄sentia· et si

forte viuit nequiter· timet maritū ne veniat· Tales sunt q̄ timent diem iudicij· Fac alteram amare virū· debere illi castos amplexꝰ· nulla se adulterina imūdicia maculare velle· ista optat pn̄tiam viri· Illa timet· ⁊ ista timet· Iam ḡ interrogent̄ quare timeāt· Illa dicet· Timeo virꝝ ne veniat· illa dicet· timeo virum ne discedat· illa dicet· timeo viruꝫ ne damnet· illa dicet· timeo virꝝ ne deserat· Pone hec in aīo ⁊ inuenis timorē quē foras mittit charitas· ⁊ alium timorē castum ꝑmanentem in seculuꝫ seculi· Illum timorem ꝑfecta charitas foras mittit· quia ille timor tormētum habet· torquet̄ conscientia peccatoruꝫ nōduꝫ facta est iustificatio· Est ibi qd̄ titillat mentem· qd̄ pungat· qd̄ stimulat· Stimulat ille timor: ꝟ intrat charitas que sanat quod vulnerat timor· timor castus facit securitatē in aīo· Audiuimus duas tibias· s· Iohanneꝫ ⁊ Dauid cōsonantes· illa de timore dei dicit quo timet anima ne damnet̄· illa de timore quo timet aīa ne deserat̄· Ille est timor quē charitas excludit· ille est timor qui ꝑmanet in seculū seculi· Ecce in his verbis predictis apte ostendit Augꝰ· quis sit timor castus et quis seruilis· ⁊ qualiter differant· In quibus etiaꝫ initialem timorē significauit qui nec ex toto est seruilis· nec ex toto castus· sed tanq̄ꝫ medius aliq̄d de seruili· ⁊ aliquid de casto timore habet· facit eñ seruire ꝑtim timore pene· ꝑtim amore iusticie· ꝑ queꝫ timemꝰ puniri ⁊ timemꝰ offendere· Iste timor est ī inchoata charitate nō in ꝑfecta· ⁊ q̄ꝫtū crescit charitas tantū decrescit iste timor· q̄ꝫtum ad metum pene· i· q̄ꝫtuꝫ ad id qd̄ facit timere penā ⁊ q̄ꝫtuꝫ ad tormentū ꝯscientie· Nam q̄ꝫto magis diligimus tanto minus timemus· Iste timor notat̄ in illis ꝟbis Augus· vbi nō negat timorē esse in charitate inchoata sed ꝑfecta Qd̄ nō posset dici de seruili· q2 vt ipse supra dixit seruilis timor nō remanet veniēte charitate· nec intrat charitas nisi priꝰ ille timor exeat· nec in illo timore aliq̄s credit in deum ⁊ si credat deo: nec benefacit· etiā si bonū est qd̄ facit· Non ḡ timor ille in charitate etiam inchoata· q2 omnis qui charitatē habet licꝫ nō ꝑfectam· Et in deuꝫ credit· ⁊ bona opera facit· quare seruilis nō est timor ille quem in charitate inchoata fore ꝯcessit· ⁊ quem crescente charitate decrescere dixit· Sꝫ ille est timor initialis quem nō negat esse in charitate nisi ꝑfecta sit·

Quod timor seruilis ⁊ initialis dicitur initium sapientie sed differenter· i

Sciendum tñ est ꝙ vterq̄ꝫ timor· s· seruilis ⁊ initialis· in scripture diuersis locis dr̄ initiuꝫ sapīe· ⁊ ita fore cōperies si diligēter annotaueris loca sc̄pture in q̄bus de timore dn̄i fit mentio· ex alia tñ ratione ⁊ causa diuersa dicit̄ seruilis timor initium sapīe· ⁊ ex alia initialis· Seruilis enim ideo dr̄ initium sapientie· q2 ꝓparat locum sapientie ⁊ ducit ad sapīam· sed tñ nō remanet cum ea imo foras exit· Initialis ꝟo dr̄ initiuꝫ sapientie· q2 est inchoata sapientia· quē cum quis habere incipit· sapīam ⁊ charitatem habere incipit· Inde etiā est ꝙ vterq̄ꝫ timor dicitur initialis· qd̄ inuenire poteris ꝑ diuersa scripture loca· Vterq̄ꝫ etiā timor interdum dicit̄ seruilis· q2 et ipse initialis qui est in charitate inchoata: aliquid habet d̄ seruili· s· angorem pene· sicut ⁊ aliquid habet de casto· s· ꝙ timet offendere ac separi·

De hoc quod Augustinꝰ dicit castum timorem esse eternum· k

Illud quoq̄ꝫ diligēter est notandū ꝙ in suꝑioribus Augustinus dicit castū timorē esse eternum ꝑ qd̄ ꝯfirmat̄ ꝑmissa sententia· s· ꝙ spūs timoris erit in futuro sicut ⁊ alia dona spūssancti· sed nō habebit omnē illū vsum quē modo habet· Faciet eñ tunc nos reuereri deū nō timere separi vel carere· Fuit ergo ⁊ in xp̄o timor ille· sed iuxta vsum illum quē habebit in futuro ī sanctis· Non eñ timuit christꝰ separi vel offendere deum ꝟ eum p̄ omnibus reueritus est·

An timore pene qui fuit in xp̄o fuerit seruilis vel initialis vel alius· l

Cum autē fuerit in christo timor pene· querit̄ an iste timor fuerit mūdanus vel seruilis vel initialis· Ad qd̄ dicimus nulluꝫ eoꝝ fuisse in xp̄o· quia timor mūdanus malus ē vt supradictū est· ⁊ in primo gradu cū mūdo deserit̄· Seruilis ꝟo vel initialis in ꝑfecta charitate nō est· Nullus ḡ timoꝝ istoꝝ fuit ī xp̄o· Quis ḡ fuit timor iste quo penā timuit: Pōt timor ille dici naturalis vel humanꝰ qui oībꝰ hominibꝰ inest: quo horret̄ mors ac formidat̄ pena· Et dr̄ timor iste naturalis· nō q2 accesserit homini ex natura ꝟm ꝙ ꝑus fuit instituta· q2 nō fuit iste timor ꝯcretus homini nec de bonis naturalibus· ꝟ q2 ex corrupta natura ꝑ peccatū oībꝰ aduenit· cui correptio inoleuit tāq̄ꝫ eēt naturalꝭ· ⁊ ē iste timor effectꝰ pctī vt p̄dictum est·

Ista est distinctio. xxxiiij. hui⁹ tertij libri. In qua magister postq̄ egit de virtutibus. Agit de donis. Et tria facit. Nam primo agit de donis in cōmuni. Secundo de timore in speciali. Tertio infert quedam ex determinatis. Primum vsq̄ ibi. Et quia de timore. Secundum vsq̄ ibi. Illud quoq̄ diligēter. Tertium vsq̄ ad finem dist. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Septem dona spūssancti. que a virtutibus non differunt nec in patria cessabūt fuerunt in xp̄o. Hanc magister ponens querit tres questiones quarum prima est. An dona spiritussancti sunt idem quod virtutes. Secunda est. an in patria maneāt in beatis. Tertia est. an fuerūt in christo. Ad duas primas questiones simul respondet autoritate beati Ambro. q̄ dona sunt idem q̄ virtutes. ꝛ q̄ remaneant in patria. qꝛ in angelis ꝛ in beatis sunt abundantius q̄ in nobis. Ad tertiā respondet affirmatiue q̄ ista dona fuerunt in christo. quod patet ꝑ illud Esaie. xj. et requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapientie ꝛ intellectus. consilij ꝛ fortitudinis spiritus scientie ꝛ pietatis ꝛ replebit eum spiritu timoris domini. In qua quidem autoritate pluries repetitur spiritus q̄d non ideo fit q̄ spiritussancti sunt plures in natura diuina sed ad designandum multiplicem fore effectum vni⁹ spiritussancti. Sed quia in responsione ad secundam questionem q̄ dona etiam nō cessant in patria ꝓponit in medium quasdam autoritates que videntur dicere timorem in patriam nō manere. et ꝑ consequens nec alia dona. quia qua ratione nō remanebit donū timoris. pari rōne nec alia dona. Pro quarum autoritatum euidentia magister dicit. q̄ dona spūssancti erunt in futuro. s. in patria. sed nō habebunt ibi illos vsus quos hic habēt in via q̄d declarat specialiter in dono timoris. Nam timor filialis vt dicit magister in p̄senti vita tria in nobis facit. Facit enim primo timere ne offendamus deum quem diligimus. Secundo facit timere ne separemur ab eo. Tertio facit nos ipm̄ reuereri. Quantū igitur ad duo prima non manebit donum timoris in patria. ꝛ hoc voluit dicere autoritates in oppositum allegate. Sed q̄tum ad tertium manebit ibi. quia ibi ꝑ maxime vsus reuerentie que ē dilectio cum subiectione erit qualiter etiam reuerentia in christo erit. Et subdit quosdā dixisse q̄ in christo ꝛ in angelis esset donū timoris solum fm̄ effectū si nō fm̄ habitum. sed cōmuniter a modernis hoc nō tenetur nec magister illud approbat. Secunda ꝓpositio est hec. Timor qui multipliciter nō qualitercunq̄ sumptus a charitatis cōsortio excludit. Hanc magister exequens dicit quatuor esse timores. quorum primus est timor mūdanus siue humanus quo timemus pericula carnis ꝛ bonorū mundanorum amissionem. Et qꝛ hic timor malus est ꝛ cum mundo a mūdi contemptoribus relinquendus non ꝓhibetur tanq̄ nō habendus. Secūdus est timor seruilis. s. quo q̄s timet penas. ꝛ ex hoc a peccato se cohibēs bonū operatur. Et licet iste timor est bonus. non tñ est sufficiens ad vitam eternam optinēdam. Tertius est timor initialis. s. quo quis iam amare incipit eternū bonū id est q̄ amissionem eius timens incipit bene agere. ꝛ isto timore adueniente. simul aduenit charitas et timor seruilis incipit ꝑ charitatem excludi. Quartus est timor castus ꝛ filialis seu amicalis. qui ꝓuenit ex amore sc̄z quo timemus ne deum offendam⁹. ꝛ ab eo separemur. Hic vero timor succedit initiali ꝛ permanet in eternū. seruilis aūt non ꝑmanebit sed deficiet Sed subdit q̄ vt patet ex dictis in prima parte istius distinctionis Beda nō distinxit nisi duplicem timorem sc̄z seruilem ꝛ amicalem. quia sub seruili inicialem intellexit beatus Aug⁹. etiam nisi duos timores distinxit aperte. s. castum qui est in charitate ꝑfecta. et seruilem qui nō est in charitate. quia licet ꝑ ipsum bonum fiat non tñ bene. qꝛ nemo inuitus bū facit. etiam si bonū sit de suo genere q̄d facit. Istis p̄missis magister ponit auctēs timoris seruilis di. q̄ licet timor seruilis in charitate nō sit. tñ preparat locum charitati. qꝛ nisi timor prius occuparet mentem no esset vñ intraret charitas. qua tñ adueniente timore expellit et foras mittit. q̄d exemplificat de seta ꝛ filo sibi anexo filum enī non intrat nisi seta exeat. sic ē de timore seruili ꝛ charitate. Postea remouet quoddā dubium. Nam in canonica Johānis d̄r. q̄ timor no est in charitate. sed ꝑfecta charitas foras mittit timorē. Dubitatur ergo quō verū sit q̄d in psal. d̄r. Timor dñi castus manet in seculum seculi. Nam cū in eterna beatitudine de qua psal. loquit̄ sit ꝑfectissima charitas videtur dictū psalmiste dicto apostoli ꝯtrariū. Ad q̄d r̄ndens dicit q̄ ex quo Johānes in sua canonica. ꝛ dauid in psal. vno spū repleti locuti sunt discordare nō possunt si vtriusq̄ dictum recte intelligat̄. Nam duplex est timor. s. castus ꝛ s̄uilis. seruilis nō stat vt dictum est cū charitate. ꝛ de illo loquit̄ ap̄lus. Castus aūt manet in patria. et de illo loquit̄ ꝓpheta. Istud patet ex his que dicta sunt. Nam dictum est q̄ timor seruilis est quo quis ꝓpter penā timet deum. sed ex quo ille qui ꝓpter penam timet deū. nō amat ipsum ideo timor ille nō stat cum charitate. timor aūt cast⁹ est quo quis timet deū ne ipsum offendat. Sꝫ ex quo sic timere sit amare. ideo timor ille manet cū charitate semꝑ. Q̄d postea exemplificat mgr̄ de duab⁹ mulieribus maritatis quaꝝ vna timet cōmittere adulterium ne a viro dep̄hendat̄. Alia xo ne a viro deserat̄ Et applicat simile ad ꝓpositum vt patet in lr̄a. Postea aūt compat magister timorem initialem ad castū ꝛ ad seruilem dicens. q̄ initialis est medius inter eos habens aliquid d̄ vtroq̄. quia ꝑtim facit seruire deo timore pene. ꝛ ꝑtim amore iusticie. qui etiā p̄t esse in charitate inchoata. licet nō possit esse in charitate ꝑfecta. ꝛ subdit q̄uis initialis timor possit stare cum charitate imꝑfecta ꝛ seruilis nō. tñ vterq̄ ipsorum in scriptura d̄r initium sapientie. Nam seruilis timor sapientie ꝛ charitati locum p̄parat. Sed ipsa adueniente foras mittit̄. Nam initium sapiēne dicit̄ tanq̄ disponens ad ipsam. Timor autē initialis dicit̄ principium sapientie. qꝛ cum inchoata sapientia simul incipit imo ꝛ quodāmodo inchoata charitas sine sapiā. Ista omnia roborat magister autoritatibus sanctoꝝ. Tertia ꝓpositio est. Donū timoris extitit in christo fm̄ vsum patrie cum timore quodam alio. Hanc magister insinuans infert ex determinatis ꝛ ꝯcludit primo. q̄ donum timoris manebit in patria sicut alia dona. sed nō habebit ibi omnem vsum quem hic habet. vt patuit in prima ꝓpositione huius distinctionis. Secūdo etiam ex his ꝯcludit q̄ timor ille fuit in xp̄o fm̄ illum vsum quē habet in sanctis fm̄ actum sc̄z reuerentie. vt etiam ibidem dicebat̄. Unde querit etiā incidentaliter. cum timor pene fuit in christo. vtrum fuit timor mūdanus vel seruilis vel initialis. Et respondet q̄ nullus eorum fuit. Nam timor mūdanus cum mundo deserit̄. seruilis vero nec est in charitate inchoata nec perfecta. Initialis vero nō potest esse in charitate ꝑfecta. Cum igitur christus iam mundum deseruit. ꝛ charitatem nō inchoatam sed ꝑfectam habuit. sequit̄ q̄ timor pene quem christus habuit nullus illorum timor fuit sed fuit quidam naturalis proueniens ex natura ꝑ peccatum corrupta. nō tanq̄ aliquod bonum naturale. sed tanq̄ effectus quidam et sequela peccati. Et tm̄ in speciali.

Quomodo differunt sapiā et scientia. [a

Di. XXXV.

Aug. li. xiiij. de trini. Diffinitio sapientie secundum philosophos.

Post premissa

diligenter ꝯsiderandũ est. in quo differat sapientia a scientia. De hoc Aug. ita ait. Philosophi disputantes de sapientia diffinierũt eam dicẽtes. Sapientia est rerum humanarum diuinarũq; scientia. Ego quoq; vtrarũq; rerum cognitionẽ. i. diuinarum et humanarũ ⁊ sapientiam et scientiam dici posse nõ nego. Uerum iuxta distinctionem apostoli qua dixit. alij datur sermo sapientie. alij sermo scientie. illa diffinitio diuidenda est. vt rerum diuinarum cognitio sapientia ꝓprie nuncupetur humanarum vero rerum cognitio ꝓprie scientie nomen obtineat. Neq; vero quicquid sciri ab homine põt in rebus humanis. vbi plurimũ superuacue vanitatis et noxie curiositatis est. huic scientie tribuo. sed illud tantum quo fides saluberrima que ad verã beatitudinẽ ducit gignitur. nutritur. defenditur. roboratur. qua scientia nõ pollent fideles plurimi. quamuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantũmodo quid homo credere debeat ꝓpter adipiscendam vitam beatã. aliud est scire quõ hoc ipsum et pijs opituletur vel ꝯtra impios defendatur. que ꝓprio vocabulo appellatur scientia.

Diffinitio sapientie ⁊ scientie secundum theologos.

Aug. in. xij. de trini.

De his quoq; duabus virtutibus idem Aug. differentiam inter eas assignans super psal. ait. Distat sapientia a scientia. testante sancto Job qui quodãmodo singula diffiniens ait. Sapientia est pietas. scientia vero abstinere a malis. Pietatem vero hoc loco posuit dei cultum. que grece dicitur theosebia. que est in cognitione ⁊ dilectione eius quod semper est ⁊ incõmutabiliter manet quod deus est. Abstinere vero a malis est in medio prauenationis prudenter ꝯuersari. Idem quoq; inter hec duo apte distinguẽs ait. Distat ab eternorum cõtemplatione actio. qua bene vtimur temporalibus rebus. ⁊ illa sapientie hec scientie deputatur. quamuis ⁊ illa que sapientia est possit nũcupari scientia. vt apostolus asserit vbi dicit. Nunc scio ex parte. quam sciam perfecto ꝯtemplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est. quia ad ꝯtemplationem sapientia. ad actionem vero sciẽtia pertinet. Ecce aperte demonstratũ est in quo differant spiritus sapientie ⁊ spiritus scientie. scilicet vt sapiẽtia diuinis: scientia humanis attributa sit rebus. et vt docet Aug. vtrũq; agnoscimus in christo. scilicet ⁊ rem diuinam ⁊ rem humanã. ⁊ ideo de ipso habemus sapientiam ⁊ scientiam. Cum enim legitur verbum caro factum est. in verbo intelligitur verus dei filius. in carne agnoscitur verus hominis filius. Item cum dicitur. vidimus plenum gratie ⁊ veritatis. gratiam referamus ad scientiam. ⁊ veritatem ad sapientiam. quia in christo sapientia ⁊ sciẽtia fuit plenarie. ⁊ nos sciam ⁊ sapientiã de eo habemus qui est deus ⁊ homo:

In quo differat sapientia ab intellectu. b

Ostensa differẽtia

inter scientiam ⁊ sapientiam. quid distat inter sapientiam ⁊ intellectũ videamus. In hoc differunt illa duo. quia sapientia ꝓprie est de ceteris que veritati eterne ꝯtemplande intendit. Intelligentia vero nõ modo de eternis est. sed etiam de rebus inuisibilibus ⁊ spiritualibus temporaliter exortis. Per eam enim ⁊ natura summa que fecit omnes naturas. i. diuina consideratur. ⁊ que post ipsam sunt spirituales ⁊ inuisibiles nature. vt angeli ⁊ omnes anime bone affectiones cõspiciuntur. In hoc ergo differẽtia est. quia sapientia creator tantum ꝯspicitur. intellectu vero ⁊ creator ⁊ creatura quedã. Item intellectu intelligibilia capimus tantũ. Sapiẽtia vero nõ modo capimus superiora sed etiam incognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria. scilicet intellectũ scientiã ⁊ sapientiam. Scientia valet ad rerum temporalium rectam ãministrationẽ ⁊ ad bonam inter malos cõuersationem. Intelligentia vero ad creatoris ⁊ creaturarum inuisibiliũ speculationẽ. Sapientia vero ad solius eterne beatitudinis cõtemplationem ⁊ delectationem.

Quõ differt scientia intelligẽtia ⁊ sapientia

Quod intellectus ⁊ scientia de quibus hic agitur non sunt illa que naturaliter habet homo. c

Et notandum quod in-

tellectus ⁊ scientia que dicuntur dona spiritus sancti. alia sunt ab intellectu ⁊ sciẽtia que naturaliter sunt in anima hominis. hec enim virtutes sunt que per gratiam infunduntur animus fidelium. vt per eas recte viuant. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis a deo tamen. Per has autem virtutes que dicũtur dona spiritussancti illa naturalia reformantur atq; adiuuantur. vt vbi gratia. Intellectus naturalis peccato obtenebratus: per virtutem quãdam ⁊ gratiam que dicitur spiritus intelligentie reformatur atq; adiuuatur ad intelligẽdum. Ita ⁊ per illam virtutem quem dicitur spiritus sapientie iuuatur atq; erigitur mentis ratio ad ꝯtemplationẽ ⁊ delectationem eterne veritatis.

Quod sapiẽtia ista dei est nec est illa que deus est. d

Illud etiã sciendũ

est ꝙ sapientia de qua nũc disserimus: nõ est illa sapientia dei · vt ait Aug⁹ · que deus est ꝑ hominis sapientia · veruntñ que ſm deũ est · ac verus et ꝓcipuus cultus eius est · Si ergo colat mens hominis deũ cuius ab eo capax facta est ⁊ cuius esse ꝑticeps potest · sapiens ipsa fit · ⁊ nõ sua luce sed summe illi⁹ lucis ꝑticipatione sapiens fit · Ista ergo hominis sapientia etiam dei est · verũ non ita dei est · vt ea sapiens sit deus · Non eñ participatione sui sapiens est de⁹ · sicut mens ꝑticipatione dei · sic etiam dicit iusticia dei nõ solum illa qua ipse iustus est · sed etiã illa quaꝫ dat homini cum iustificat impium ·

Ista est distinctio · xxxv · huius tertij libri · In qua mgr̃ postq̃ egit de donis absolute . agit de ipsis respectiue seu comparatiue . Nam assertit primo differentiam inter sapiam et sciam . Secũdo inter sapiam ⁊ intellectum . Tertio inter sciam ⁊ intellectum . Primum vsqꝫ ibi . Ostensa differentia . Secundum vsqꝫ ibi . Et notandũ . Tertium vsqꝫ ad finem dis . In speciali sñia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quarũ prima est hec . Constat inter sapiam ⁊ scientiam ꝓut sunt dona spũssancti fore differentiaꝫ . Hanc magister insinuans ponit triplicem differentiam inter sapiam ⁊ scientiam ꝓut sunt dona spũssancti . Prima est ꝙ q̃uis tam sapia q̃ scientia possit dici rerum humanarum diuinarũqꝫ cognitio tñ ꝓprie accipiendo sapia est cognitio rerum diuinaꝝ . scientia vero rerũ humanarum . Secũda est . ꝙ sapia ẽ pietas que grece theosebia appellat̃ . i . dei cultus qui videlicet cultus in dilectione dei ⁊ cognitione cõsistit . Scientia ṽo est abstinere a malis . ⁊ in medio nationis praue prudenter cõuersari . Tertia est ꝙ sapia ꝑtinet ad ꝯtemplationẽ supernoꝝ seu eternorum . scientia vero ad actionem q̃ bene vtimur tpalibus rebus . Ista mgr̃ reprobat autoritate beati Aug̃ . Et subdit ꝙ ex quo in xp̃o fuit ⁊ res diuina ⁊ res humana . de ipso habemus sapiam q̃ rebus diuinis . ⁊ scientiam que rebus humanis attribuit̃ . Secunda ꝓpositio est hec . Ex declaratione p̃sentis textus patet differentie inter donum sapientie ⁊ intellectus . Hanc ponens ꝓponit duplicem differentiam inter sapiam ⁊ intellectum quaꝝ prima ẽ hec Quia sapientia est de rebus eternis vt de deo . intellectus vero de rebus aliq̃bus ex tpe ortis . vt de creaturis . Secunda differentia est hec . ꝙ ꝑ intellectũ cognoscimus intelligibilia sine delectatione . sed ꝑ sapientiam etiam de rebus cognitis delectamur . et sic ex omnibus p̃dictis recolligit istarũ trium . s . sapientie scientie ⁊ intellectus differentiã stare in hoc ꝙ sciẽtia valet ad rerum tpalium debitã amministrationem et bonam inter malos ꝯuersationem . Intellectus vero ad creatoris videlicet ⁊ creaturaꝝ inuisibilẽ speculationem . Sapientia aũt ad solius eterne veritatis cõtemplationem ⁊ dilectionem . Tertia ꝓpositio ẽ hec Intellectus ⁊ scientia ꝓut sunt spũssancti dona differunt ab intellectu ⁊ scientia prout insunt a natura . Hanc mgr̃ ponens dicit . ꝙ ꝓut sunt dona spũssancti infundunt̃ per grãm vt homo ꝑ eam recte viuit . ꝓut vero sunt dona naturalia insunt homini ex beneficio creationis . Et subdit ꝙ ꝑ dona spũssancti reformenẗ in homine illa que naturaliter insunt . q2 intellectus hominis ꝑ peccatũ obtenebratus ꝑ spũm intelligentie . i . donum intellectus adiuuat̃ ⁊ a peccato eripit̃ . Per donum ṽo sapiẽtie ꝯtemplationem ⁊ delectationem eterne veritatis erigit̃ . Addit etiam ꝙ sapientia que est donũ dei de qua hic fit sermo . nõ est illa sapia que deus est . sed est hominis sapia qua homo sapit q̃ tantũ potest dici dei sapientia . nõ ꝙ deus ea sapiens sit . sed q2 a dño deo datur . sicut dicit̃ iusticia dei quã de⁹ homini dat . cũ impiũ iustificat . Et tñ in speciali

De cõnexione ṽtutũ que nõ separant̃ · a

Di · XXXVI

Solet etiã que

ri vtrum ṽtutes ita sint sibi coniuncte vt separatim nõ possunt possideri ab aliquo · sed q̃ vnam habet oẽs habeat: De hoc etiaꝫ Hiero · ait · Omnes ṽtutes sibi herẽt vt q̃ vna caruerit oĩbus careat · Qui ergo vnã habet oẽs habet · Quod quidẽ ꝓbabile est · Cũ eñ charitas mat̃ sit oĩm virtutũ · in quocunqꝫ mater ipa est · s · charitas · ⁊ cuncti filij eius · i · ṽtutes recte fore esse credunt̃ · vñ Aug⁹ · Ubi charitas est: quid est qđ possit deesse · Ubi autẽ nõ est: qđ est qđ possit ꝓdesse · Cur ergo nõ dicimus q̃ hãc ṽtutem habet oẽs habet cũ plenitudo legis sit charitas que q̃tomagis est in homine tanto magis est ṽtute p̃ditus · Quãto ṽo minus tanto min⁹ inest virtus · ⁊ quãto minus inest virtus tanto magis inest vicium ·

Hiero . super Esaiam.

Aug⁹ . super Johannem.

Si cuncte virtutes pares sint in quocunqꝫ sunt · b

Utrũ vero pariter

quis omnes possideat ṽtutes · an alie magis alie min⁹ in aliquo ferueãt questio est · Quibusdam eñ videt̃ ꝙ alie magis alie min⁹ habeant̃ ab aliquo sicut in Job patientia eminuit · in Dauid humilitas · in Moyse mansuetudo · q̃ etiam ꝯcedunt magis aliquẽ mereri ꝑ aliquam vnã virtutem q̃ ꝑ aliam · sicut eaꝫ pleinus habet q̃ aliam · Non tñ magis ꝑ aliquã mereri dicunt q̃ ꝑ charitatẽ · nec aliquã plenius a quoq̃ haberi q̃ charitatẽ · Alias ergo magis ⁊ alias minus in aliq̃ esse dicũt · ſz nullam pleni⁹ charitate q̃ ceteras gignit · Hasqꝫ dicunt esse multas facies q̃s memorat apl̃s dicens · Ex ꝑsonis multaꝝ facierum ⁊c̃ · Alij verius dicunt omnes ṽtutes ei similes ⁊ paresceẽ in q̃cũqꝫ sunt · vt qui in vna alteri par extiterit · in omnib⁹ eidem equalis sit · vnde Aug⁹ · Uirtutes que sunt in aĩo humano · q̃uis alio ⁊ alio modo singule intelligant̃ · nullo modo tñ separant̃ ab inuicẽ · vt q̃cunqꝫ fuerint equales · ṽbi grã · in fortitudine · equales sint ⁊ prudẽtia ⁊ iusticia ⁊ tpantia · Si eñ

Aug . in . vi . li . de trini.

dixeris equales esse istos in fortitudine. sed
illum pstare prudentia. sequit ut huius forti
tudo min' prudens sit. Ac p hoc nec fortitu-
dine equales sunt: qz est illius fortitudo pru
dentior. Atqz ita de ceteris virtutib' inueni
es. si omnes eadē ɔsideratione pcurras. Ex
his clarescit omnes ṽtutes nō modo esse cō
nexas s; etiam pares in animo hoīs. Cum g
dicit aliqs aliqua p̄eminere ṽtute vt abraaz
fide Job patientia. ſm vsus exteriores acci
piendū est. vl' in compatione alioꝝ hominū
qz vl' humilitatis habituz maxime p̄fert. vel
opus fidei. vel alicui' ceteraꝝ virtutum p̄ci-
pue exequit. Uñ et ea p̄ alijs pollere vt int
alios homines singularit' excellere dicit. Se
cundum hunc modū scz ſm rōnem actuum
exterioꝝ vt alibi. Aug'. dicit. in aliquo aliaz
magis esse virtutē aliam min'. ⁊ vnā esse nō
alteram. Ait em̄ sic. Clarissima disputatione
tua satis apparuit nō placuisse auctibus no-
stris. imo veritati ipsi omnia paria esse pec-
cata. etiā si hoc de ṽtutibus verum sit. qz ⁊ si
verum est eū qui habet vnam oēs virtutes
habere. ⁊ eum q vnam nō habet nullā habe
re. nec si peccata sunt paria. qz vbi virt' nul-
la est. nihil rectum est. nec tñ ideo nō est pra-
uo prauius distortoqz distortius. Si autē qđ
puto esse verius sacrisqz lrīs congruentius.
ita sunt anime intentiones vt corpis mēbra
nō q videant locis sed q sentiant effectib'.
et alius illuminat amplius. alius minus. ali'
omnino caret lumine. pfecto vt quisqz illu-
stratione pie charitatis affect' est. i alio actu
magis. in alio min'. in aliquo nihil sic dici po
test habere aliam. ⁊ aliam nō habere. ⁊ aliaz
magis aliam minus. Nam ⁊ maior est in isto
charitas q̄ in illo. ⁊ ideo recte possum' dice-
re ⁊ aliqua in isto. nulla in illo. q̄rum ptinet
ad charitatem que pietas est. ⁊ in vno hoīe
qdem q maiorem habeat pudiciciam q̄ pa-
tientiam. ⁊ maiorem hodie q̄ heri si pficit. ⁊
adhuc nō habeat ɔtinentiā ⁊ habeat nō par
uam misericordiā. Et vt generaliter breuit
q complectar quaz de ṽtute habeo notionē
virtus est charitas qua id qđ diligendū est
diligit. Hec ⁊ in alijs maior. ⁊ in alijs minor.
⁊ in alijs nulla est. Plenissima ṽo que iaz nō
possit augeri q̄diu hic homo viuit i nemine
est. Hic insinuari videtur. q aliquis ea rōne
possit dici habere vnā virtutē magisq̄ aliam
quia p charitatem magis afficit in actu vni'
virtutis q̄ alterius. et ppt' differentiā actuū
ipsas virtutes magis vel minus habere dici
tur. potest ⁊ aliquā nō habere. cum tñ simul
omnes ⁊ pariter habeat q̄tum ad mentis ha
bitum vel essentiam cuiusqz. In actu ṽo aliā
magis aliam minus habet. aliam etiā nō ha
bet. vt vir iustus vtens ɔiugio nō habet con
tinentiam in actu quam tñ habet in habitu.
Cur ergo nō dicantur paria peccata: Forte
quia magis facit ɔtra charitatem q grauius
peccat. minus: q leui'. Nemo em̄ peccat nisi
aduersus illam faciēdo que est plenitudo le
gis. Ideo recte dicit. Qui offenderit in vno
factus est oīm reus. i. ɔtra charitatez facit in
qua pendent omnia.

(Aug. in ep'la ad hiero.)

Repetit de charitate vt addat quomodo
tota lex in ea pendet. c

Cuz duo sint prece

pta charitatis in qbus vt p̄taxatum est tota
lex pendet ⁊ pphete. Aduertendū est quō
hoc sit cum in lege ⁊ pphetis multa fuerunt
cerimonialia mandata. que si ad charitatis
sanctificationem ptinuissent. viderent non
debere cessare. Quia vero nō iustificatiōis
gratia quā facit charitas instituta sūt sed in
figura futuri. ⁊ in onus posita. ideo clarescē
te veritate cessauerunt velut vmbra. Uerū
tamen ⁊ ipsa cerimonialia ſm spūalem intel
lectuz quem ɔtinēt. ⁊ omnia moralia ad cha
ritatem referunt. Pertinent em̄ omnia ad
decem mādata in tabulis scripta vbi omniū
summa pstringit. ex quibus cetera emanāt:
sicut in sermone domini octo virtutes p̄mit-
tunt ad quas cetera referūt. Et sicut ad de-
cem mandata decalogi cetera referunt. ita
⁊ ipsa decem ad duo mādata charitatis. Om
nia g ad duo mādata charitatis ptinent qz p
charitatem implent. ⁊ ad charitatē tanq̄ ad
finem referri dñt. vñ Aug'. Totam magni-
tudinem ⁊ amplitudinem diuinoꝝ eloquio-
rum possidet charitas qua deū p̄ximūqz dili
gimus que radix est oīm bonoꝝ. Unde ve-
ritas ait. In his duob' mandatis vniuersa
lex pendet ⁊ pphete. Si g nō vacat omnes
paginas sanctas pscrutari omnia inuolutra
sermonum inuoluere. tene charitatem vbi
pendent omnia. qz pfectio est ⁊ finis omniū.
Tunc em̄ et p̄cepta ⁊ ɔsilia recte fiunt cū re-
ferunt ad diligendū deū ⁊ p̄ximuz ppt' deū
Qđ vero timore pene vl' aliqua intentione
carnali fit vt nō referat ad charitatem. non
dum fit sicut fieri oportet q̄uis fieri videatur.
Inimicus em̄ iusticie est q pene timore non
peccat. Amicus ṽo iusticie q eius amore nō
peccat. Omnium g hec summa est vt intelli
gat legis ⁊ oīm diuinaꝝ scripturaꝝ plenitu-
do esse dilectio dei et p̄ximi.

(Aug. in li. 8 doc. xpiana.)

(Aug. 1 enchi.)

Ista est distinctio .xxxvi. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de virtutum et bonorum ad inuicem comparatione. Agit de virtutum connexione. Et tria facit. Nam propter conexionem querit primo. An ab habente vnam virtutē omnes habeantur. Secūdo an ab habente vnā virtutem omnes equaliter habeantur. Tertio inquirit de cōnexione preceptorum. quibus actus virtutum reguntur. Primū vero vsque ibi. Utrum vero pariter. Secūdum vsque ibi. Cum autem duo sunt. Tertiū vsque ad finē distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Uirtutes ita sunt conexe quod vna sine omnibus haberi non potest. Hanc magister insinuans querit. Utrū virtutes sint connexe. quod qui vnam habet omnes habeat. Et respondet quod sic. quod probat auctoritate beati Hiero. qui dicit ipsas sic sibi coherere vt qui vnam habet omnes habeat. et qui vna caret omnibus caret quod etiam probabile est. Nam et quia charitas est omnium virtutū et legis plenitudo. igitur in quocunque est charitas in eo sunt omnes virtutes. Secūda propositio. Quis virtutes inter se fore equales debeat teneri. possunt tamen inequaliter a nobis haberi. Hanc magister ponens querit. vtrum habens omnes virtutes habeat eas equaliter vel inequaliter. Ad quā questionē respondendo primo recitat circa hoc opinionē cui nō videtur assentire. Et est opinio quorundā dicentiū quod alique virtutes habentur magis alique minus ab hominibus ipsas habentibus sicut in Job viguit patiētia. in Dauid humilitas. in Moyse mansuetudo. in Abraam fides. Et etiā isti dicunt quod aliqui possūt plus mereri per vnā virtutē quam per aliam et habent vnam plenius quam aliam. licet tamen per nullam possint plus mereri quam per charitatem quia charitas producit. Postea vero ponit solutionē questionis veriorē secundum opinionem aliorum cum dicunt quod eo modo quo virtutes sunt simul in aliquo eodē modo sunt etiā equales. ita quod qui est par vel equalis alteri in vna virtute. etiā est eidem equalis in omnibus. quod postea auctoritate beati Aug. respondet ad illud quod prima questio inducebat. scilicet quod aliquis dicitur excellere alium in aliqua virtute: vt in fide. Abraam in patientia Job precellebāt. Illud dicit magister fore intelligendum quantum ad vsum actus interioris. scilicet secundum quod vnus magis exequitur actum vnius virtutis quam actum alicuius alterius virtutis. Uel intelligendum esse dicit quod illi in huiusmodi virtutibus magis pollebant in comparatione ad alios homines et nō in comparatione ad alias virtutes. Et hoc iterum confirmat auctoritate. Ex quo concludit quod virtutes quantum ad substantiam seu essentiā habitus sunt equales si equaliter habentur. sed quantum ad actum vna habetur magis quam alia. Ex isto tamen non sequitur vt dicit magister quod etiam peccata sint equalia. quia nō equaliter sunt contra charitatem. sed vnum magis aliud minus. Tertia propositio est hec. Omnia precepta decalogi ad duo precepta charitatis referuntur et per verā dilectionem dei et proximi adimplentur. Hanc ponēs querit quō illud possit esse verum quod in duobus preceptis charitatis de dilectione dei et proximi lex pendet et prophete cum in lege et prophetis multa continentur cerimonialia mandata que iam cessauerunt. vt circūcisio et cerimonie sacrificiorum que nec cessasse debuissent sicut nec charitas cessat. Ad quod respondet quod ex quo cerimonialia imposita fuerunt in figura futurorum. ideo adueniente veritate cessare debuerunt. Nihilominus tamen ad charitatem referuntur secundum spiritualem intellectum quē continet. quod patet ex hoc quod omnia que sunt in lege siue moralia siue cerimonialia. ad decem precepta decalogi reducuntur. Ex quibus cetera manant. Et eodem modo ipsa decem ad duo charitatis mandata tanquam ad suū finem referuntur. quod auctoritate beati Aug. pulchre declarans confirmat. Et tamen in speciali.

De decem preceptis quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis. a

Sed iam distributio decalogi que i duobus mandatis complectitur consideranda est. Habet enim decalogus decem precepta que sunt decacordum psalterium. que sic sunt distributa. vt tria que sunt in prima tabula pertineāt ad deum. scilicet ad cognitionem et dilectionē trinitatis. Septem que sunt in secunda tabula ad dilectionem proximi.

DI. XXXVII

Aug. de decacordis.

De primo precepto. b

Primū in prima tabula est. Non habebis deos alienos. nō facies tibi sculptile neque omnē similitudinem et cetera. Hec Origenes dicit esse duo mandata. sed Augustinus vnū. hoc enim ipsum quod dixerat nō habebis deos alienos perfectius explicat cum prohibet coli figmenta. scilicet ydolum vel similitudinem alicuius rei. Que duo. Origenes ita dicit distare vt ydolum sit quod nihil habet simile sui similitudo vero quod habet speciem alicuius rei. vt verbi gratia. Si quis in auro vel in ligno vel alia re faciat speciem serpentis vel auis vel alicuius rei. Et statuat ad adorandū. nō ydolum sed similitudinem fecit. Qui vero facit speciem quā non vidit oculus sed animus sibi finxit. vt si quis humanis membris caput canis vel arietis formet vel in vno habitu hominis duas facies. nō similitudinē sed ydolū facit. quia facit quod nō habet aliquid simile sui. Ideo dicit apostolus. quia ydolum nihil est in mūdo. Non enim aliqua ex rebus cōstantibus assumitur species sed quod mēs ociosa et curiosa reperit. Similitudo vero est cum aliquid ex his que sunt in celo vel i terra vel in aquis formatur. Augustinus. vero ita exponit illud. ydolum nihil est in mūdo. id est inter creaturas mūdi nō est forma ydoli. materiā enim formauit deus. sed stulticia hominum formam dedit. Quecūque facta sunt naturaliter facta sunt per verbum. sed forma hominis in ydolo nō est facta per verbū. sicut peccatū nō est factū per verbū sed est nihil. et nihil fiunt homines cum peccant. Sed queritur quō hic dicatur forma ydoli nō esse facta per verbū cum alibi legatur. Omnis forma omnis cōpago. omnis concordia partium facta est per verbū. Hoc autem a diuersis varie soluitur. Quidam enim dicunt omnē formam: et quicquid est a deo esse iniquū est. et formā ydoli iniquum est vel iniquum forma est a deo esse. sed nō iniquum ydoli est. id est posita ad adorandū. In hoc enim nō est creatura sed peruersio creature. Sicut illud quod peccatū est iniquum peccatū est nihil est. et homines cum peccant nihil fiunt. quia ab illo

Quō ydolū nihil esse dicitur i mundo.

Questio ex positione verborum omnia per ipsum facta sunt.

Hiero. super Ezech.

qui vere est separant. Un̄ Hiero. Qd̄ ex deo nō est. q̄ sol⁹ vere est. nō esse dr̄. Ideoq̄ʒ peccatū qd̄ nos a vero esse abducit. nihil esse vl̄ nō esse dr̄. Alij v̄o dicunt omnē formā que. s. naturaliter est. ⁊ om̄e qd̄ naturaliter est esse a deo. s; forma idoli nō est naturaliter. q: nature iusticie nō seruit. Id em̄ naturaliter eē dicit̄ qd̄ simplici nature iusticie que deua est imitat. nō resultat. ⁊ naturā creatā nō viciat. ¶ Secundū p̄ceptū est. Nō assumes nomen dei tui inuanū. Qd̄ est dicere s̄m lr̄am. Nō iurabis p̄ nihilo nomen dei. Allegorice vero p̄cipit̄ vt non putes creaturā esse xp̄m dī filiū. quia om̄is creatura vanitati s̄biecta est. sed equalē patri. ¶ Tertiū vero ē. Memento vt diē sabbati sanctifices. vbi s̄m literam p̄cipit̄ sabbati obseruantia. Allegorice v̄o vt requiē ⁊ hic a vicijs. ⁊ in futuro in dei ꝯtemplatione expectes ex spū̄sancto. id est. ex charitate ⁊ dono dei. non q̄ spū̄ssanctus sine patre ⁊ filio h̄ operet̄. Accepit vtiq̄ʒ ecclesia hoc donū vt in spiritusancto fiat remissio peccatoꝝ. quā remissionē cū trinitas faciat. p̄prie tamē ad spū̄sanctū dicit̄ pertinere quia ipse est spū̄s adoptionis filioꝝ. Ipse est patris ⁊ filij amor ⁊ ꝯnexio vel cōmunitas. Ideoq̄ʒ iustificatio nostra ⁊ requies ei attribuitur sepius. ¶ Hec sunt tria mandata prime tabule ad deū p̄tinentia. Et primū quidem qd̄ est de vno deo colēdo: p̄tinet ad patrem in quo est vnitas vel autoritas. Secūdum ad filiū in quo est equalitas. Tertiū ad spiritumsanctū in quo est vtriusq̄ʒ communitas.

De secūdo p̄cepto.

Detertio precepto.

Quare spū̄sancto dr̄ p̄prie fieri remissio peccatoꝝ

¶ De mandatis secunde tabule. c

In secūda vero tabula

septē erant mādata ad dilectionē p̄ximi p̄tinentia. quoꝝ primū ad patrē carnalez refert̄. sicut primū prime tabule ad patrē celestem. Qd̄ est honora patrē tuū ⁊ matrē tuam vt sis longeu⁹ sup terrā. s. viuentiū. Parentes vero sic sunt honorādi vt eis debita reuerētia exhibeat̄. ⁊ necessaria ministrent̄. ¶ Secundū est nō occides. vbi s̄m litteraz act⁹ homicidij p̄hibet̄. s̄m spm̄ v̄o etiā volūtas occidēdi. Un̄ huic mandato s̄m lr̄am fit supadditio in euāgelio. q: lr̄a euāgelij exprimit̄. qd̄ legis lr̄a non exp̄mebatur. Euāgelij lr̄a exprimit intelligentiā spū̄alem. i. quā spirituales habēt. ⁊ s̄m quā spū̄aliter viuit̄. Litera legis sensuz carnalē. i. quē carnales habent. ⁊ s̄m quē carnaliter viuit̄: cui facta est supadditio. ¶ Tertiū est nō mechaberis. i. ne cuilibet misciearis excepto federe matrimonij. A p̄te em̄ totuz intelligit̄. Noīe ergo mechie oīs ꝯcubit⁹ illicit⁹. illoꝝ q̄ʒ membroꝝ nō legitim⁹ vsus p̄hibitus debet intelligi. ¶ Quartū est nō furtū facies. vbi sacrilegium ⁊ rapina oīs p̄hibet̄. Nō em̄ rapinā p̄misit q̄ furtū p̄hibuit. s; furti nomīe bn̄ intelligi voluit oēm illicitā vsurpationem rei aliene. Sacrilegiū tribus modis cōmittit̄. q̄n̄ scʒ vl̄ sacrū de sacro vel nō sacrū de sacro. vl̄ sacrū de nō sacro auferet̄. Sacrū v̄o dr̄ q̄cq̄d mancipatū est cultui diuino vt eccl̄ia vel res eccl̄ie. Hic etiā vsura p̄hibet̄ que sub rapina continet̄. Un̄ Hiero. vsuras q̄rere vel fraudare aut rape nihil interest. Comoda fratri tuo ⁊ accipe qd̄ dedisti. ⁊ nihil sup̄fluū queras. q: supabundātia in vsura cōputat̄. Est em̄ vsura vt ait Aug⁹. Cū q̄s pl⁹ exigit in iniuria vl̄ qualibet re q̄ʒ accepit. Itē Hiero. Putāt alij vsurā tm̄ esse in pecunia. s; intelligāt vsuram vocari supabundātiā. s. quicq̄d est. si ab eo qd̄ dederit pl⁹ est. vt si in hyeme debem⁹ decē modios. ⁊ in messe q̄ndecim recipiam⁹. ¶ Si v̄o querit̄ de filijs israel q̄ dn̄o iubente ab egyptijs mutuauerūt vasa aurea ⁊ argētea ⁊ vestes p̄ciosas ⁊ asportauerūt. vtrum furtū cōmiserint. Dicim⁹ eos q̄ vt parerent deo iubēte illud fecerūt nō fecisse furtū. nec oīno peccasse. Un̄ Aug⁹. Israelite nō furtū fecerūt. s; deo iubēte ministeriū prebuerunt. Hoc em̄ de⁹ iussit q̄ legē dedit sic̄ minister iudicis sine peccato occidit quē lex p̄cipit occidi. Sʒ si id sponte faciat homicida est. etiā si eū occidat quē scit a iudice occidendū. Infirmi aūt q̄ ex cupiditate egyptios deceperūt magis p̄missi sunt h̄ facere illis qui iure talia passi sunt. q̄ʒ iussi. ¶ Hic opponit̄ q̄ etiā boni in isto ope peccauerūt. q: naturalē legē cui cōcordat euangeliū ⁊ lex moralis p̄ceptiōis trāsgressi sunt. Que est. Qd̄ tibi nō vis alij ne feceris. Quā veritas scripsit i corde hoīs ⁊ q: nō legebat in corde. iterauit in tabulis. vt voce forinsecus admota: rediret ad cor ⁊ ibi inueniret qd̄ extra legeret. Hāc ḡ illi p̄uaricari vident̄ in illo facto alijs facientes quod nolebāt sibi fieri. Sʒ ibi subintelligendū est iniuste vt nō alij. s. iniuste facias qd̄ tibi non vis fieri. Alioq̄n h⁹ p̄uaricator est iudex duz punit reū nolēs aliq̄d tale sibi fieri. Ita etiaz ⁊ illud dn̄i v̄bū. Oīa quecūq̄ʒ vult; vt faciāt vob hoīes ⁊c̄. De bonis accipiēdū est q̄ nob̄ inuicē exhibere debem⁹. ¶ Quintū p̄ceptuz est. Nō loqueris ꝯtra p̄ximū tuū falsum testimoniū. vbi crimen mēdacij ⁊ piurij p̄hibet̄. Solet aūt q̄ri. vtrū p̄hibitū sit om̄e mē-

Secundum preceptum

De tertio p̄cepto

Ist. Aug. super Exo.

De quarto p̄cepto.

Hiero. in quadam ep̄la.

Hiero. super Ezech.

Si furtū fecerunt filij isr̄ael qn̄ expoliauerūt egyptios.

Aug⁹. super psalmistam.

De quinto p̄cepto.

Aug⁹. super Exo. s. nō om̄e mendaciū ibi ꝓhibet̄.

daciū? Quidā dicūt illō tm̄ ꝓhiberi quod obest ⁊ nō ꝓdest ei cui dr̄. Tale eñ nō ē aduersus primum. vt ideo videaᷣ h̄ addidisse scriptura. Sʒ de mendacio magna q̄stio est que nec cito explicari potest.

Ista ē distinctio. xxxviij. hui⁹ tertij libri. In q̄ magister postq̄ egit de habitib⁹ ꝟtutū ⁊ donoꝝ. Incipit agere de his q̄ ꝯsistūt in actib⁹ p̄ceptoꝝ. Et tria facit. Nā ī primo p̄mittit quedā de p̄ceptis generalia Secūdo determinat quedā de p̄ceptis que sunt ad deū specialiᷣ ordinātia. Tertio explicat p̄cepta q̄ sunt specialiter ad ꝓximū sonātia. Primū vsq̄ ibi. Primū in prima. Secundū vsq̄ ibi. In scd̄a ꝟo tabula. Tertiū vsq̄ ad finē dis. In speciali sn̄ia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionib⁹. quarum prima est hec Decē sunt decalogi nobis mādata a deo per Moysen in duab⁹ tabulis tradita vl̄ donata. Hāc magister insinuās dicit ꝯsiderandū esse de mādatis decalogi que in duob⁹ mādatis. s. dilectiōe dei ⁊ ꝓximi complenᷣ. Nā decalog⁹ s̄m mḡrm habet decē mādata siue p̄cepta qr̄ decalog⁹ est illud decacordū. i. decem cordaꝝ psalteriū de quo dr̄ in psal. In psalterio decacordo psallā tibi. Et sunt illa decē p̄cepta filijs isrl̄ per moysen in duab⁹ tabulis digito dei scriptis tradita. ita q̄ tria q̄ sūt prima tabula ordināt hominē ad deū. septē aūt q̄ sunt in scd̄a tabula ordināt ad dilectionē ꝓximi. Secunda propositio. Ut tria mādata prime tabule ordināt hoiem ad deū. ita septē p̄cepta tabule scd̄e ordināt ad ꝓximū. Hāc magister insinuās dicit. q̄ triū p̄ceptoꝝ prime tabule q̄ ordināt ad deū. Primū est. Nō adorabis deos alienos. nō facies sculptile siue idolū neq̄ omnē similitudinem. Istud p̄ceptū diuidit Origenes ī duo p̄cepta. distinguens inter idolū ⁊ similitudinē. Nā cū aliq̄s facit imaginē rei alicui⁹ existētis in natura. vt hoīs serpētis vel ouis dr̄ facere similitudinē. Si ꝟo facit imaginē alicui⁹ qd̄ nunq̄ vidit ocul⁹. sʒ tm̄ fingit hominis anim⁹. eo q̄ natura sile nō habet: dr̄ facere idolū Unū apl̄s dicit q̄ idolū nihil est in mūdo. Sʒ b. Augustin⁹ dicit. q̄ sit nisi vnū p̄ceptū quod exprimitur his ꝟbis. nō habebis deos alienos. Illud ꝟo quod addiᷣ. nō facies sculptile. nō est aliud p̄ceptū sʒ eiusdem p̄cepti ꝑfectior explicatio. Et sn̄ia ista b. Aug. apparet verior. Ad autoritatē apl̄i quā Origenes allegat ꝓ se. s. idolū nihil est in mūdo. illā exponit b. Aug⁹. dicēs aplm̄ velle dicere q̄ forma idoli nō est ī ter creaturas mūdi cōputanda. qr̄ licet materiā idoli de⁹ creauit. formā tn̄ ei⁹ hoīm peruersitas edidit. ⁊ iō idolū nihil est. qr̄ ei⁹ forma per ꝟbū dei facta n̄ est. vt etiā pcm̄ nihil est. qr̄ per ꝟbū dei factū nō est. vt patet Joh. j. Sʒ ꝯ illud obijcit mḡr ⁊ dicit. Cū beatus Aug⁹. alibi dicat. q̄ oīs forma ⁊ cōpago ē facta per ꝟbū. quō tūc pōt esse veꝝ q̄ forma idoli nō sit facta per ꝟbū. Ad qd̄ r̄ndet dupl̄r. Nā primo s̄m q̄sdam pōt dici q̄ forma idoli inq̄ntū ei: a deo ē. sic etiam pctm̄. ⁊ q̄cquid est inq̄ntū est a deo est. Sʒ forma idoli nō est a deo inq̄ntū posita ē ad adorandū. qr̄ sic nō est creatura sʒ magis ꝑuersitas creature. sicut etiam pctm̄ inq̄ntū pctm̄ nō est a deo nec creatura sʒ creature defect⁹. Scd̄o r̄nderi pt̄ s̄m alios q̄ hec ꝓpositio. Oīs forma deo est. intelligēda est de forma q̄ naturaliᷣ hʒ esse. Talis nō est forma idoli. eo q̄ vere iusticie q̄ est de⁹ nō assimilaᷣ. Secundū p̄ceptū prime tabule est. Nō assumes nomē dei tui ī vanū. i. nō iurabis ꝓ nihilo per deū vl̄ per nomē dei. Uel s̄m sensū allegoricū ꝓhibeᷣ hic xp̄s esse creatura. vt sit sensus mādati. Nō assumes. i. nō putes xp̄m esse creaturā. Tertiū p̄ceptū p̄ie tabule ē. Memēto vt diē sabbati sanctifices. per quod s̄m lr̄aʒ p̄cipiᷣ sabbati obseruātia. Sʒ allegorice mādaᷣ nobis vt in p̄nti a vitijs q̄escam⁹. vt ī futuro dei ꝯtēplatiōʒ a sp̄ūsctō expectemus. ⁊ dicit a sp̄ūsctō expectem⁹. nō iō qr̄ sp̄ūsctūs ista opeᷣ sine p̄re ⁊ sine filio. sʒ qr̄ remissio pctōꝝ appropriaᷣ sp̄ūisctō. Ista tria p̄cepta adaptat mḡr tribus ꝑsonis. primū p̄ri. scd̄m filio. tertiū sp̄ūisancto Tertia ꝓpositio ē hec. Scd̄a tabula moysi data ꝯtinuit septē p̄cepta ad dilectiōʒ ꝓximi ordinata. Hoꝝ p̄ceptoꝝ mḡr in hac p̄nti distinctiōe enumerat q̄nq̄ alia duo reseruās ad aliā distinctiōeʒ. Primū est de honore parētū corꝑaliū. Scd̄m ē de n̄ occidēdo vbi licet s̄m lr̄aʒ. i. s̄m legē moysi ꝓhibeaᷣ tm̄ act⁹ occidēdi. s̄m sp̄m tn̄. i. s̄m legē euāgelicā etiā volūtas occidēdi ꝓhibeᷣ. qd̄ lr̄a euāgelij plane exprimit. Tertium ē. Nō mechaberis. vbi s̄m be. Aug. noīe mechie oīs illicit⁹ ꝯcubit⁹ atq̄ oīs mēbroꝝ illicit⁹ vsus ꝓhibeᷣ. Quartū ē. Nō furtū facies. vbi noīe furti oēm illicitā vsurpatiōʒ rei aliene voluit dn̄s ītelligi. ⁊ isto p̄cepto ꝓhibeᷣ vsura. rapina. ⁊ sacrilegiū. qd̄ tripl̄r cōmittiᷣ. s. dū vel sacrū de sacro. vl̄ nō sacrū de sacro vel sacrū de nō sacro auferᷣ. sacrū aūt diciᷣ esse illud qd̄ diuino cultui extitit mācipatū. Quintū ē. Nō loq̄ris ꝯ p̄ximū tuū falsum testimoniū q̄ p̄cepto crimen mēdacij ⁊ ꝑiurij ꝓhibeᷣ. Et tantum in speciali de sententia huius distinctionis.

De triplici genere mēdacij. a

Sciendū tamē tria eē genera mēdacioꝝ. Sunt eñ mēdacia q̄dā ꝓ salute vel cōmodo alicui⁹ nō malicia s̄ benignitate dicta q̄lᷣ obstetrices mētite sūt ⁊ raab. Est ⁊ aliō mēdacij gen⁹ qd̄ fit ioco qd̄ nō fallit. Scit ei cui dr̄ cā ioci dici. Et h̄ duo genera mēdacioꝝ n̄ sunᷣ sine culpa. s̄ nō cū maḡ. Perfect̄ ꝟo nō ꝯuenit mētiri nec etiā ꝓ tꝑali vita alicui⁹ ne ꝓ corꝑe alteri⁹ aiāʒ suā occidāt. Licet āt eis veꝝ tacere s̄ nō falsū dicere. vt si q̄s nō vult hoiēʒ ad mortē ꝓdere veꝝ taceat: s̄ n̄ falsuʒ dicat. Tertiū ꝟo gen⁹ mēdacij ē qd̄ ex malignitate ⁊ duplicitate ꝓdit cūctis valde cauēdū. His videᷣ innui mēdacia illa q̄ fiūt ioco vl̄ ꝓ salute alicui⁹: impꝑfect̄ esse venialia peccata. ꝑfect̄ ꝟo illō qd̄ ꝓ cōmodo alterius dr̄ esse dānabile. qd̄ etiā d̄ mēdacio ioco so putari pōt p̄cipue si itereᷣ. De mēdacio aūt obstetricū ⁊ raab q̄ fuerit veniale Aug. tradit dicēs. Forsitan sic obstetrices nō remunerate sūt qr̄ mētite sūt. s̄ qr̄ infantes liberauerūt ⁊ ꝓpᷣ hāc miscd̄iam veniale fuit pctm̄. non tn̄ nullū. sic raab liberata ē ꝓpᷣ liberatōʒ exploratoꝝ ꝓ q̄ fuit veniale pctm̄. Sʒ ne putet q̄sq̄ in ceter̄ pctīs si ꝓpᷣ liberatiōeʒ hoīm fiāt ta posse ex ce q̄ ī veniā. Multa eñ mala detestāda talē sequūᷣ errorē. Possum⁹ eñ ⁊ furādo alicui ꝓdesse. si paup cui daᷣ sentit cōmodū ⁊ diues cui tolliᷣ n̄ sentit icōmodum. Ita ⁊ adulterādo possum⁹ ꝓdesse si aliq̄ nisi ad h̄ ei ꝯsentiaᷣ apareat amādo moritura. et si vixerit penitēdo purganda. nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium.

Di. XXXVIII

Aug⁹. super psal. v.

Q̄ mēdaciū obstetricum ⁊ raab fuit veniale.

Sciendũ est etiã octo esse genera mendacij vt Aug⁹. in li. de mẽdacio tradit. Que diligenter notãda sunt vt appareat qd mẽdaciũ sit veniale ⁊ damnabile. Primũ capitale est mendaciũ longeq₃ fugiendũ qd fit i doctrĩa religionis. Ad qd nulla causa quisq₃ dz adduci. Scdm qd tale est vt nulli psit ⁊ obsit alicui. Tertiũ quod ita pdest alteri vt obsit alteri. Quartũ sola mentiẽdi fallendiq₃ libidie qd mũz mendaciũ est. Quintũ qd fit placẽdi cupiditate de suaui eloquio. His omnib⁹ euitatis sequit sextũ genus qd nulli obest ⁊ pdest alicui. vt si quis pecuniã alicui⁹ iniuste eẽ tollendã sciens vbi sit nescire se mentiat. Septimũ qd ⁊ nulli obest: ⁊ pdest alicui. vt si qs nolens hoiem ad mortẽ quesitũ pdere mentiatur. Octauũ qd nulli obest ⁊ ad hoc pdest vt ab immũdicia corpali aliquid tueat. In his aũt tãto min⁹ peccat quisq₃ cũ mentiat: qñto magis a pmo recedit. Quisquis vo aliqd gen⁹ esse mẽdacij qd peccatũ nõ sit putauerit: decipiet seipsum turpiter cũ honestuz esse deceptorẽ aliorũ arbitret. Omẽ ẽ gen⁹ mendacij summopere fuge. qz omẽ mẽdacium non est a deo.

> Aug⁹. d. viij generib⁹ mendacij.

Quid sit mendacium. b

Hic videndum est

ꝯfiteri oporteat: non solū illa autoritate Iacobi· Confitemini alterutrū peccata vr̄a ⁊c· ꝫ etiā alioꝝ pluribꝰ testimonijs comprobatꝰ· Ait eñ Augꝰ· Iudicet seipsum homo voluntarie dū potest· ⁊ mores ꝯuertat in meliꝰ· Ne cū iam non poterit· ꝓter voluntatē a dño iudicetur· ⁊ cū in se ꝓtulerit seuerissime medicine· ꝫ tamē vtilissime sniam: veniat ad antistites ꝑ quos illi claues ministrātur ecclesie· Tanꝗ bonus iam incipiēs esse filius: mater noꝝ membroꝝ ordine custodito· a ꝓpositis sacramentoꝝ accipiat satisfactiōis sue moduꝫ in offerēdo sacrificio ꝯtriti cordis deuotus ⁊ supplex· Id tñ agat ꝙ non solū sibi ꝓsit ad salutem· ꝫ etiā ad exemplū ceteris· vt si peccatum eiꝰ non modo in graui eius malo· ꝫ etiā in tāto scandalo alioꝝ est· atqꝫ hoc expedire vtilitati ecclesie videtꝰ antistiti· in noticiaꝫ multoꝝ vel totiꝰ plebis agere pniam non recuset· Ne letali plage ꝑ pudorē addat tumorem· cū tāta est plaga peccati ⁊ imperꝰ morbi vt medicamēta corpis ⁊ sanguinis dñi differenda sunt autoritate antistitis· debet se remouere ab altari ad agendā pniam· ⁊ eadeꝫ recōciliari· Itē Leo papa· Multiplex misericordia dei· ita lapsibus subuenit humanis vt nō modo ꝑ baptismū: ꝫ etiā ꝑ pniam spes vite reparetꝰ· sic diuine voluntatis ꝓsidijs ordinatis vt indulgentiā dei nisi supplicatiōibꝰ sacerdotū nequeant obtinere· Christus eñ hanc ꝓpositis ecclesie tradidit potestatē· vt ꝯfitentibus pnie satisfactionē darent· et eosdem salubri satisfactione purgatos: ad communionē sacramētoꝝ ꝑ ianuā recōciliatiōis admitterēt· Itē Augꝰ· Quē penitet omnino peniteat· ⁊ dolorem lachrymis ostendat· ⁊ representet vitā suā deo ꝑ sacerdotē: ꝓueniat iudicium dei ꝑ ꝯfessionē· Precepit eñ dñs mundandis vt ostenderēt ora sacerdotibus· docens corꝑali ꝓsentia cōfitenda peccata· nō ꝑ scripta manifestāda· Dixit eñ ora mōstrate ⁊ omēs· nō vnꝰ ꝑ omnibꝰ· nō aliuꝫ statuatis nunciū ꝗ ꝓ vobis offerat munꝰ a moyse statutum· ꝫ qui ꝑ vos peccastis· ꝑ vos erubescatis· Erubescentia eñ ipsa ꝑtē habet remissionis· Ex misericordia eñ hoc ꝓcepit dñs· vt nemo peniteret in occulto· In hoc eñ ꝙ per seipsum dicit sacerdoti· ⁊ erubescentiam vincit· timore offensi fit venia criminis· Fit eñ veniale ꝑ ꝯfessionē· qđ criminale erat in operatione· ⁊ si nō statim purgatꝰ· fit tamen veniale qđ cōmiserat mortale· Multū eñ satisfactionis obtulit qui erubescētie dominās nihil eoꝝ que cōmisit nuncio dei negauit· Deꝰ eñ qui misericors ⁊ iustus est sicut seruat misericordiam in iusticia· ita ⁊ iusticiā in misericordia· Opus eñ misericordie est peccanti peccata dimittere· ꝫ oportet vt iustus misereatꝰ iuste· Cōsiderat eñ si dignꝰ est: non dico iusticia ꝫ ⁊ misericordia· Iusticia eñ sola dānat· sed dignꝰ est misericordia ꝗ spūali labore ꝗrit grām· Laborat eñ mens patiendo erubescentiā· Et qm̄ verecūdia magna ē pena· ꝗ erubescit pro xp̄o: fit dignus misericordia·

Vñ patet qꝛ ꝗto pluribꝰ ꝯfitebitꝰ in tēpore venie turpitudinē criminis: tāto faciliꝰ consequitꝰ gratiā remissionis· Ipsi eñ sacerdotes plus possunt ꝓficere· plus cōfitentibus parcere· Itē Leo papa· Quis plenitudo fidei videatꝰ esse laudabilis· ꝗ ꝓpter dei timorem apud hoies erubescere nō veretꝰ· tñ qꝛ nō omniū sunt huiuscemodi peccata· vt ea ꝗ pniam poscunt nō timeāt publicari· Remoueatꝰ improbabilis ꝯsuetudo· ne multi a pnie

Augꝰ. Home lia de pnia

Leo pa. Theodoro foroliuiensi epō.

Augꝰ. in lib. de pnia

Qđ criminale fit veniale

Quāto pluribꝰ quis cōfitetꝰ: tāto faciliꝰ ei ignoscitꝰ

remedijs arceanť· duꝫ aut erubescūt aut ti-
ment inimicis sua facta reserare· quibꝰ ꝓhi
legū ꝓcelli ꝯstitutione· Sufficit eñ confessio
que ꝑmū deo offerť· ⁊ tūc etiā sacerdoti q̄ ꝓ
delictis penitentiū ꝑcator accedit· Tūc eñ
plures ad pniam poterūt ꝓuocari· si populi
auribꝰ nō publiceť conscientia ꝯfitentis· Ex
his alijsq̄ꝫ pluribus indubitāter ostenditur·
oportere deo ꝑmū ⁊ deinde sacerdoti offer-
ri cōfessioneꝫ· nec aliter posse ꝑuenire ad in-
gressum ꝑadisi: si assit facultas·

Secundo articulo· scꝫ an sufficiat confite-
ri laico· e

Nunc priusq̄ꝫ pre-

missis autoritatibꝰ que his ꝯtradicere videť
respondeamꝰ: tertiā questionē intueamur·
Qđ eñ secūda questio ꝯtinebat· s· an sine cō
fessione ⁊ iudicio sacerdotis soli deo cōfiteri
sufficeret· expeditū est ⁊ certificatuꝫ ꝑmissis
testimonijs q̄ nō sufficit confiteri deo sine sa
cerdote· nec est vere humilis ⁊ penitēs si nō
desiderat ⁊ requirit sacerdotis iudiciū· Sed
nunq̄d equiualet alicui cōfiteri socio vel ꝓxi

Solutio

mo suo saltē cū deest sacerdos: Sane ad hoc
potest dici q̄ sacerdotis examen requirēduꝫ
est studiose· q̄ꝛ sacerdotibus ꝯcessit deus po
testatē ligandi atq̄ꝫ soluēdi· Et ideo quibus
ipsi dimittūt: ⁊ deus dimittit· si tñ defuerit sa
cerdos ꝓximo vel socio est faciēda confessio

Qualem debet querere sacerdotem Augꝰ. in lib. de pnia

Sed curet quisq̄ꝫ sacerdotē querere q̄ sci
at ligare ⁊ soluere· Talem eñ esse oportet q̄
alioꝝ crimina dijudicat· Vñ Augusti· Qui
vult ꝯfiteri peccata vt inueniat grām: querat
sacerdotē qui sciat ligare ⁊ soluere· ne cū ne-
gligens circa se extiterit: negligať ab eo qui
eum misericorditer monet ⁊ petit· ne ambo
in foueā cadant· quam stultꝰ euitare noluit·
Tanta itaq̄ꝫ vis ꝓfessionis est: vt si deest sa-
cerdos cōfiteatur ꝓximo· Sepe eñ contin-
git q̄ penitens nō potest verecūdari corā sa
cerdote· quē desiderāti nec tp̄s nec locus of
fert· ⁊ si ille cui confitebiť potestatē nō habe-
at soluēdi: fit tamē dignꝰ venia sacerdotiꝭ de-
siderio qui crimē ꝯfiteť socio· Mundati eñ
sunt leprosi dū ibant ora vel se ondere sacer-
dotibus anteq̄ꝫ ad eos ꝑuenirēt· Vñ patet de-
um ad cor inspicere: dū ex necessitate ꝓhibē-
tur ad sacerdotes ꝑuenire· Sepe quidē que
runt eos sani ⁊ leti· ꝫ dū querūt anteq̄ꝫ ꝑue-
niant moriunť· Sꝫ misericordia dei vbiq̄ꝫ est
q̄ ⁊ iustis ꝑcere nouit: ⁊ si nō tam cito sic sol-
uerenť a sacerdote· Qui ergo omnino confiteť
sacerdoti meliori q̄ꝫ potest cōfiteať· ⁊ si ꝑctm̄

occultū est: sufficiat referre ī noticiam sacer-
dotis· Nam in resurrectiōe puelle pauci iter
fuerūt qui viderēt· Nondū eñ erat sepulta·
nondū extra portā delata· nondū extra do-
mum in noticiam portata· Intꝰ resuscitauit
quā intꝰ inuenit· Relictis solis petro ⁊ iaco-
bo ⁊ iohē ⁊ patre ⁊ matre puelle· in quibus fi
guraliter ꝯtineť sacerdotes ecclesie· Quos
aūt extra inuenit aduertendū est quomodo
suscitauit· Flebat eñ turba post filiū vidue·
fleuit martha ⁊ maria supplicātes pro fratre
flebat ⁊ turba Mariam secuta· In quo doce
mur publice peccātibꝰ nō ꝓpriū sed ecclesie
sufficere meritū· Laboret ergo penitēs ī ec-
clesia esse ⁊ ad ecclesie vnitatē tendere· Nisi
eñ vnitas ecclesie succurrat: nisi quod deest
peccatori sua orōne cōpleat· de manibus ini
mici nō eripieť anima mortui· Credendum
est eñ q̄ oēs orōnes ⁊ elemosyne eccl̄ie· ⁊
opera iusticie ⁊ misericordie succurrāt reco
gnoscēti mortē suā ad ꝯuersionē· Ideoq̄ꝫ ne
mo digne penitere pōt· quē nō sustineat vni
tas eccl̄ie· Ideoq̄ꝫ nō petāt sacerdotes ꝑ ali
quā culpam ab vnitate eccl̄ie diuisos· Ex
his satis aperiť ⁊ absoluiť ꝑmisse questionis
articulꝰ· Querēdus est eñ sacerdos sapiēs
⁊ discretꝰ· q̄ cū potestate simul habeat iudici
um· q̄ si forte defuerit ꝯfiteri dꝫ socio· Beda

Beda

vo inter ꝯfessionē venialiū ⁊ mortaliū distin
guit sup illū locū· Cōfitemini alterutꝝ pecca
ta vestra· Ait eñ· Coequalibꝰ quotidiana ⁊
leuia· grauiora vo sacerdoti pandamꝰ· ⁊ q̄n
to iusserit tp̄e purgare curemꝰ· q̄ꝛ sine ꝯfessi-
one emēdationis peccata nequeūt dimitti·
Sꝫ ⁊ grauiora coequalibꝰ pandēda sunt cuꝫ
deest sacerdos ⁊ vrget ꝑiculū· Venialia vo
etiā sacerdotū ablata copia licet ꝯfiteri coeq̄
li· ⁊ sufficit vt quibusdā placet· si tñ ex cōtem
ptu nō ꝑtermittať sacerdos· Tutiꝰ est tñ ⁊ ꝑ
fectiꝰ vtriusq̄ꝫ generis pctā sacerdotibꝰ pan
dere ⁊ ꝯsiliū medicine ab eis q̄rere· quibꝰ cō
cessa est potestas ligādi ⁊ soluēdi·

Hic aperit qualiter supradicte autorita-
tes intelligende sunt· i

Cū ergo ex his ali-

isq̄ꝫ pluribꝰ testi monijs ꝑspicuū fiat ⁊ indubi
tabiliť ꝯstet pctā primū deo deinde sacerdo-
ti esse ꝯfitēda· ⁊ si ip̄e defuerit etiā socio· Illō
Iohis chrysostomi supiꝰ positū nō est ita ītel
ligendum· vt liceat alicui si tp̄s habeat sacer
doti nō ꝯfiteri· ꝫ q̄ꝛ sufficit vbi crimē occultuꝫ
est soli deo ꝑ sacerdoteꝫ dicere ⁊ semel· Nec
oportet publicari corā multis· qđ occultū est

Qđ notauit dicēs· nō tibi dico vt te ꝓdas in publicū· Sic eñ publica noxa publico eget remedio· ita occulta: secreta ꝯfessione ⁊ occulta satisfactiōe purgat· Nec necesse est: vt qđ sacerdoti semel ꝯfessi sum⁹· iteꝝ confiteamur: ſ lingua cordis nō carnis apud veꝝ iudicē id iugiter ꝯfiteri debem⁹· Unde Johes ait· Nūc aūt si recorderis pctōꝝ tuoꝝ et frequēter ea in ꝯspectu dei ꝓnuncies ⁊ pro eis depcceris: citi⁹ illa delebis· Si ṽo obliuiscaris tunc eoꝝ recordaberis nolēs· qñ publicabūtur ⁊ in ꝯspectu oīm amicoꝝ ⁊ inimicoꝝ sanctorum q₃ angeloꝝ ꝓferent· Ita etiam illud Amb· Lachryme lauāt delictū qđ voce pudor est cōfiteri· ad publicā pniam referendū est· Ibi eñ ṽtutē lachrymaꝝ ⁊ ꝯfessiōis ostēdens: significare voluit q lachryme occulte ⁊ ꝯfessio secreta sicut q̄ fit soli sacerdoti lauāt delictū· qđ pudet aliquē publice ꝯfiteri· Qꝫ ṽo dicit se lachrymas petri legisse: non satisfactionē ⁊ ꝯfessionem· ꝑ hoc nō excludit illa· Multa eñ facta sunt q̄ scripta nō sunt· ⁊ forte nondū facta erat institutio ꝯfessionis que modo est· Silr ⁊ illud ꝓsperi· Si sui iudices fiant: mutabūt eterna supplicia· ⁊ illud· Facilius deū placabūt sibi· q̄ aut ꝓprijs ꝯfessionibus crimē ꝓdunt· aut nescientib⁹ alijs in sentēniam excōmunicationis ferūt· ad publicaꝫ ꝯfessionē ⁊ satisfactionē referri oportet· Nō eñ solis sacerdotib⁹ ius ligādi atq₃ soluendi datū est· si cuiq₃ suo arbitrio se pena vel excōmunicationis snīa ligare ⁊ absq₃ sacerdotali iudicio seipsum deo ⁊ alteri reconciliari licet Qđ ecclesiastice institutioni ⁊ ꝯsuetudini penitus repugnat· Poti⁹ ḡ si publice peccasti· publice ꝯfitere te reū ⁊ emēda· Si ṽo occulte deliquisti· etiā sic nō taceas· nec tñ dico vt publices· Taciturnitas eñ peccati ex superbia nascit cordis· Ideo eñ peccatū suū q̄s celat: ne reputet foris qualē se iā diuino conspectui exhibuit· qđ ex fonte supbie nascitur Spēs eñ supbie est se velle iustū videri qui peccator est· atq₃ hypocrita ꝯuincit: q̄ ad instar ꝑmoꝝ parentū vel tergiuersatione ṽborum pctā sua leuigare ꝯtēdit· vel sicut Cayn peccata sua reticēdo supprimere q̄rit· Ubi ḡ supbia regnat ⁊ hypocrisis· humilitas locuꝫ non habet· Sine humilitate ṽo alicui veniā sperare nō licet· vbi est ḡ taciturnitas ꝯfessionis· nō est sperāda venia criminis· Iam certissime liquet q̄ sit detestabile pcti silentium ⁊ ecōuerso q̄ sit necessaria ꝯfessio· Est enim ꝯfessio testimoniū ꝯsciē deū timētis· Qui eī timet iudiciū dei: pctm̄ nō erubescit cōfiteri Perfect⁹ timor soluit omnē pudorē· cōfessio peccati pudorē habet· ⁊ ipsa erubescentia est grauis pena· Ideoq₃ iubemur ꝯfiteri peccata vt erubescentiā patiamur ꝓ pena· Naꝫ h̄ ipsum ps est diuini iudicij· Si ḡ queritur· ad q̄d confessio sit necessaria: cū in ꝯtritione iam deletū sit peccatū· Dicim⁹ quia quedaꝫ punitio peccati ē sicut satisfactio oꝑis· Per confessionē etiā intelligit sacerdos qualiter debeat iudicare de crimine· Per eam quoq₃ peccator fit humilior ⁊ cautior·

Marginalia: Job. Chry. — Hāc expositionē ꝯfirmat ꝑ ṽba Johis. — Esici⁹ super Leuiticum — Job. Chry. — Ad q̄d valeat ꝯfessio

Ista est distinctio· xvij· hui⁹ quarti libri· In qua magister postq̄ determinauit de ꝑtibus penitētie, Hic circa determinata mouet tres questiones incidentes quas fm ordinē soluit. Primo eñ querit: an ad remissionē peccati sit necessaria ꝯfessio oris ⁊ satisfactio oꝑis vel sola contritio sine his sufficiat. Secundo vtrum sufficit confiteri soli deo sine sacerdote Tertio vtrū possit fieri confessio laico. Primum vsq₃ ibi. Iam secundū questionis. Secundū ab inde vsq₃ ibi. Nunc prius q̄ premissis autoritatibus Tertiū vsq₃ ad finē distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima ē hec ¶ In cordis vera contritiōe peccatū a deo dimittit si votū confitendi ⁊ satisfaciendi firmiter concipitur: Hanc magister insinuans ꝓponit tres questiones q̄rum prima est. Utrū ad remissionē peccati necessaria sit ꝯfessio oris ⁊ satisfactio oꝑis. vel sola contritio sine his sufficiat. Et tangit circa eam tres opiniones. Quidā eñ dixerunt ꝯtritionem sine confessione sufficere. Ad qđ confirmandū adducūt plures autoritates ꝑ quas nitunt ostēdere q solū ꝓpositū ꝯfitendi ⁊ interior cordis gemit⁹ sufficiūt ad deletionē peccati. Unde ⁊ leprosi mūdati sunt quādo ostenderunt se sacerdotib⁹. ⁊ Lazar⁹ prius suscitatus int⁹ q̄ foras ꝓdijt. Alij ṽo dicūt necessariā fore ꝯfessionē. nec sine ipsa peccatū dimitti. si tp̄s illam faciēdi assit. qui dictas autoritates soluūt ⁊ alias ꝓ sua opinione adducunt. que dicere vident q sola ꝯfessio iustificat ⁊ a morte liberat hoīem. ⁊ ip̄m facita peccati ꝓfundo ñ absorbi. Et dicit q si sine cōfessione ⁊ pene solutione deleant peccata. claues ecclesie frustra institute viderent. Inducūt etiā quasdā autoritates ꝑ quas videtur ꝓbari q fiat remissio sine alicui⁹ pene solutione. Postea determinat hanc questionē dicēs q sine exteriori ꝯfessione ⁊ pene solutiōe deleant peccata per ꝯtritionē ⁊ humilitatē cordis ⁊ ꝯfitendi propositum hoc eñ est confessio cordis ⁊ si non oris. Dummodo ꝯtempt⁹ confitēdi exteri⁹ ⁊ satisfaciendi nō assit: sufficiunt ꝯtritio ⁊ humilitas cordis. vbi autē facultas adest necessaria est cōfessio ⁊ satisfactio. Autoritates sūt supradicte ad cordis ꝯtritionē ⁊ interiorē pniam referende sunt. Addit etiam q sicut peccati remissio donū dei est. ita pnīa ⁊ confessio ꝑ quā peccatū deletur a deo est. In hoc ergo ꝯcludit tota determinatio q anteq̄ fuerit cōfessio in ore si votū ꝯfessionis sit in corde sequit remissio peccatoꝝ. oportet tñ penitentē confiteri si tp̄s habeat. ¶ Secunda ꝓpositio est hec Quis in ꝯtritione vera peccatū sit deletū. tñ absolutio est danda ꝑ sacerdotē discretū· Hanc magister insinuans ꝓponit secundā questionē. Utrū sufficiat confiteri soli deo ⁊ nō sacerdoti. vel an etiā necessarium sit ꝯfiteri sacerdoti. Ad qđ quasdā autoritates q̄dam adducūt in quib⁹ videt dici q soli lachryme interiores lauāt delictū. Legit eñ q petr⁹ fleuit ⁊ non cōfessus fuit. q: nō est necessariū q peccator peccatū suū ꝓdat. ⁊ q sufficit q peccator pctm̄ suū in sepu-

niat lachrymis ꝓprijs. Postea ostēdit oppositū. videlicet ꝙ pter ꝯfessionē deo factā oportet ꝯfessionem facere sacerdoti si facultas assit. Et hoc patet ꝑ multas autoritates q̄ dicunt ꝙ satisfactiōis mod⁹ ⁊ recōciliatio peccatoꝝ ad ministros ecclesie ꝑtinent. q̄ nō possunt sine ꝯfessione fieri. ⁊ erubescētia que est in cōfessione peccatoꝝ ⁊ pena ad remissionē oꝑat̄ pctōꝝ. Unde ⁊ leprosis dictū est vt ora sua ostenderent. ꝓpter qḋ q̄to quis plurib⁹ cōfitet̄ in spe venie turpitudinem criminis. tāto facili⁹ ꝯsequit̄ remissionē peccatorum. Subdit aūt ꝙ non est necessariū vt pctor̄ alij q̄ sacerdoti confiteat̄ crimē suū. q̄ ex hoc seq̄ posset scandalū p̄sbyteroꝝ. et retardatio a ꝯfessione. Tertia ꝓpositio est hec. Et si in periculo mortis copia sacerdotis nullaten⁹ posset h̄ri tūc licitū est ad cautelā laico confiteri. Hanc magister insinuans ꝓponit tertiam questionē que est. Utrū confessio possit vł debeat fieri laico. Et determinat ꝙ faciēda est discreto sacerdoti. qui sciat soluere ⁊ ligare vel simul cum potestate absoluēdi habeat iudiciū ⁊ discretionē. si tamen sacerdos defuerit faciēda est confessio ꝓximo vel socio. Ipsum tñ bonū ꝓpositū ⁊ desideriū ⁊ humiliatio ꝯfitentis valent ei ad remissionē peccatoꝝ. ⁊ specialiter facta ad ministeriū ecclesie. que oīa autoritatibus cōfirmat. Subdit etiā ꝙ extra ecclesiam nō fit remissio. Beda tñ videt̄ dicere ꝙ leuia peccata ⁊ quotidiana licet socijs ꝯfiteri etiā si assit copia sacerdotis ⁊ sufficit si tñ nō ꝑtermittat̄ sacerdos ex contemptu. grauiora aūt sacerdoti cōfitenda. si tñ sacerdotum copia nō assit. grauiora etiā sunt socijs confitenda. Magister tamē dicit ꝙ tuti⁹ ⁊ ꝑfecti⁹ est simul leuia ⁊ grauia sacerdotib⁹ confiteri. quibus cōcessa est potestas ligandi ⁊ soluēdi. Postea etiā ex determinatione p̄missoꝝ dat intelligentiā quarundā autoritatum que suꝑ inducebant̄ contra veritatē secunde opinionis. Quod eñ Chrys. dicit ꝙ peccator nō debet se ī publicum ꝓdere. hoc intelligendū est nō ꝙ nō oportet coram multis hominib⁹ publicare peccatū. sꝫ sufficit sacerdoti dicere. Quod autē b. Ambro. dicit lachrymas lauare delictū intelligendū est si confessio saltē soli sacerdoti facta sit. ⁊ si nō fiat cōfessio publica criminis. qḋ aūt ait idē se petri lachrymas legisse nō ꝯfessionē dicendū quidē est ꝙ ꝓpter hoc non excludit̄ ꝯfessio. multa eñ facta sunt que tñ non sunt scripta: vel forte nondū erat confessio instituta. Quod aūt ꝓsper dicit. ꝙ sufficit ꝙ aliqui seipsos puniāt. intelligendū est ꝙ sufficit sine confessione publica. non excludit ꝯfessionem priuatā. que fieri debet sacerdoti. Addit etiā ꝙ sine confessione peccatū nō remittitur si facultas assit. Ultimo etiā querit si in cōtritione peccatū delet̄: ad quid tunc necessaria est cōfessio. Et rñdet ꝙ necessaria est confessio. Primo q̄ est ps pnīe ꝓpter erubescentiā cōfitentis. Secūdo q̄ ꝑ cōfessionē sacerdos intelligit qualiter d̄ peccato debeat iudicare. Tertio q̄ ꝑ confessionē peccator reddit̄ humilior ⁊ cautior. Et tñ in speciali.

De remissione sacerdotis. a

DI. XVIII

Hic queri solz si pctm̄ omnino dimissuz est a deo ꝑ cordis ꝯtritionē: ex q̄ penitēs votū habuit ꝯfitendi. q̄d postea dimittat̄ ei a sacerdote. Uideo eñ quo vinculo eū ligat. s. tꝑalis pene. s̄ nō a quo eū absoluat. Et ideo q̄ro. Ante penitudinē q̄ppe cordis aīa rei maculā habet. ⁊ fetorē peccati atq̄ eterne vltiōis vinculo ligata existit. Si do ad ꝯfessionē ꝑ cordis ꝯtritionē de⁹ ꝑ seipsum sine ministerio sacerdotis ⁊ debitū omnino relaxat. ⁊ aīam interi⁹ purgat a ꝯtagione et fetore peccati: q̄d ergo mundat: q̄d dimittit sacerdos: vbi sunt claues ille quas dn̄s tradidit petro ⁊ successorib⁹ eius dicēs. Tibi dabo claues regni celoꝝ. ⁊ quecūq̄ ligaueris super terrā erūt ligata ⁊ in celo. ⁊ quecūq̄ solueris sup terrā: erūt soluta ⁊c. Ut aūt p̄missa questio pleni⁹ explicari valeat. q̄si alti⁹ ducto rethe de his clauibus ⁊ vsu earum disseramus.

De clauibus. b

Claues iste sūt non corꝑales s̄ sp̄uales. s. discernēdi scientia ⁊ potētia iudicādi. i. ligādi ⁊ soluēdi. qua dignos recipe. īdignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex. Qui sic habet ius ligandi ita ⁊ soluēdi. Uñ Amb. Dn̄s par ius ⁊ soluēdi esse voluit ⁊ ligādi. q̄ vtrūq̄ pari cōditiōe ꝑmisit. Ergo qui soluēdi ius nō habet: nec ligandi habet. ⁊ infra. Certū est ꝙ ecclīe vtrūq̄ licet. heresis vtrūq̄ nō habet. Jus eī hoc solis ꝑmissum est sacerdotib⁹. Recte ꝗ ecclesia hoc sibi vendicat. que veros sacerdotes habet. heresis vendicare non potest. que veros sacerdotes non habet.

De vsu clauium. c

Usus vero harum clauiū multiplex est: discernere. s. ligādos et soluēdos: ac deinde ligare vel soluere. Qui eñ indignos ligat vł soluit ꝓpria p̄tāte seꝑat. i. dignū priuatione se facit.

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata. d

Sz querit̄ vtruz a pctō soluere valeat sacerdos. id ē a culpa. vt culpe maculā abstergat vel debitū et̄ne mortis soluere valeat. Quidā arbitrati sunt. cū peccator dupliciť ligat⁹ teneat̄: vt p̄dictū est scꝫ mētis ꝯtagione ac cecitate. ⁊ debito future pene. alteꝝ curari ꝑ deū. alteꝝ solui per sacerdotē. Patit̄ eñ ꝑ pctm̄ quasdā tenebras interiores ⁊ maculas a q̄b⁹ nisi liberet̄ ꝓijcietur in tenebras exteriores. Cū aūt liberatur ab his: suscitat̄ a morte pcti. Uñ aplus. Surge q̄ dormis ⁊ illuminabit te xp̄s. Sol⁹ enim xp̄s nō sacerdos aīam resuscitat. ac pulsis tenebris interiorib⁹ ⁊ maculis. eā illuminat et

Opinio quorundam

mundat q̃ aie faciẽ lauat. Debitũ vo eterne pene soluere ꝯcessit sacerdotib⁹. Qd i resurrectione lazari signatũ asserũt. quẽ xp̃s ꝑus ꝑ se interi⁹ viuificauit. deinde foras exire iussit. eũq; adhuc ligatũ soluere aplis ꝑcepit q: vt aiũt ipse interi⁹ aĩam a caligine maculaq; peccati emũdat. sacerdotib⁹ vo dedit vinculum eterne mortis soluere. Alij vo dicũt solum deũ nõ sacerdotẽ debitũ eterne mortis dimittere sicut ⁊ aĩam interius ꝑ se viuificat nec tñ diffidẽter sacerdotib⁹ traditã ptãtem peccata dimittẽdi ⁊ retinẽdi quib⁹ dictuz est quoꝝ remiseritis pctã ⁊c. Sicut eñi xp̃s retinuit sibi potestatẽ baptismi. ita ⁊ pnĩe. Et ĩõ sicut interi⁹ grã sua aĩam illuminat. ita et simul debitũ eterne mortis relaxat. Ipse eñi ꝑ seipsum pctã penitentiũ tegit. ⁊ tũc tegit qñ ad penã nõ reseruat. Tũc g̃ tegit qñ debituz pene soluit. Qz aũt ipse tegat apte dic̃ Aug⁹ expones illũ locũ psalmi. Quoꝝ tecta sunt peccata. i. cooꝑta ⁊ abolita. Si eñi texit deus peccata: noluit aduertere. Si noluit aduertere: noluit animaduertere. i. punire. s; ignoscere. Ita g̃ dicta deo tecta vt de⁹ nõ videat id est. eternalit̃ puniat. Uidere eñi dei pctã est ad penã imputare. Auertere aũt faciez a peccatis. hoc est ea ad penã nõ reseruare. Itẽ

Hiero. Hiero. Quib⁹ de⁹ dimittit peccata tegit ne in iudicio reuelent̃. Itẽ Cassiodor⁹.

Cassiodo. Qui g̃uia habẽt peccata. alijs de⁹ imputat. alijs ꝑ misericordiã nõ imputat. Ex his aꝑte ostendit̃ q de⁹ ipse penitentẽ soluit a debito pene. et tũc soluit qñ int⁹ illuminat inspirãdo veram cordis ꝯtritionẽ. Cui inferiõ suffragant̃ ⁊ autoritates attestant̃. Nemo eñi vere cõpungit̃ de peccato. hñs cor ꝯtritũ ⁊ humiliatũ. nisi in charitate. Qui aũt charitatẽ habet: vita dignus est. nemo aũt simul vita ⁊ morte dign⁹ est. Nõ est g̃ tũc ligat⁹ debito eterne mortis. Fili⁹ eñi ire esse desijt ex quo diligere ⁊ penitere cepit. Et tũc g̃ solut⁹ est ab ira que non manet sup illũ q̃ credit in xp̃m: s; sup illũ q̃ nõ credit. Non ergo postmodũ ꝑ sacerdotẽ cui cõfitet̃ ab ira eterna liberat̃. a qua iã liberatus est ꝑ dñm ex quo dixit. cõfitebor. Sol⁹ g̃ de⁹ hominẽ interi⁹ mũdata peccati macula ⁊ a debito eterne pene soluit. q ꝑ ꝓphã ait

Rõne vtitur ad ꝓbanduz qd dicit

Ego solus deleo iniq̃tates ⁊ pctã pplĩ. Item Amb. Uerbũ dei dimittit pctã. sacerdos et iudex. Sacerdos q̃dẽ officiũ suũ exhibet sed nulli⁹ potestatis iura exercet. Idẽ. Ille sol⁹ peccata dimittit. q̃ sol⁹ ꝓ peccatis nr̃is mortuus est. Itẽ Aug⁹. Nemo tollit pctã nisi solus de⁹. q̃ est agn⁹ tollẽs pctã mundi. Tollit aũt ⁊ dimittẽdo que facta sunt ⁊ adiuuando ne fiant. ⁊ ꝑducẽdo ad vitã. vbi oĩno fieri nõ possunt. His alijsq; pluribus testimonijs docet̃ dñm solũ ꝑ se peccata dimittere. et sic dimittit quibusdã: ita ⁊ alioꝝ quorũdã peccata retinet.

Ambro. auctoritatũ probat idem

Aug⁹. cõtra Julianum

Qz sacerdotes etiã dimittũt peccata ⁊ tenent peccata suo modo. c

Nec ideo tamẽ negam⁹ sacerdotib⁹ ꝯcessam ptãtẽ dimittẽdi ⁊ retinẽdi pctã. cũ h veritas in euãgelio apte doceat. Hinc Aug⁹. ait. Ecclesie charitas q̃ ꝑ spĩm sanctũ diffundit̃ in cordib⁹ eoꝝ q̃ participes sui sunt: pctã dimittit. eoꝝ q̃ nõ sunt retinet. Idẽ. Sacerdotes pñt ꝯfitẽtib⁹ parcere. quib⁹ eñi remittũr: remittit de⁹. Lazarũ eñi de monumẽto suscitatũ obtulit discipulis soluendũ. ꝑ hoc ostẽdens potestatẽ soluẽdi concessam sacerdotib⁹. Dixit eñi. Qdcũq; solu̾eritis sup̃ terram erit so. ⁊ ĩ ce. ⁊c. Hest. Ego de⁹. ⁊ oẽs celestis curie ordines: ⁊ oẽs sancti ĩ gloria mea laudãt vobiscũ ⁊ ꝯfirmãt quos ligatis ⁊ soluitis. Nõ dixit quos putatis ligare et soluere: s; in quos exercetis op⁹ iusticie ⁊ misericordie. Aliter aũt vel alia oꝑa vr̃a in peccatores nõ cognosco. Idẽ. Cũ veraciter ad deum cõuerso peccata dimittunt̃: ab eis dimittunt̃ quibus ipse veraci cõuersione ꝯiungit̃ Spũs sanctus ea dimittit: q̃ datus est oĩb⁹ sanctis sibi charitate coherẽtibus. siue se nouerint corꝑaliter siue nõ. Silr cũ alicuius tenent̃ peccata. ab eis tenet̃ a quib⁹ ille cordis prauitate disiungit̃: siue notis corꝑaliter. siue ignotis. Oẽs mali spũaliter a bonis seiuncti sunt. Ecce h dicit peccata dimitti ⁊ teneri a sanctis viris. ⁊ tñ spĩm sctm̃ ea dimittere dic̃. ⁊ qd maiori ꝯsideratiõe dignũ est. idez etiã dic̃ q deus ꝑ se vel ꝑ sanctos suos tñ dimittit pctã. Ait eñi sic. Sacrm̃ grẽ dat de⁹ etiam ꝑ malos. ipsam vo grãm nõ nisi ꝑ seipsuz vel ꝑ sanctos suos. Et ĩõ remissionẽ pctõꝝ: vel ꝑ seipsum fac̃ vel ꝑ ipsi⁹ colũbe mẽbra. q̃bus ait. Si cui dimiseritis: dimittet̃. Ecce q̃ varia a doctorib⁹ tradunt̃ sup his. ⁊ in hac tãta varietate q̃d tenendũ. Hoc sane dicere ac sentire possum⁹. q sol⁹ de⁹ dimittit pctã ⁊ retinet. ⁊ tñ ecclie ꝯtulit potestatẽ ligandi ⁊ soluẽdi: s; aliter ipse soluit ⁊ ligat. alit̃ ecclia. Ipse eñi ꝑ se tñ ita dimittit peccatum. quia ⁊ animã mundat ab interiori macula. ⁊ a debito eterne mortis soluit.

Aug⁹. super Johem

In li. de pnĩa

Quomodo sacerdotes ligant et soluunt a peccatis. f

Non aūt hoc sacer

dotibus ꝯcessit· quibꝰ tñ tribuit potestatē sol
uendi ⁊ ligādi· i· oñdendi hoīes ligatos vł so
lutos· Ūñ dñs leprosum sanitati ꝑus ꝑ se re
stituit· deinde ad sacerdotes misit· quoꝝ iu
dicio oñderet̄ mūdatꝰ· Ita etiā Lazaꝝ iā vi
uificatū obtulit discipulis soluendū· quia ⁊ si
aliquis apd̄ deū sit solutꝰ· non tñ in facie ec
clesie solutꝰ habet̄· nisi ꝑ iudiciū sacerdotis·
In soluēdis ġ culpis vel retinēdis: ita opat̄
sacerdos euāgelicꝰ ⁊ iudicat· sicut olim lega
lis in illis q̄ ꝯtaminati erāt lepra q̄ peccatū si

Hiero·

gnat· Ūñ Hiero· sup Math· vbi dñs ait Pe
tro· Tibi dabo claues regni celoꝝ· ⁊ qđcūq̄
ligaueris sup terrā erit ligatū ⁊ in celis· ⁊ qđ
cūq̄ solueris sup terrā erit solutū ⁊ in celis·
Hūc inquit locū quidā non intelligentes ali
quid sumūt de supcilio phariseoꝝ· vt dānare
innoxios· vel soluere se putēt noxios· cū apđ
deū nō sñia sacerdotū ꝟ reoꝝ vita queratur
In Leuitico se oñdere sacerdotibꝰ iubētur
leprosi· q̄s illi non faciūt leprosos vel mūdos
ꝟ discernūt q̄ mūdi vel immūdi sūt· Ita et h̄
apte oñdit̄ qꝛ nō sequit̄ deꝰ ecclesie iudiciū· q̄
ꝑ surreptionē ⁊ ignorantiā interdū iudicat
Deꝰ aūt sp̄ iudicat ꝟm veritatē· Et in remit
tendis vel ī retinēdis culpis id iuris ⁊ officij
habēt ecclesiastici sacerdotes· qđ olim habe
bant sub lege legales ī curādis leprosis· Hi
ġ peccata dimittūt vel retinēt· dū dimissa a
deo vel retēta iudicāt ⁊ oñdunt· Ponūt eñ
sacerdotes nomē dñi sup filios israel ꝟ ipē be
nedicit vt dꝛ in numeris· Hūc modū ligādi ⁊
soluēdi Hiero· supra notauit·

Aliꝰ modus ligādi ⁊ soluendi· d

Ligāt quoq̄ sacer=

dotes dū satisfactionē pnīe ꝯfitētibꝰ īponūt
Soluūt cū de ea aliq̄d dimittūt· vel ꝑ eā pur
gatos ad sacroꝝ cōionē admittūt· Quē mo
dū supiꝰ Leo papa notauit· Scđm hunc mo
dū dicunt̄ etiā sacerdotes dimittere pctā vł
retinere· Ūñ supiꝰ Augꝰ· dixit· Quibꝰ remit
tunt remittit deꝰ ⁊c· Opus eñ iusticie exer
cent in pctōres cū eos iusta pena ligāt· opus
misericordie dū de ea aliq̄d relaxāt vel sacra
mētoꝝ cōmunioni ꝯciliāt· alia opa in pecca
tores exercere nequeūt· Et notandū est· qꝛ
q̄s satisfactiōe penitentie ligāt· eo ipso a pec
catis solutos ostendunt· qꝛ non īponitur ali
cui satisfactio penitētialis· nisi quē sacerdos
de penitentē arbitrat̄· Alijs nō imponit· ⁊ eo

Augꝰ· in lib· de pnīa

ipso pctm̄ retineri a deo iudicat· Qꝛ aūt hoc
ad claues ptineat Augꝰ· oñdit dicens· Fru
strat̄ claues ecclesie q̄ sine arbitrio sacerdotꝭ
pniam agit· si sine oris ꝯfessione criminis in
dulgētiā ipetrat̄· Est ⁊ aliꝰ modꝰ ligandi ⁊
soluēdi q̄ ꝑ excōmunicationē gerit̄ dū aliq̄s
ꝟm canonicā disciplinā tertio vocatꝰ ad emē
dationē manifesti delicti ⁊ satisfacere vilipē
dens· sñia ecclesie a loco oratiōis ⁊ sacramē
toꝝ cōmunione ⁊ fideliū ꝯsortio ꝓciditur vt
erubescat: ⁊ pudore sceleris ꝯuersus penite
at· vt sic spūs eiꝰ saluus sit· Qꝛ si pniam ꝯfi
tens resipuerit: negate cōmunioni admitti
tur· ⁊ eccłie recōciliat̄· Hec est aūt eccłie ana
thematizatio· hāc penā illis q̄ digne ꝓcellun
tur infligit· qꝛ grā dei ⁊ ꝓtectio illis amplius
subtrahit̄· ac sibiipsis relinquunt̄· vt sit eis li
beꝝ ruere in interitū peccati· In q̄s etiā ma
ior diabolo seuiēdi dat̄ ptās· Orationes q̄z
ecclesie ⁊ bñdictionum ac meritoꝝ suffragia
eis nequaq̄z suffragari putant̄·

Quō ꝟm hos modos intelligendū sit illđ
Quodcūq̄z sol· ⁊c· b

Secundū hos ligā

di ⁊ soluēdi modos quō veꝝ est qđ dꝛ· Qđ cū
q̄z soluerꝭ sup terrā erit solutū ⁊ in celis· ⁊ qđ
cūq̄z ligaueris sup terrā erit ligatū ⁊ in celis
⁊c· Aliq̄ñ eñ ostendūt solutos vel ligatos q̄
non sunt apud deū ⁊ pena satisfactiōis ⁊ ex
cōmunicatiōis interdū indignos ligant vel
soluūt· ⁊ indignos sacramētis admittunt· et
dignos admitti arcēt· Sꝫ intelligendū est h̄
in illis quoꝝ merita solui vel ligari postulāt·
Tūc eñ sñia sacerdotis iudicio dei ⁊ totius
celestis curie approbat̄ ⁊ ꝯfirmat̄· cum ita ex
discretione ꝓdit vt reoꝝ merita non ptradi
cant· Quoscūq̄z ergo soluunt vel ligant ad
hibentes clauē discretionis reoꝝ meritꝭ: sol
uuntur vel ligant̄ in celis· id est· apud deum
qꝛ diuino iudicio sacerdotis sententia sic ꝓ
gressa approbat̄ ⁊ ꝯfirmat̄· Quos ġ ꝟm meri
ta sñia ecclesie percellit: ledit· ⁊ illi foris sunt
apud deū· Qui aūt nō meruit: sñia eccłie nō
ledit̄ nisi ꝯtemnat· Ūñ Origenes· Exijt q̄s

Origenes sup Leuiticū

a xp̄itate a fide· a charitate· ꝑ h̄ exit de castris
eccłie· etiā si epi vocē nō abijciat̄· sic e contra
aliq̄s nō recto iudicio foras mittit̄· Sꝫ si non
egit vt meret̄ exire: nihil ledit̄· Interdū eñ
q̄ foras mittit̄ intꝰ est· ⁊ q̄ foras est: intꝰ videt̄
retineri· Ecce q̄lis ⁊ q̄ntꝰ est vsus aposto
licaꝝ clauiū· Iā ostēsum est ex pte qualit̄ sa
cerdotes dimittūt pctā vel tenēt· ⁊ tñ retinu
it sibi deꝰ q̄ndā singularē potestatē dimittēdi
vel retinēdi· qꝛ ipse solꝰ ꝑ se debitū eťne mor
tis soluit ⁊ aīam interius purgat·

Que sint interiores tenebre τ interior macula.

Hic querit que sit

illa macula τ q̄ sint ille tenebre interiores. a
quib⁹ de⁹ interi⁹ aīam purgat. cū verā peni
tentiā immittit. De tenebris τ interiori cali
gine satis facile est τ intelligere τ respōdere
Cū eñi quis mortalit̄ delinqt: τ grā virtutis
priuat̄ si quā p̄cessit. τ naturaliū bonoꝝ elisio
nem patit̄. vñ τ intellect⁹ obtundit̄ τ tot⁹ hō
interior obtenebrat̄. τ ita quasi caligine q̄dā
mens obuoluit̄. que caligo peccati pena est.
Hanc xō de⁹ pellit cū pniam immittit p̄ quā
p̄dita bona restituit. τ vitiata repat. Unde p
pheta. Nebulā sic̄ cinerē spargit. Sꝫ q̄ est ma
cula peccati a qua aīam lauat. Ecce eñi quis
voluit facere homicidiū τ patrauit. q̄ patra=
to desinit tam velle q̄ȝ facere. nondū tñ vere
τ humiliter penitet. nec ꝯfiteri p̄ponit. Que
ḡ remansit in aīa illi⁹ macula? Mala volun=
tas quidē fuit macula illi⁹ anime. ꝫ illa trāsit.
Macula etiā est si penitere cōtemnit. ꝫ h̄ est
peccatū aliud a p̄cedenti. Que ḡ macula re=
mansit a qua ipe in pnia purgat̄? Polluta q̄=
dem est anima quousqꝫ peniteat. sic̄ erat dū
in ea praua erat volūtas. Sicut eñi qui tan=
git morticinū vel aliud immundū. ita pollu=
tus est post tactū quousqꝫ lauat̄: sicut fuit dū
tāgeret. ita post tactū peccati ita polluta re=
manet aīa sicut fuit in ipo actu peccati. qꝛ ita
est longe a deo p̄ dissimilitudinē q̄ est vita et
mūdicia mētis. sicut fuit dū peccatū ageret.
Ipsa ḡ dissimilitudo q̄ inest aīe ex peccato: τ
est a deo elongatio: anime macula intelligit̄
a qua purgat̄ in pnia. Hoc aūt sol⁹ de⁹ facit.
q̄ solus suscitat aīam τ illuminat. qđ sacerdo
tes nequeūt q̄ tñ medici sunt aīaꝝ. Unñ p̄=
pheta. Nunq̄d medici suscitabūt τ ꝯfitebun
tur tibi. Qđ exponēs Aug⁹. ait. Boni docto
res recte medici dicunt̄. q̄ viuētes curare mi
nisterio possunt. ꝫ nō mortuos suscitare. So
la enim dei gratia reuiuiscunt.

Ista est distinctio. xviij. hui⁹ quarti libri. In
qua magister postq̄ determinauit de penitētia q̄ȝ tuꝫ
ad eius p̄tes. Hic aūt ꝯsequenter determinat de po=
testate ministroꝝ hoc sacramentū dispensantium. Et
circa hoc tria facit. Primo eñi numeꝝ clauiū. τ in q̄
eoꝝ vsus constat p̄ponit. Secūdo quomodo sol⁹ de
us peccata dimittat subdit. Tertio etiā modum quo
sacerdotes ligant τ soluūt adiungit. Primum q̄dez
facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi. Sed queritur
vtrū a peccatis. Secundum vsqꝫ ibi. Nō aūt hoc sa=
cerdotib⁹. Tertiū xō ab inde vsqꝫ ad finem distincti
onis. In speciali sententia magistri stat in tribus p̄
positionibus. quaꝝ prima ē hec. Claues he sacer=
dotibus ꝯcesse sunt scīa discernendi. τ spūalis pōten
tia iudicādi. Hanc eñi p̄positionē magister insinuās
querit. Cum in sola contritione cū p̄posito ꝯfitendi
dimittatur peccatum quantū ad maculā τ reatū pē
ne añ confessionē sacerdoti factam. quid ergo dimit=
tit sacerdos in sua absolutione. τ qđ etiā virtus cla
uium opet̄. Postea aūt magister determinat quid sit
virtus clauiū τ dicit. q̄ ille claues nō corpaliter. sed
spūaliter intelligēde sunt. τ nihil aliud sunt q̄ scīētis
discernendi. τ potentia iudicādi quia iudex ecclesia=
sticus habent dignos recipe. τ indignos excludere a
regno dei. i. ab ecclesia vel sacramentoꝝ perceptionē
vbi etiā subdit q̄ vis ligandi similiter τ vis soluendi
sacerdotibus ecclesie competit τ non hereticis. Po
stea etiā dicit q̄ vsus clauium in duobus consistit. s.
in discernēdo ligādos τ soluendos. τ etiā in ligando
ligandos. similiter τ in dissoluēdo ligatos. Secū=
da propositio est hec. Sol⁹ deus maculā culpe ab=
stergit. τ a debito mortis eterne absoluit. Hanc enim
p̄positionē magister insinuās querit quid operet̄ sa
cerdos in absoluēdo a peccato. vtꝝ scꝫ culpā vel etiā
penam tollere possit. Tangit aūt magister circa hoc
duas opiniones. Quibusdā videt̄ q̄ deus animā su
scitat a morte τ sacerdos remittit reatū pene. Unde τ
dñs Lazaruꝫ prius suscitauit τ viuificauit. τ postea
apostolis soluendū reliquit. Alijs xō videt̄ q̄ solus
deus sicut animā viuificat interius tollendo culpam
sic τ reatū pene eterne relaxat. Tñ sacerdotib⁹ tradi=
ta est potestas dimittēdi peccata τ retinēdi. sicut eñi
deus solā potestatē baptismi sibi retinuit. ita τ pnīe.
Et hanc sniam approbat magister tanq̄ rationabileꝫ
simul eñi cū culpa pena dimittit̄. τ nemo xō conterit̄
nisi homo q̄ est in charitate. qui aūt charitateꝫ habet
dign⁹ est vita eterna. τ nō pena eterna vel morte. τ iō
deus q̄ dimittit culpā etiā dimittit penā. Qđ autoꝛ=
itatibus sanctoꝝ ꝯfirmat. Postea dicit q̄ nō obstan
te q̄ sol⁹ deus dimittit peccata. verūtamen est q̄ etiā
sacerdos habet potestatē dimittēdi τ retinēdi pctā τ
aliquid opat̄ p̄ istā potestatē. qꝛ peccata dimittit τ re
tinet. qđ pluribus autoritatib⁹ ꝯfirmat. Postea dat
vnum modū quo sacerdotes dicunt̄ ligare τ soluere
dicens q̄ de⁹ p̄ se dimittit culpā mundādo animaꝫ a
macula culpe. τ soluēdo debitū pene eterne. Sacer=
dotes xō dimittūt τ soluūt omissionē factā vel nō fa
ctam manifestādo τ ośdendo. Añ dñs prius τ per se
leprosis sanitatē restituit. Deinde ad sacerdotes mi=
sit. quoꝝ iudicio ostenderent̄ mūdati. Añ τ si aliq̄s
apud deū est absolutus. nō tñ in facie ecclesie absolu
tus habet̄ nisi p̄ iudiciū sacerdotis. Unde sicut sacer
dos legalis leprā nō mundauit. sed inter mundos τ
immundos discernebat. ita sacerdos euangelij pctā
non dimittit. sꝫ vtrū dimissa sint iudicat et ostendit.
Tertia p̄positio est hec. Sacerdotes ligant cum
satisfactionē imponūt penitētie. Tūc xō soluūt cum
de ea aliq̄d dimittūt τ purgatos ad sacramentoꝝ cō=
munionē admittūt. Hanc magister insinuans ꝯtinuat
p̄dicta. s. ponēdo scđm modū quo sacerdotes dicunt̄
ligare in quantū penā satisfactoriā penitētibus impo
nunt. Soluere vero dicunt̄ qñ aliq̄d de satisfactione
debita releuāt τ purgatos ad sacramentoꝝ cōmunio
nem admittūt. τ sic ecclesie reconciliāt. In primo ex
ercent op⁹ iusticie. In secūdo op⁹ misericordie. eo q̄
ligant ad satisfactoriā penam τ peccatorem solutum
ostendūt. qꝛ nulli pena satisfactoria imponitur nisi ei
quē sacerdos vere penitentē arbitratur. Qđ aūtē pe
nam imponere ad claues pertineat ośdit per beatum
Augustinū q̄ dicit q̄ penitētia sine arbitrio sacerdo=
tis frustrat̄. τ ꝯtemptibiles claues ecclesie facit. τ q̄
sine vocali confessione supposita mentali indulgentia
haberi non potest. Postea ponit tertium modū quo
sacerdotes soluūt τ ligant p̄ excōmunicationē. Tūc

eñ quis hoc modo ligaẗ dũ tertio vocat⁹ ad emẽdati onem manifesti delicti ⁊ satisfactionẽ vilipendẽs per sententiã ecclesie a loco orationis ⁊ sanctoꝝ cõmunione ⁊ a ꝯsortio fidelium ꝑscindiẗ ⁊ erubescat et pudore sceleris ꝯuersus peniteat. Tunc ꝟo soluiẗ qñ pniam ꝯfitens cõmunioni admittiẗ ⁊ ecclesie reconciliatur ꝑ hanc aũt excõmunicationẽ hec infligiẗ pena. ⁊ gra diuina ⁊ ꝓtectio hoĩ subtrahiẗ angelica. vt derelict⁹ liberius in peccatũ cadat. diabolo etiã potestas in talem hoĩem daẗ. orationes ecclesie illi nõ ꝓdesse putanẗ. Postea querit q̃ ꝯ ẽm hos modos tres ligãdi ⁊ soluendi veꝝ sit ꝙ dñs dicit illa in celis esse soluta ⁊ ligata que in terris sacerdotes ligauerunt ⁊ soluerunt. cum tamen ipsi quandoq̧ ligatos ⁊ solutos ostẽdant. qui non sunt absoluti coram deo etiam ꝑ dictorum modoꝝ triũ. ꝗpsi etiã interdum indignos ligant ⁊ soluunt. Et respondet ꝙ intelligendũ est ꝙ tunc solutio ⁊ ligatio sacerdotis diuino iudicio approbatur quando clauis discretionis adhibita fit ẽm exigentiam meritoꝝ. Quando autem sacerdos in iudicando errat tunc qui ligatur apud deũ iudicem ligatus nõ habetur nisi ecclesie sñiam cõtemnat. Et similiter dicendum est de solutione. Unde ẽm Origenẽ. Interdum qui foras mittiẗ intus est. ⁊ qui foras est: interius retineri videẗ. Ultimo occasione huius querit: q̃ sit illa macula ⁊ que sint ille interiores tenebre. a quibus deus animã purgat cum penitentiam immittit. Et respondet quantũ ad maculam que remanet ĩ anima. ꝙ illa non sit mala voluntas. quia illa transiuit. nec pnĩe cõtemptus. quia ille est nouũ peccatum sed dissimilitudo ⁊ elongatio a deo que tanq̃ macula in est anime a qua purgaẗ ꝑ penitentiã. quantum vero ad tenebras interiores respondẽdo dicit. ꝙ hominis mortaliter peccãtis intellectus obtenebraẗ ⁊ naturalia vitiantur ⁊ gratia dei priuaẗ. priuatio ergo gratie dei ⁊ deterioratio bonoꝝ naturaliũ est interior mẽtis caligo a quib⁹ oĩb⁹ curaẗ ꝑ pniam. Addit etiam ꝙ sacerdotes sunt sicut medici aĩaꝝ. medici autẽ possunt viuentes curare. sed non possunt mortuos suscitare. sic sacerdotes in ministerio curant. sola aũt gratia dei viuificat. Et nũ in speciali.

Quĩ he claues danẗ ⁊ quibus. a

DI· XIX

Postq̃ ostẽsuz est que sint claues apostolice et quis eaꝝ vsus. supest inuestigare quãdo iste claues denẗ ⁊ qb⁹ Danẗ he claues ꝑ ministeriũ epĩ alicui in ꝓmotione sacerdotij. Cũ eñ recipit ordinem sacerdotalẽ. simul ⁊ has claues recipit. Sed nõ videẗ ꝙ oẽs vel soli sacerdotes has claues habeant. qꝛ plerũq̧ ante sacrã ordinationem scientiã discernẽdi habẽt. Plures post consecrationẽ ea carent. Sane dici potest ꝙ alterã clauiũ istaꝝ. i. scientiã discernẽdi non habent oẽs sacerdotes. vnde dolendũ est atq̧ lugendũ. Multi eñ licet in discretiatq̧ sciẽtie qua eminere debẽt expertes. sacerdotij gradũ recipe ꝑsumunt vita ⁊ scientia eo indigni. qui nec añ sacerdotiũ nec post scientiã habent discernẽdi. qui ligãdi sint vel soluendi. Ideoq̧ illã clauẽ in cõsecratione nõ recipiunt. quia semꝑ sciẽtia carẽt. Qui vero ante sacerdotiũ sciẽtia discernendi ꝑditi sunt. licet habeant discretionẽ. nõ tamẽ in eis ẽ clauis. quia nõ valent ea claudere vel aperire. Ideoq̧ cũ ꝓmoueẗ ĩ sacerdotẽ: clauẽ discretionis recte dr̃ accipe. qꝛ ⁊ añ habita discretõ augeẗ. ⁊ fit in eo clauis vt ea iã valeat vti ad claudendũ vel aperiendũ.

Q nõ oẽs sacerdos alterã clauem hꝫ scꝫ scientiam discernendi.

Si alterã clauẽ omnes habeant. s. potentiam ligandi ⁊ soluendi. b

Cũq̧ iam cõstet nõ oẽs sacerdotes illas duas claues habere. quia sciẽtia discernẽdi plerũq̧ carent. de altera. i. potẽtia ligandi ⁊ soluẽdi queriẗ. vtrum oẽs sacerdotes eã habeant. Quidam eñ hanc potestatẽ putãt illis solis esse ꝯcessam. qui doctrinã simul ac vitã apostoloꝝ seruãt. Illas eñ claues ꝓmisit dñs petro ⁊ imitatoribus ei⁹ tantũ. vt aiunt. Qui etiã autoritatibus vtunẗ in munimentum sue opinionis Hoc eñ dicũt Augustinũ sensisse vbi superius ait. Remissionẽ peccatoꝝ vel ꝑ seipsum facit deus vel ꝑ colũbe mẽbra. Dicit etiã idem peccata dimitti vel teneri a sanctis. Idẽ sup Exodũ vbi de lamina aurea legiẗ. Erat aũt lamina aurea semꝑ in fronte sacerdotis. Hec inq̃t significat fiduciã bone vite. quã qui vere ꝑfecteq̧ nõ significatõe ꝫ veritate sacerdos habet. sol⁹ potest auferre peccata. Itẽ Gregorius. Illi soli habẽt in hac carne positi potestatẽ ligãdi ⁊ soluẽdi. sicut sancti apostoli q̃ illoꝝ exempla simul cũ doctrina tenent. Itẽ ex dictis Orige. Hec potestas soli petro concessa est ⁊ imitatorib⁹ Petri. Nam quicunq̧ vestigia petri imitanẗ. habent recte ligãdi ⁊ soluẽdi potestatẽ. His alijsq̧ testimonijs innitunẗ q̃ asseuerãt potestatẽ ligandi ac soluẽdi illis solis ꝯcessam sacerdotibus q̃ vita et doctrina pollent sicut apl̃i.

Aug⁹. in lib. de baptismo.

Gregorius ĩ tractatu euãgeliorum

Alioꝝ sententia verior. c

Alijs autem videẗ qꝺ ⁊ mihi placere fateor. cũctis sacerdotib⁹ hanc clauẽ dari. s. ligãdi ⁊ soluẽdi. ꝫ nõ eã recte ac digne habẽt: nisi qui vitã ⁊ doctrinam apostolicam seruãt. Nec ꝑmisse autoritates malos sacerdotes hanc potestatẽ negãt habere. ꝫ illos solos digne ac recte hac potestate vti significant. q̃ ꝑditi sunt vita ⁊ doctrina apostolica. qꝛ soli ipsoꝝ apostolorũ imitatores digne recteq̧ possunt ligare ⁊ soluere. ⁊ ꝑ eos tantũ vel ꝑ sanctos in quibus habitat spũssanctus digne ⁊ recte fit remissio vel re

tentio peccatorum. Fit tamen per illos qui sancti non sunt. sed non digne vel recte. Dat enim deus benedictionem digne poscenti etiam per indignum ministrum. Quod vero hanc potestatem habeant omnes sacerdotes. Hiero. testatur super illum locum euangelij vbi dominus dixit Petro. Tibi dabo claues regni celorum etc. Habent inquit eandem iudiciariam potestatem alij apostoli. Habet et omnis ecclesia in episcopis et presbyteris. Sz ideo petrus eam specialiter accepit. vt omnes intelligant quod quicunque ab vnitate fidei et societate ecclesie se separauerit neque a peccatis solui nec celum potest ingredi. Item quod sacerdos etiam si malus sit gratiam tamen transfundit pro sue dignitatis officio. Aug. ostendit dicens. Dictum est a domino in numeris ad moysen et aaron sacerdotes: vos ponite nomen meum super filios israel. Ego dominus benedicam eos. vt gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus. nec voluntas sacerdotum obesse vel prodesse possit. sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij et ordinis: hinc aduertamus. Dictum est de nequissimo caypha inter cetera. Hoc autem a semetipso non dixit. sed cum esset pontifex anni illius prophetauit. per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni vel indigni. sed ordinem traditionis. vt quamuis aliquis boni meriti sit. non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus: vt officij ministerium exhibeat. dei autem est effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur ordo non priuari potestatem tribuendi gratiam ob ministri indignitatem.

Quod omnes sacerdotes habeant potestatem ligandi et soluendi probatur.

Quod etiam per indignos transfunditur gratia dignis.

Aug. in li. questionum noui et vete. testa.

Huic tamen Augustini sententie videtur obuiare quod ait Esicius. Sacerdotes inquit non propria virtute benedicunt. sed quia figuram christi gerunt. et propter eum qui in ipsis est plenitudinem benedictionis tribuunt. nec solum is qui sacerdotium sortitus est. sed quicunque christum in seipso habet et eius figuram gerit: per conuersionem bonam sicut Moyses: idoneus est vt benedictionem prestet. Ecce hic habes quod non solum sacerdos sed omnis in quo christus habitat benedictionem prestat. Sed alia est benedictio que solis sacerdotibus congruit. Alia que ab omnibus bonis communiter exhibetur. Denique illi sacerdotes in quibus christus habitat benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur. non quia soli illi transfundant gratiam. sed quia illi soli licite et digne id agunt. nec subditos mala vita sacerdotis ledit si bona faciunt que ille dicit. Vnde Grego. Multi dum plus vitam sacerdotum quam suam discutiunt: in erroris foueam dilabuntur. minus considerantes quod non eos vita sacerdotum lederet. si bu similiter bonis sacerdotum ammonitionibus aurem accommodarent.

Esicius super Leuiticum

De hoc quod scriptum est in Malachia: Maledicam benedictionibus vestris.

Premisse vero sententie

qua dicitur etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis. videtur obuiare quod dominus per Malachiam prophetam malis sacerdotibus comminatur. Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi. Vebis qui viuificant animas que non viuunt. et mortificant animas que non moriuntur. Si enim maledicit dominus benedictionibus eorum. et si anime quas viuificant non viuunt. quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum. Maledicam etc. quidam referunt ad hereticos. qui ab ecclesia presciti sunt. et ad excommunicatos quorum benedictiones sunt maledictiones: his qui eorum sequuntur errores. Illud vero alterum. scz viuificant etc. super omnes illos sacerdotes exponunt. qui absque claue scientie et forma bone vite presumunt ligare et soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet nisi immunis sit ab alijs que in alijs iudicat. alioquin seipsum condemnat.

Qualis debet esse iudex ecclesiasticus. e

Qualem autem oporte-

at esse qui aliorum iudex constituitur. Augustinus describit ita dicens. Sacerdos cui omnis offertur peccator ante quem statuitur omnis languor. in nullo eorum sit iudicandus: que in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus: condemnat seipsum. Cognoscat ergo se et purget in se quod alios videt sibi offerre. caueat vt a se proiecerit quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat quod qui sine peccato est. primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem quia non erat qui iuste proijceret lapidem. Quomodo lapidaret qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato. in quo intelligitur omnes fuisse reos. Nam venialia remittebantur per cerimonias. Si quod ergo in eis peccatum erat: criminale erat. In hoc igitur patentissimum est crimen sacerdotum et detestabile: qui non prius se iudicant et alios alligant. Caue at spiritualis iudex sicut non commisit crimen nequitie. ita non careat munere scientie. Oportet vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria ei potestas hoc postulat vt quod debet iudicare discernat. Diligens igitur inuestigator sapienter interroget a peccatore quod forsitan ignorat vel verecundia velit occultare

Aug. in li. de penitentia.

Nota. Nam venialia hic dicit et criminalia secundum legem. vt venialia putabantur que per cerimonialia dimittebantur sine morte vel mutilatione. criminalia que mortem vel mutilationem inferebant.

Cognito vero crimine varietates eiꝰ nō dubitet inuestigare. ⁊ locum ⁊ tempꝰ ⁊ cetera q̃ supra diximus. quibꝰ cognitis assit beniuolꝰ paratus erigere ⁊ secū onus portare. ⁊ habeat dulcedinē in affectione. discretionē in varietate. doceat pseuerantiā. Caueat ne corruat. ne iuste pdat iudiciariā potestatē. Et si eñ penitētia possit ei acquirere gratiā. nō tamen mox restituat in potestatē primā. Et si petrus post lapsū restitꝰ fuerit ⁊ sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas non tamē est necesse vt omnibꝰ ꝯcedat quasi ex autoritate. Inueniꝰ autoritas que cōcedit ⁊ quasi imperat. Inueniꝰ autoritas alia que non ꝯcedit: sꝫ vetat que scripture non repugnant sed ꝯcordant. Cū eñ tot sunt qui labuntur vt pristinā dignitatē ex autoritate defendant. ⁊ quasi vsum peccandi sibi faciant. recidenda est spes ista. Si vero locus est vbi ista non ꝯcurrant: restitui possunt q̃ peccant. Ex his satio ppenditur qualis debeat esse sacerdos qui alios ligat ⁊ soluit. discretus scꝫ ⁊ iustus. alioquin mortificat sepe animas que non moriunꝰ. ⁊ viuificat que non viuūt. ⁊ ita incidit in maledictionis iudiciū. Illud autē Malachie. s. maledicā benedictionibus vestris. siue sup hereticos tantū ⁊ excōmunicatos. siue sup om̄es sacerdotes: qui vita ⁊ scientia carentes benedicere psumunt: dictū accipiaꝰ. sic intelligi potest. maledicā benedictionibus vestris. id est. his que in eis benedictionibus possidetis. quia faciā ea cedere vobis in maledictionē. non in bñdictionem quia ⁊si benedicūt sanctis. non hoc faciūt ex vero corde. ⁊ ideo eoꝝ benedictio eis vertiꝰ in maledictionem. Uel maledicā benedictionibus vestris. id est. quod a vobis benedicitur. a me erit maledictum. quia benedicūt inique agentibus adulāturq; peccantibus. dummodo diuites sint.

Ista est distinctio. xix. huius quarti libri. In qua magister postq̃ ostendit potestatem clauium fm se. Hic consequenter determinat quorū sit habere claues. Et tria circa hoc facit. Primo eñ ostendit quibus ⁊ quando claues dantur. Secūdo quomodo habentes claues se virtutibus ornare teneꝰ. Tertio q̃rum benedictionibus suscipientibus plus suffragentur. Primum quidem facit a principio distinctionis vsq; ibi. Aliis autem videtur. Secundum ab inde vsq; ibi. s. ad quintum capitulum. quod incipit. Qui vero hanc potestatem. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribꝰ ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Quis non magister tamē omnes doctores dicunt ꝙ vtrāq; clauē omnes sacerdotes in consecratione recipiunt. Hanc magister insinuans proponit primo ꝙ post predicta cōsiderandum est quando ⁊ quibus dantur claues. Et subdit ꝙ claues dantur per ministerium episcopi i. ꝓmotione sacerdotij. simul enim cum quis recipit ordinem sacerdotij recipit ⁊ claues. Postea obijcit in contrarium quantum ad clauem scientie. quaꝫ nec solum sacerdotes habere videntur. plures enim nō sacerdotes scientiam discernendi habent. ⁊ multi sacerdotes ea carent. Et respondet ꝙ hanc clauem. s. que est scientia discernendi non omnes sacerdotes habēt Unde qui scientiam non habent in consecratione hāc clauem non recipiunt. sacerdotes vero q̃uis scientiam discernendi habere possunt. non tamen dicuntur habere clauem. quia non possunt ea claudere vel aperire. sed quando tales ad sacerdotium promouentur dicuntur claues discretionis recipere. quia ante etiam habita scientia habentur. ⁊ sic fit in eo clauis ad claudendum vel aperiendum. ⁊ sic soli sacerdotes habent clauem. Postea querit de claue potentie. Utrū omnes sacerdotes eam habent. Et ponit opinionem quorundam dicentium. ꝙ non omnes eam habent. sed solum imitatores doctrine simul ⁊ vite apostolice. Quod autoritatibus confirmat. ¶ Secunda ꝓpositio est hec. Qui vult alios soluere vel ligare debet se virtutibus prius adornare. Hanc magister ponens narrat secundam opinionem de claue potentie: quam magister approbat. que est ꝙ omnes sacerdotes eam habent. ⁊ non habent eam recte bene ⁊ digne nisi qui doctrinam ⁊ vitam apostolicam seruant. propter quod autoritates quas prima opinio pro se inducit: non negat malos sacerdotes habere clauē potentie. sed dicunt solum digne vti posse eis qui prediti sunt doctrina ⁊ vita apostolica. Postea approbat hanc opinionem pluribus autoritatibus sanctorum ¶ Tertia propositio est hec. Alia est benedictio que solum conuenit sacerdotibus. ⁊ alia que si iustis exhibetur hominibus. Hanc enim propositionem magister insinuans obijcit contra predicta quadam autoritate qua dicere videtur ꝙ omnes sancti viri benedicere habent. et non solum sacerdotes. cuius oppositum predictum est in quadam autoritate. Et respondet ꝙ alia est benedictio que fit ex merito sanctitatis que quidem benedictio omnibus hominibus congruit. Et alia est benedictio que fit ex autoritate ordinis. que solum competit sacerdotibus. quamuis omnes sacerdotes habeant: soli tamen boni sacerdotes dicuntur eam habere qui ea recte vtuntur. Subdit autem ꝙ mala vita sacerdotum subditos non ledit. si bona faciunt que ipse dicit. Unde etiam non debēt subditi vitam sacerdotis multum discutere. Postea enim aliter obijcit contra dicta. Quia enim dominꝰ per prophetam comminatur malis sacerdotibus. ꝙ maledicturus sit benedictionibus eorum. Et specialiter illis sacerdotibus qui viuificant animas que nō viuunt. ⁊ mortificant animas que non moriuntur. Postea quidem soluit ⁊ dicit ad hoc fm quosdam: ꝙ illa intelliguntur de sacerdotibus precisis ab ecclesia. vel etiam de illis sacerdotibus qui sine scientia bona vita presumunt soluere ⁊ ligare. Debet eñ sacerdos immunis esse ab omnibus his que in alio iudicat. Postea etiam occasione huius inducit quasdam autoritates quibus ostenditur qualis debere esse sacerdos qui soluit ⁊ ligat. Debet enim sacerdos ille esse iustus in vita: et similiter discretus in scientia. Ultimo quidem ponit expositionem illius Malachie. Maledicam benedictionibus vestris: scdm beatum Gregorium duplicem. Prima quidem est ꝙ benedictio malorum sacerdotum eis conuertatur in maledictionem. Secunda quidem est: multis inique agentibus benedicunt mali sacerdotes adulando illis quos deus non benedicit. Et tantum in speciali ⁊c.

De his qui in fine penitent. a

DI. XX

Leo papa

Augustin⁹

Aug⁹. in lib. de pnia.

Sciendū est eti

am q tps penitētie est vsq; i extremū articulū vite. Vñ Leo papa. Nemo est desperād⁹ dū i hoc corpe ɔstitut⁹ est. qr nōnunq; qđ diffidētia etatis differt: ɔsilio maturiore perficitur. Aug⁹. tñ de pniam differentibus ita scribit. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipe pniam ⁊ accipit. ⁊ mox reconciliat ⁊ hinc vadit. fateor vobis nō illi negam⁹ qđ petit. ſ nō ꝓsumim⁹. quia bñ hinc exit. Si securus hinc exierit: ego nescio. Pniam dare possumus. securitatē vero nō. Nunqđ dico damnabit? ſ nec dico liberabit. Vis ḡ a dubio liberari: age pniam dum sanus es. Si sic agis dico tibi qr secur⁹ es. qr pniam egisti eo tpe quo peccare potuisti. Si vis agere penitentiā qñ iam peccare non potes. peccata te dimiserūt. non tu illa. Itē. Due res sunt. aut ignoscit tibi. aut non ignoscit. qđ hox tibi sit futux: nescio. Ergo tene certū. dimitte icertum. Sz quare hoc dixit Aug⁹. cū pnia que i fine agit in psalmo appellet sacrificiū vespertinum. qđ erat acceptabil⁹ in lege ⁊ in quacūq; die inuocet de⁹ assit. ⁊ quacūq; hora ingemuerit ⁊ ɔuersus fuerit peccator: vita viuet ⁊ nō morit? Sed illa dixit Aug⁹. ꝑpter illos qui pniam vsq; in finē vite ꝓtrahunt. et tūc non ex dei amore vident penitere. sed timore mortis quasi ex necessitate. Vñ idē qsi aperiēs quare supiora dixerit ait. Nullus expectet quādo peccare nō potest. Arbitrij ei libertatē querit deus. vt deleri possint cōmissa. nō necessitatē sed charitatē. nō tm̄ timorem. qr nō in solo timore viuit homo. Que ergo sero penitet. oportet nō solū timere iudicem. ſ diligere. qr sine charitate nemo saluus esse potest. Nō ergo tm̄ timeat penaz q penitet. ſ anxietur p gloria. Que cōuersio si ɔtigerit alicui etiā in fine desperandū nō est de eius remissione. Sed qm̄ vix vel raro est tam iusta cōuersio. timendū est de penitente sero. maxie cū filij quos illicite dilexit sint ꝑsentes. vxor ⁊ mūdus ad se vocet. multos solet serotina pnia decipe. Sz qm̄ de⁹ sp potens est. sp etiā in morte iuuare valet quib⁹ placet. Cū ḡ opus sit nō hoīs sed dei fructifera penitētia. inspirare eā potest qñcūq; vult sua misericordia. ⁊ remunerare ex misericordia: quos damnare potest ex iusticia. Sz qm̄ multa sunt que impediūt ⁊ languentē retrahunt: piculosū est ⁊ interitui vicinū ad mortem ꝓtrahere pnie remediū. Sz magnū est cui deus tūc inspirat (si quis est) verā pniam Sed si etiā sic ɔuersus vita viuat ⁊ nō moriatur. non ꝓmittimus q euadat omnē penam Nam ꝓus purgand⁹ est igne purgationis q in aliud seculū distulit fructū conuersionis. Hic autē ignis ⁊ si eternus nō sit: miro modo grauis est. excellit eñ oēm penā quam vnq; passus sit aliquis in hac vita. Nunq; in carne tanta inuēta est pena: licet mirabilia martyres passi sunt tormēta ⁊ multi nequiter q̄ᵽta sepe sustinuerūt supplicia. Ex his satis oñditur q periculosum sit differre pniam vsq; in finem vite. Si tamē etiā tūc vera habeat penitentia. hominē liberat: ⁊ vitā mortuo ipetrat. non sic tamē. vt nullā sentiat penaz. nisi forte tanta sit vehemētia gemit⁹ ⁊ ɔtritiōis. que sufficiat ad delicti punitionē. Licet ḡ sit difficile vt tūc sit vera penitētia. que taz sera venit qñ cruciatus membra ligat ⁊ dolor sensum opprimit vt vix homo aliqđ cogitare valeat. melior est tamē sera q nulla. Penitētia eñ si in extremo vite hyatu aduenit: sanat ⁊ liberat. Multū sera fuit latronis penitētia. sed nō fuit sera indulgētia. Sz licet latro veniam meruisset in fine de omni crimine. non tñ dedit baptisatis peccādi ⁊ ꝑseuerandi autoritatem.

De his q hic pniam non complent. b

Si vero querit de

illis q in hac vita pniam non cōplent: vtrum transituri sint p ignē vt ibi quasi cōpleant qđ hic min⁹ fecerūt: Idē dicimus ⁊ de istis esse sentiendū ⁊ de his qui in extremis penitent Si eñ tanta fuerit cordis ɔtritio ⁊ delicti exprobatio: vt sufficiat ad puniendū peccatū liberi ab alijs penis transeūt ad vitā. ⁊ si inexpleta fuerit penitētia. quia ꝑfecte penituerit ⁊ ingemuerit corde. Qui vero non adeo conterunt corde ⁊ ingemiscūt p peccato. sante expletionē penitētie discesserint. ignem purgatoriū sentiēt. ⁊ grauius punient q si hic implessent pniam. Horrendū est eñ incidere in manus dei viuētis. Deus eñ cū sit misericors ⁊ iustus. ex misericordia penitenti ignoscit non reseruās peccatū ad penā eternam. Ex iusticia vero impunitū nō dimittit delictum. aut eñ punit homo. aut deus. hō autem punit penitēdo. De⁹ aūt penā exigēdo. Et est pnia interior ⁊ exterior. Si ḡ interior penitudo fuerit tāta vt sit sufficiēs vlno peccati. de⁹ q hoc nouit ab illo q taliter penitet: vlteri⁹ penam nō exigit. Si vero interior penitudo non sufficit in vindictam peccati nec

exterior penitētia impletur: de⁹ qui modos ꝛ mensuras peccatorꝝ ꝛ penarꝝ nouit. addit penā sufficientē. Studeat ergo quisqꝫ sic delicta corrigere vt post mortē nō oporteat penam tolerare. Quedā eñ peccata mortalia in penitētia fiunt venalia. non tñ mox sanātur. Sepe infirmus moreret̄ si non medicaretur. non tamē statim medicat⁹ sanat̄. Lāguet victurus qui p̄us erat moriturus. Qui aūt impenitēs morit̄ omnino morit̄. ꝛ eternaliter cruciatur. Si ei semper viueret semper peccaret.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruam penitentiā. c

Si vero de illo que

ritur qui satisfactionē iniunctā impleuerit. que ignorantia vel negligentia sacerdotis: peccato condigna non fuit. vtrū de vita migrans ab omī pena liber sit: Idem respōdeo qđ supra de illo qui penitentiā non cōpleuit dixi. Qꝛ si tñ est lamentū interioris doloris vt sufficiat in vindictā peccati. omnino liberatus est. Si vero non sufficit dolor interior simul cū pena iniuncta. addet deus penam. Qꝛ aūt interdū sufficiat dolor iterior ad vindictam peccati: certū documentū habemus in illo latrone. qui sola mētis contritione et confessione statim vt ꝯuersus fuit: paradisuꝫ ingredi meruit. Sed qꝛ dispensatores ecclie cōtritionis quantitatē non ꝑpendunt q̄bus non est datū intelligere occulta cordiū. omnib⁹ leges penitētie ꝯstituūt tā magis q̄ꝫ minus de peccato dolentib⁹. Quorꝫ studiuꝫ ad hec p̄cipue tendere debet. vt cordis doloreꝫ quantū fas est cognoscāt. ꝛ s̄m ipsius modū satisfactionē iniungat. Vñ Aug⁹. In actiōe penitētie vbi tale cōmissum est: vt is qui cōmisit a xp̄i etiā corꝑe separetur. non tā ꝯsideranda est mensura tp̄is q̄ꝫ doloris. Cor enim contritū ꝛ humiliatū deus nō despicit. Verꝫ quia plerūqꝫ dolor alterius cordis occultus est alteri. nec in aliorꝫ noticiā nisi ꝑ verba vel alia quecūqꝫ signa ꝓcedit. cū sit corā illo cui dicit̄. Gemitus meus a te non est absconditꝰ recte cōstituunt̄ ab his qui ecclesijs presunt tp̄a penitētie. vt satisfaciat etiā ecclesie in q̄ peccata ip̄a remittunt̄. extra eam quippe nō remittunt̄. Ipsa eñ spiritūsanctū pign⁹ accepit. sine quo non remittunt̄ vlla peccata.

Aug. in ench.

Itē Hiero. Mensurā tp̄is in agenda penitētia ideo non satis aperte p̄figunt canones ꝓ vnoquoqꝫ crimine. vt de singulis dicāt qualiter vnūquodqꝫ emendandū sit. sed magis in arbitria sacerdotis intelligētis relinquēdum statuerūt. quia apud deū non tm̄ valet mensura temꝑis: quantū doloris. Nec abstinentie tantū ciborꝫ quantū mortificatio vitiorum. Ideoqꝫ tp̄a penitētie ꝓ fide ꝛ conuersatione fideliū penitentiū abbreuianda p̄cipiunt. ꝛ ꝓ negligentia ꝓtelanda. pro quibusdam tamen culpis modi penitentie sunt impositi.

Hiero.

Qꝛ morientibus non sit imponenda satisfactio sed innotescenda. d

Solet etiam queri

vtrum satisfactionis lex morituris sit imponenda. De quo Theodor⁹ cantuarien̄ ep̄s i penitētionali suo sic ait. Ab infirmis in periculo mortis positis. pura inquirēda est ꝯfessio peccatorꝫ. non tamē est illis imponēda quantitas penitētie sed innotescēda. ꝛ cū amicorꝫ orationib⁹ ꝛ elemosynarꝫ largitionibus pondus penitētie subleuandū. si forte migrauerint. Si vero cōualuerint penitētie: modū a sacerdote impositū diligēter obseruēt. Alijs vero ꝓ qualitate peccati: penitētia decernēda est p̄sidentiū arbitrio. Unde Leo papa. Tempa penitudinis habita moderatiōe cōstituenda sunt tuo iudicio. put ꝯuersorꝫ animos ꝑspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes etatis senilis intuitū. ꝛ respicere periculorū quorumcūqꝫ vl̄ egritudinū necessitates.

Leo papa

In necessitate non est neganda penitentia vel reconciliatio. e

Sciēdum etiam q̄

tpe necessitatis nō est negāda penitētia vel recōciliatio penitētib⁹. Vñ Leo papa. His q̄ tpe necessitatis ꝛ ꝑiculi vrgētis instātia p̄sidium p̄nie ꝛ mox recōciliatōis implorāt. nec satisfactio interdicenda est. nec recōciliatio deneganda qꝛ misericordie dei nec mēsuras possum⁹ ponere. nec tp̄a diffinire. Qđ si ita aliqua egritudine aggrauati sunt. vt qđ paulo ante poscebant: sub p̄sn significare nō valeant. testimonia eis fideliū circūstantium p̄esse debēt. simulqꝫ p̄nie ꝛ recōciliatōis cōsequant̄ beneficiū. Itē Juli⁹ papa. Si p̄sbyter penitentiā abnegauerit morientib⁹. re⁹ erit animarū. quia dominꝰ ait. cū ꝯuersus fuerit tunc saluus erit. Vera enim confessio vltimo tempe potest esse. quia nō modo temporis sed etiā cordis deus inspector est. sicut latro probat.

Leo papa

Julius pa.

Quod presbyter non reconciliet inconsulto epo nisi in necessitate. f

Non debet tamen

presbyter penitentē recōciliare incōsulto epo nisi vltima necessitas cogat. Unū in cartaginensi ɔcilio. Presbyter incōsulto epo nō reconciliat penitentē. nisi absente epo si vltīa necessitas cogat. Cuiuscūq penitētis publicū crimē est q vniuersam cōmouerit vrbem ante absidā. s. introitū ecclesie man⁹ ei iponat. Itē Aureli⁹ eps dixit. Si quis in piculo ɔstitutus fuerit τ se conciliari diuinis altaribus petierit. Si eps absens fuerit debet presbyter ɔsulere epm. τ sic periclitantē ei⁹ pcepto reconciliare. Incōsulto vō epo non potest excōmunicatos vel publice penitētes presbyter reconciliare. Unū in cartaginensi ɔcilio scdo statutū est vt chrisma vel recōciliatio penitētium τ puellarum ɔsecratio a presbyteris non fiat. Itē. Recōciliare queq in publica missa presbytero non liceat. puellarum tamē ɔsecratio consulto epo p presbyterum fieri valeat. Unū in cartaginensi ɔcilio scdo. Presbyter inconsulto epo vgines non ɔsecret. chrisma vō nūq cōficiat. Sicut pcepto epi potest presbyter ɔsecrare virgines. sic τ reconciliare penitētes.

In ɔcilio cartaginensi — *Aureli⁹ eps*

An oblatio eius sit recipiēda qui currens ad pniam puenit morte. g

Si autē querit de

illo qui ad pniam festinās sacerdotē inuenire non potuit τ ita decessit. vtrum oblatio ei⁹ sit recipiēda? Dicim⁹ q3 est. Unū in apanēsi ɔcilio. Si aliquis fuerit mortu⁹ q non sit ɔfessus τ testimoniū habet bonū τ nō poterat venire ad sacerdotē s3 pocupauit eū mors in domo vel in via. faciāt p eo parētes ei⁹ oblationem ad altare. τ dent redēptionē p captiuis.

Ista est distinctio. xx. huius quarti libri. In qua magister postq egit de penitentia τ potestate ministrorum hoc sacramentum dispensantiū. Hic agit de quibusdam consequētibus. Et tria facit. Primo em ostendit tps penitentie durare in extremū vite. Secundo querit quomodo agendū sit cū illis qui penitentiam differunt vsq in finē vite sue. Tertio asserit simplicem sacerdotē crimen publicū episcopo inconsulto in extrema necessitate recōciliare. Primū facit vsq ibi. Solet etiam queri vtrū satisfactionis. Secundū vsq ibi Nō debet tamē presbyter. Tertiū vsq ad finē distinctionis. In speciali snīa magistri stat in tribus ppositionib⁹. quarum prima est hec. Si serotina pnīa morituo valet vitā impetrare piculosum est tñ pniam vsq in finē vite differre τ pcrastinare. Hanc magister insinuans pponit primo q tps penitētie durat vsq in finem vite. Aug⁹. tñ dicere videt q illi qui soluz in finem vite penitēt in securo statu non transeūt de hac vita. sed quia pnīa serotina est satis factiua τ sacrificium vespertinū. τ ideo deo accepta. τ ideo pmissa Augustini intelligēda sunt de illis qui nō ex amore dei s3 ex timore mortis pniam faciūt. vel p tanto securitatem nō dat beat⁹ Aug⁹. quia difficile est q in tali statu pnīam agant verā. ppter filios. vxorē. mundum τ dolorē mortis que in illo statu retrahūt hominem a cōuersione ad deum. tamē quia in fine vite sue penitent bene possunt digne penitere. sed in purgatorio soluunt penā quā in psenti non soluūt. nisi forte tunc tam vehemens esset contritio vt sufficeret ad delicti punitionē. Ostendit etiā postea q illi qui pnīam iniunctam in hac vita nō impleuerūt. τ etiā qui pnīam eis iniunctā fecerunt. que si tamen non fuit cōdigna p peccato cōmisso p his puniuntur in purgatorio. nisi forte haberent tam vehementē contritionē q sufficienter in eis peccata puniret. sed quia contritio nō constat ideo penitētia imponit. que vt ibidem beat⁹ Aug⁹. dicit sm ipsum contritionis modū diuersimode imponēda est. Secunda ppositio est hec. Ab infirmis in periculo mortis inquirenda est cōfessio peccatorum τ penitentie pondus subleuandū est elemosynis τ orationibus amicorum. Hanc magister insinuans ostendit qualiter agendū sit cum illis qui in fine vite sue penitent. τ dicit q morientibus non est pena satisfactoria imponēda. nec postq conualuerūt sed innotescenda. Aliis vero sm arbitriū sacerdotis iniungēda est. Dicit etiā q morientibus nunq reconciliatio deneganda est. quia sacerdos denegans reus est aīarum illarum. ad quarum reconciliationē sufficit q eam prius petierint etiā si tunc petere non possint ppter infirmitatē. Tertia ppositio est hec. Presbyteri incōsulto episcopo publicū crimē vel excōmunicatū nō absoluant nisi ad hoc vltima necessitas cogat. Hanc magister insinuans dicit q illum cui⁹ est crimē publicum puta qd vniuersam cōmouit vrbem possit sacerdos simplex in casu mortis incōsulto epo si sit absens reconciliare. alias tamen non debet facere episcopo inconsulto. sicut nec virgines consecrare. Addit etiam insuper q si moriens sacerdotem habere non possit. dum tñ bonū testimoniū habeat q sacerdotē petiuit non est illa que offert oblatio respuenda s3 recipiēda Et tantum in speciali.

De peccatis que post hanc vitam dimittuntur. a

Solet etiā quec

DI. XXI

ri vtrū post hanc vitā aliqua peccata remittant? Q aliqua post hanc vitā remittāt: xps ostendit in euāgelio vbi ait. Qui peccauerit in spūsanctum non remittet ei neq in hoc seculo neq in futuro Ex quo dat itelligi sicut sancti doctores tradunt. q quedā peccata in futuro dimittent. Quedā em culpe in hoc seculo relaxant. quedam vō parue etiā in futuro. que quidē post mortē grauāt s3 dimittunt si digni sunt. si bonis actib⁹ in hac vita meruerūt vt dimittant eis. De illis etiā q edificāt lignū. fenū τ stipulam dicit Aug⁹. q ignē tribulatōis trāsitorie inueniēt cremabilia edificia q secū portauerunt cremantē. Ait em sic. Post isti⁹ sane corporis mortē donec de igne purgatorio veniatur ad diē damnationis τ remunerationis:

Aug⁹. in lib. de ciui. dei.

E

si hoc tpis interuallo spūs defunctoꝝ q̄ edifi cauerūt· lignū· fenū· stipulā· hmōi ignē dicāt ppeti· quē alij nō senriūt q̄ hmōi edificia por tauerūt· vt inueniāt ignē trāsitorie tribulati onis venialia ꝯcremantē· nō redarguo quia forsitan veꝝ est· Sz q2 dr saluꝰ erit q̄si p ignē ꝯtemnit̄ ille ignis· Grauior tñ erit ignis ille· q̄ quidq̄d pōt hō pati in hac vita· Hic apte i sinuat̄ q̄ illi qui edificāt lignū· fenū· stipulaz quedā cremabilia edificia· i· venialia pctā se cum portāt· q̄ in igne emēdatorio cremātur· Vñ ꝯstat quedā venialia peccata post hanc vitam deleri·

Q̄d alij citius alij tardius purgantur in igne· b

In illo autem igne

purgatorio alij tardiꝰ alij citiꝰ purgāt̄ ſm q̄ ista pereūtia magis vel minꝰ amauerūt· Vñ Augꝰ· Post hāc vitā incredibile nō est non nullos fideles p ignē quendā purgatorium· q̄to magis minꝰ ve bona peuntia dilexerunt· tāto tardiꝰ citiusq̄ saluari· Vñ nō frustra il la tria distinxit apl's· lignū· fenū· stipulā: que illi edificāt· q̄ ⁊ si aliena nō rapiūt· rebꝰ tamē infirmitati ꝯcessis aliq̄ dilectiōe inherēt· qui ſm suos amādi modos vel diutiꝰ vt lignum· vel minꝰ vt fenū· vel mīmū vt stipulā ignem sustinebūt· Qui vo supedificāt aurū· argen tū· lapidē p̄ciosum· de vtroq̄ igne securi sūt· nō solū d̄ illo eterno q̄ cruciaturꝰ es impios in eternū· ſ etiā de illo emēdatorio q̄ purga bunt̄ quidam saluandi·

Aug. i ench.

Quid sit edificare lignum fenū stipulā

Augꝰ. super psal. cxcis.

Oppositio· e

Hic obijci pōt. Si

p lignū· fenū· stipulū· venialia intelliguntur pctā· ⁊ nullꝰ adeo pfectꝰ est q̄ venialit̄ nō pec cet· Ergo qui edificāt auꝝ· argentū· lapideꝫ p̄ciosum· edificāt etiā lignū· fenū· stipulam· q̄ p ignē transibūt· Ad qd̄ dicimꝰ· q2 nō oīs q̄ venialiter peccat· lignū· fenū· stipulā· edifi cat· sicut ecōuerso· nō oīs q̄ ꝯtemplat̄ deū ⁊ diligit pximū ⁊ opa bona facit· edificat au rum· argentū· lapidē p̄ciosum· ⁊ tñ in auro i telligit̄ ꝯtemplatio dei· in argēto dilectio p ximi· in lapide p̄cioso bona opa· Sz illi q̄ edi ficant lignū· fenū· stipulā· deū ꝯtemplant̄ et pximū diligūt· ⁊ opa bona faciūt· nec tñ edi ficant auꝝ· argentū· lapidē p̄ciosum· Hec eī edificat q̄ sic illa tria facit vt cogitet que sunt dei· ⁊ quō placeat deo· non mūdo· Lignum vo ⁊ fenū ⁊ stipulā accipi possunt secularium reꝝ q̄uis licite ꝯcessaꝝ tales cupiditates vt amitti sine animi dolore si possint· Hec q̄ edi ficat is qui cogitat que mūdi sunt· quō placē at mūdo· qui circa diuitias suas qd̄ammodo carnali affectu tenet̄· ⁊ tamē ex eis multa bñ ficia facit· nec p eis aliquid fraudis vel rapi ne molit̄· Ex his ergo patet q̄ nō ideꝫ homo simul hec ⁊ illa edificat· Illa eñ edificatio p fectoꝝ tñ est· q̄ nō cogitāt placere mundo· ſ tñ deo· qui ⁊ si venialiter aliq̄n peccant· fer uore charitatis ita assumit̄ in eis peccatum· sicut gutta aque in camino ignis· ⁊ iō nunq̄ secum portant cremabilia· Hec autē inferior edificatio minoꝝ est· qui non tñ deo· ſ etiaꝫ mūdo placere cogitant· deū tamē p̄ponunt· Si vero mundū p̄ponerent: non supedifica rent· sed destruerent fundamentū· Affectio nes ergo carnales quibꝰ debiti sunt domibꝰ coniugibus· possessionibꝰ· ita vt nihil prepo nant xp̄o: illis tribus significantur que i mē tes perfectorū non cadunt· ⁊ si alia venialia admittant· In cordibus vero minorū inter dum durant vsq̄ in finem· qui cū talibus edi ficijs transeunt· sed dissoluent̄ in igne· Ipsi vero merito fundamenti salui erunt· grauis simam tamē penam sentiāt· Ex quo apparet quantā hic misericordiā exhibet deꝰ· ⁊ quan tam ibi exerceat seueritatem cum p eodem peccato multo grauius ibi puniat q̄ hic·

Quid sit edificare auꝝ. argentum. ⁊ lapidem p̄ciosū

Solutio

Opinio quorundā cū obiectione· d

Sed forte dices il

lud esse accipiendū de pena peccati· non de ipso peccato· quod Gregorius dicit· quedaz leuia in futuro dimittenda· Si enim verā pe nitentiā habuerit quis: peccata oīa dimis sa sunt ei· sed pena forte remansit· Ideoq̄ si vere penitens obijt sine peccato transijt· Si autē vero penitens non est in obitu· maculā portat que nunq̄ delebitur· Qui vero edifi ficat lignum· fenum· stipulam· vere penitet· quia bonus est ⁊ charitatē habet· et in chari tate de hac vita transit· ergo sine peccato trā sit· non sequitur· Veruꝫ quidem est quia bo nus est ⁊ charitatem habet· ⁊ vere penitet· ⁊ tamen cum veniali peccato transit qd̄ non deleuit penitentia· Penitentia enim non de let nisi peccatum illud quod deserit homo· Tale autem peccatum sepe in hac vita non delinquitur ab homine· et tamen vere peni tens est· ⁊ si non de omnibus venialibus pe niteat· Potest enim quis de omni mortali ⁊ de omni veniali penitere excepto vno vl' plu ribus venialibus quidem· Sicut habet quis charitatem: et vnum vel plura venialia·

Q2 aliq̄s vere penitet ⁊ si n̄ de oī veniali

Qḋ de criminalib⁹ nullaten⁹ eē potest. Est eñi aliquis bonus charitatē habēs: ſ adhuc quodā cupiditatis affectu amans hec ſecularia. Talis exiſtens ſubita morte opprimit̃. In illo terreno affectu mortu⁹ eſt. ⁊ tñ ſaluabitur. a quo nō ſe hic abſoluit. ergo poſt hāc vitam ab illo purgabit̃. Conſtat ergo quedā peccata ſed leuia poſt hanc vitā dimitti. Si vero de pena peccati illud ītelligi voluiſſent autores. cur magis cōmemorāſſent leuia q̄ꝫ grauia. cum etiā grauiū pena hic inexpleta: poſt hanc vitam reſtet.

De generali confeſſione quid ꝓſit. e

Poſt hec conſide-

randū eſt qḋ ꝓſit ꝯfeſſio illa vbi ſingula pctā que quiſq; fecit nō exprimunt̃. Sane dici pt ꝙ omnia criminalia ſemel ſaltē oportet in cōfeſſione exprimi niſi aliqua a mēte exciderīt. Sed q2 nemo delicta intelligit oĩa. generaliter ſaltē ea cōfitere quoꝝ memoriam nō habes. ⁊ ſic nihil celaſti de ſcelerib⁹ tuis. Venialia vero quia innumerabilia ſunt ſufficit generaliter ꝯfiteri. niſi aliqua ſint frequēter iterata. ꝑfectius eſt tamē etiā illa exprimere ſi vales. Ideoq; quotidie generaliter fit cōfeſſio ī eccleſia ꝓ venialibus. ſ. peccatis que quotidie admittim⁹: ⁊ ꝓ illis mortiferis q̄ꝝ noticiā non habem⁹. Vnde Aug⁹. Veritatem dicit deo penitēs qñ nihil illi de commiſſis ſcelerib⁹ celat: niſi qḋ ⁊ ſi volūtate celauerit. deus ignoret. ſ veritatem ſibi dici vult ab eo vt veniā cōſequat̃. Si vero mente aliqua exciderint. cōfitetur veritatē deo cū generaliter dixerit. Deus qui noſti occulta cordis ⁊ opa mea ⁊ delicta a te non ſunt abſcondita. quib⁹ veniā largiaris ꝑcoꝝ. et hec eſt veritas confitētis quā diligit de⁹. Vnde. Ecce enim veritatē dilexiſti. Hic inſinuat̃ ꝙ general̃ cōfeſſio etiam mortalia delet. quoꝝ intelligētia non habetur.

Aug⁹. in q̄n … ta responsiõe ōtra pelagia nos.

Nemo ꝯfiteat̃ peccata q̄ non fecit. f

Sicut aūt penitēs

celare nō debet peccatū ſuū. q2 ſupbia ē. ita nec humilitatis cauſa fateri ſe reū illi⁹ qḋ ſe non cōmiſiſſe noſcit. q2 incauta eſt talis humilitas ⁊ peccatorē ꝯſtituit. Vnde Aug. Cū humilitatis cauſa mētiris. ſi non eras peccator anteq̄ꝫ mentieris mentiēdo efficieris qḋ vitaras. Veritas in te nō eſt niſi ita te dixeris peccatorē vt etiā eē cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt vt qḋ es dicas. Nam quomodo eſt veritas vbi regnat falſitas.

Aug⁹. de verbis apli.

De penis ſacerdotis qui peccatum publicat confitentis. g

Caueat autē ſacer-

dos ne peccata ꝯfitentiū alijs ꝓdat: alioqn deponat̃. Vñ Gregori⁹. Sacerdos añ oĩa caueat ne ḋ his que ei ꝯfitent̃ peccata alicui recitet. nō ꝓpinquis. non extraneis. nec qḋ abſit ꝓ aliquo ſcādalo. Nam ſi hoc fecerit deponat̃: ⁊ oĩb⁹ dieb⁹ vite ſue ignominioſus peregrinādo pgat. Qḋ vº dictū eſt vt penitens eligat ſacerdotē ſcientē ligare et ſoluere. videt̃ cōtrariū ei qḋ in canonib⁹ repit̃. vt nemo ſcꝫ alteri⁹ parrochianū iudicare pſumat. Sꝫ aliud eſt fauore vel odio ꝓpriū ſacerdotē cōtemnere qḋ canones ꝓhibent. aliud cecū vitare. qḋ Vrban⁹ facere monet. ne ſi cecus cecū ducat ambo in foueā cadāt. Ait eñi Vrban⁹ ſcōs. Placuit vt nulli ſacerdotum deinceps liceat quēlibet cōmiſſum alteri ſacerdoti ad pñiam ſuſcipe. ſine ei⁹ ꝯſenſu cui ſe pˀus cōmiſit niſi ꝓ ignorātia illi⁹ cui prius cōfeſſus eſt. Qui vero contra hoc facere temptauerit. grad⁹ ſui periculo ſubiacebit.

Iſta eſt diſtinctio. xxi. hui⁹ quarti libri. In q̄ magiſter poſt q̄ egit de tpe penitētie. Hic mouet quaſdam queſtiones circa determinata ⁊ ſoluit. Et circa hoc duo facit. Primo eñi querit. an etiā aliqua peccata dimittant̃ poſt hanc vitā. Secūdo oñdit quomodo mortale remittat̃ cui⁹ noticia nō habetur. P2imum facit vſq; ibi. Poſt hec ꝯſiderandū eſt. Scōm vſq; ad finē diſtinctiōis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus. quaꝝ prima eſt hec. Magiſter hoc atteſtatur ꝙ peccatum veniale etiam poſt hanc vitā remittatur. Hanc magiſter inſinuans querit. Vtꝝ poſt hanc vitā etiā aliqua pctā dimittāt̃. Et rñdet ꝙ ſic ꝑ autoritatē dñi dicentis aliqua pctā nec hic nec in futuro remitti. Et ꝑ autoritatē Grego. dicentis quaſdā culpas in futuro remitti quibuſdam ſi tamē hoc meruerunt in hac vita. Et ꝑ autoritatem Auguſtini dicētis eos q̄ edificant lignū fenū ⁊ ſtipulam. ⁊ q̄ venialia peccata ſecū portāt. ꝑ ignē purgatorij ſaluari quo iſta peccata cremabunt̃. Poſtea dicit ꝙ ille ignis purgatorij quoſdā tardi⁹ quoſdam citius purgat. ſm ꝙ aliqui magis vel minus bona corporalia in hac vita dilexerūt. Vñ gradus dilectiōis notant̃ ꝑ hec tria. ſ. lignū fenū ⁊ ſtipulā. Illi tamē q̄ ſupedificant auꝝ. argentū. ⁊ lapides ꝑcioſos. tā ab igne eterno q̄ purgatorij ſecuri ſunt. Poſtea obijcit cōtra ꝑdicta hoc modo. Si ꝑ lignū fenū ⁊ ſtipulā intelligunt̃ venialia. cū nullus ſit ſine venialibus. ergo nullus eſt q̄ iſta non edificet. Et ita etiā viri perfecti qui edificant auꝝ argentū ⁊ lapides ꝑcioſos. edificabunt lignū fenū ⁊ ſtipulā. Et ꝙ alij ſunt qui edificant lignū fenū ⁊ ſtipulā ſicut impfecti. qui q̄uis deum cōtemplant̃ ⁊ ꝓximū diligāt ⁊ bona opa faciunt tamē non dicunt̃ ſupedificare auꝝ argentū ⁊ lapides ꝑcioſos ꝑ que ꝑdicta tria intelligunt̃. q2 non habent hec tria excellenter. ſꝫ cū aliquo inordinato amore rerum tpalium. Alij vº ſunt q̄ edificāt auꝝ argentū et

lapides ꝓciosos. sicut ꝑfecti qui quidem intenti sunt ꝯtemplationi dei que intelligit̃ ꝑ aurũ. ⁊ dilectioni ꝓximi que intelligit̃ ꝑ argentũ. ⁊ ceteris bonis opibus que intelligunt̃ ꝑ lapides ꝓciosos. Isti edificare dicuntur non lignũ fenũ ⁊ stipulã. sed imꝑfecti q̃ simul cum deo cogitãt que sunt mũdi edificãt lignũ fenũ et stipulã. ⁊ cũ talibus edificiis transeũt ⁊ cremabũtur igne purgatorii. Licet transitorie tñ grauiter puniũt̃ Hic enĩ misericordia exhibet̃. illic iusticia exercebit̃.

Secunda ꝓpositio est hec. Sicut ꝑ generalẽ confessionẽ ⁊ verã ꝯtritionẽ veniale delet̃. sic etiã mortale cui⁹ non habet̃ noticia: etiã si nõ recitet̃. Hanc magister insinuans querit. si cõfessio ꝓfit si in ea singula peccata exprimant̃. Et respõdet q̃ singula peccata mortalia quoꝝ q̃s memoriã habet debet singulatim simul in ꝯfessione exprimere. sed quoꝝ memoriã non habet oportet saltẽ generaliter ꝯfiteri. venialia autez q̃ innumerabilia sunt oportet ⁊ sufficit ea generaliter confiteri. Unde subdit q̃ ꝯfessio generalis sit in ecclesia ꝑ quã remittunt̃ peccata venialia ⁊ etiã mortalia quoꝝ memoriã nõ habem⁹. Addit etiã q̃ sicut penitens nõ debet peccata celare que fecit quoꝝ scʒ habʒ memoriã. ita debet attẽdere vt peccatũ nõ confiteat̃ qđ non fecit. q̃ sic mentiret̃ ⁊ peccaret. Ultimo dicit q̃ sacerdos debet omnib⁹ modis peccata confitentiũ celare. qđ si nõ fecerit deponẽdus est. addit etiam q̃ penitẽs nunq̃ debet ꝓpriũ sacerdotẽ dimittere. nec sacerdos quicũq̃ aliquẽ alteri sacerdoti cõmissuʒ ad pniam suscipere debet. tñ ꝓpter ignorantiã proprii sacerdotis potest penitẽs querere discretũ sacerdotẽ Et tñ in speciali.

Si peccata dimissa redeant. a

Di. XXII c

Um multis

autoritatib⁹ supra sit assertum i vera cordis ꝯtritiõe peccata dimitti añ ꝯfessionẽ vel satisfactionẽ ei etiam q̃ aliqñ in crimẽ relapsur⁹ ẽ: queritur. Si post cordis ꝯtritionẽ ꝯfiteri ꝯtẽpserit. vel in pctm̃ idẽ vel simile reciderit. an pctã dimissa redeant: Cui⁹ questionis solutio obscura est ⁊ ꝑplexa. aliis asserẽtibus aliis ecõtra negãtib⁹ peccata semel dimissa vlteri⁹ replicari ad penam. Qui võ dicunt peccata dimissa redire subditis se muniũt testimoniis. Ambro. ait. Donate inuicẽ si alter in alterũ peccat. alioqñ de⁹ repetit dimissa. Si enĩ in his ꝯtẽptus fuerit: sine dubio reuocabit sniam ꝑ quã misericordiã dederat. sic in euãgelio de suo nequã legit̃. qui in cõseruũ suũ impi⁹ deꝑhẽsus est. Itẽ Raba. Neq̃ seruũ de⁹ tradidit tortoribus quoadusq̃ redderet vniuersum debitum. q̃ non solũ peccata que post baptismũ homo egit reputabunt̃ ei ad penã. ſ etiã originalia q̃ in baptismo sunt ei dimissa. Item Gregori⁹. Ex dictis euãgelicis ꝯstat. q̃ si ex corde nõ dimittim⁹ qđ in nos delinquitur: ⁊ hoc rursum exigit̃ qđ iam nobis ꝑ pniam dimissum fuisse gaudebam⁹. Itẽ Aug⁹. Dicit deus. dimitte ⁊ dimittet̃ tibi. ſ ego ꝑus dimisi. dimitte vel postea. Nã si nõ dimiseris: reuocabo te. ⁊ quicq̃d dimiseram replicabo tibi. Itẽ. Qui diuini bñficii oblitus suas vult vindicare iniurias. non solũ de futuris peccatis veniã non merebit̃. ſ etiã ꝑterita que iã sibi dimissa credebat. ad vindictã ei replicabunt̃ Itẽ Beda. Reuertar in domũ meam ⁊c. Timendus est ille versicul⁹ nõ exponẽdus. ne culpa quã in nobis extinctã credebamus. ꝑ incautelã nos vacãtes opprimat. Itẽ. Quecũq̃ enĩ post baptisma. siue prauitas heretica seu cupiditas mundana arripuerit. mox omniũ ꝓsternet in ima vitioꝝ. Itẽ Augustinus. Redire dimissa peccata. vbi fraťna charitas nõ est: aptissime dñs in euãgelio docet in illo seruo a quo dimissum dñs debitum petiit. eo q̃ ille cõseruo suo debitũ nollet dimittere. His autoritatib⁹ innitunt̃ q̃ dicunt peccata dimissa si replicantur redire simpliciter Quib⁹ opponit̃. Si quis ꝓ peccato de q̃ penituit ⁊ indulgentiã accepit iteꝝ punit̃: non videt̃ iustũ. Si punit̃ ꝓ eo q̃ peccauit ⁊ non emẽdauit: iusticia est apta. Si vero requirit̃ qđ fuerat condonatũ: vel iusticia nõ est. vel iusticia est occulta. Videt̃ etiã deus bis i idipsum iudicare. ⁊ duplex tribulatio ꝯsurgere qđ scriptura negat. Sed ad hoc põt dici. q̃ neq̃ duplex tribulatio cõsurgit. neq̃ iudicat deus bis in idipsum. Hoc enĩ fieret si post condignã satisfactionẽ ⁊ sufficientẽ penã iterum puniret. sed nõ satisfecit digne ⁊ sufficiẽter. qui nõ ꝑseuerauerit. Debuit enĩ iugem peccati habere memoriã. non ad faciendũ. ſ ad cauendũ. debuit nõ obliuisci om̃es tribulationes dei. que tot sunt quot sunt pctõꝝ remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona dei quot mala sua. ac ꝓ illis vsq̃ in finez gratias agere. Sʒ quia ingrat⁹ ad vomitũ sic canis rediit. anteacta bona mortificauit. ⁊ peccatum dimissuʒ reuocauit. vt cui humiliato añ deus peccatum dimiserat. eidem postea elato ⁊ ingrato imputet.

Aliorum sententia. b

Sʒ q̃ absonũ vide

tur vt peccata dimissa iteꝝ imputent̃. placet quibusdã neminẽ ꝓ peccatis semel dimissis iteꝝ a deo puniri. Sʒ ideo dicunt̃ dimissa redire ⁊ imputari. q̃ ꝓpter ingratitudinez ita reus ⁊ peccator cõstituit̃: vt ante fuerat. Si enĩ qđ dimissum fuerat dicit̃ exigi. q̃ remissionis ꝑcepte ingratus. ita re⁹ fit. vt añ fuerat Utriq̃ pti questionis ꝓbati fauẽt doctores Ideoq̃ alicui pti nõ ꝑiudicãs studioso lectori iudiciũ relinquo. addens mihi tutum fore

Auto ritatib⁹ astruit pecca ta redire

Gregorius i omelia q̃dã

Beda sup Lucam

Oppositio ꝯ eos

Aug⁹. in lib. de baptismo

ac saluti ppinquū. sub mensa dominorū micas edere.

Quid sit hic sacramentū ꝛ res. c

Post predicta restat inuestigare qd in actiōe pnie sit sacr̄m ꝛ res. Sacramētū ei signū est sacre rei. Quid ergo hic signū est. ꝛ q̄ est res sacra hu⁹ signi. Quidā dicūt sacr̄m hic esse qd exteri⁹ tm̄ geritur. s. exterior pnia que est signū interioris pnie. s. ɔtritiōis cordis ꝛ humiliatiōis. Qd si est: nō oē sacr̄m euangelicū id efficit qd figurat. Exterior eīm pnia nō efficit interiorē. poti⁹ interior causa est exterioris. Sz ad h̄ inquiūt illi hoc esse intelligendū ď illis sacramētis que in nouo testamēto instituta sūt. vt est sacr̄m baptismi. ɔfirmatiōis. ꝛ corpis xpi. Sacr̄m ŏo pnie sicut ꝛ ɔiugij añ tps grē etiā a p̄mordio humani generꝭ fuit. Utrūqȝ eīm institutū fuit in p̄mis parētib⁹. Itē. Si exterior pnia sacr̄m est. ꝛ iterior res sacramēti. sepius p̄cedit res sacr̄m q̄ȝ sacr̄m rem. Sz nec hoc incōueniens est. Nā ꝛ in alijs sacramentis que efficiūt qd figurāt. hoc sepe cōtingit. Quidā aūt dicūt exteriorē pniam ꝛ interiorem esse sacr̄m: nec duo sacramēta. ſ vnū. vt spēs panis ꝛ vini. nō duo sunt sacramēta sed vnū. Et sicut in sacr̄o corpis. ita etiaȝ in hoc sacramēto dicūt aliud esse tm̄ sacr̄m. s. exteriorem pniam. Aliud sacr̄m ꝛ rem. s. interiorē pniam. aliud rē ꝛ nō sacr̄m. s. remissionē peccatoꝝ. Interior eīm pnia. ꝛ res est sacramēti id est. exterioris pnie. ꝛ sacr̄m remissiōis peccati. quā ꝛ signat ꝛ facit. Exterior q̄ȝ pnia et interioris signū est: ꝛ remissionis peccatoꝝ.

Alioꝝ snia

Ista est distinctio. xxij. huius quarti libri. In qua magister postq̄ȝ egit de tpe pnie. Hic determinat quedā que ptinent ad effectū ei⁹ que est remissio peccatoꝝ. Et tria circa hoc facit. Primo enim inquirit: vtrū peccata in ɔtritiōe dimissa confessione sequenti omissa vel ɔtempta redeant. Secūdo quid in hoc sacramēto sit res ꝛ q̄d sacramentū ſm quosdā manifestat. Tertio quō pnia exterior ꝛ interior vnū sit sacramentū ſm alios insinuat. Primū facit a principio distinctiōis vsqȝ ibi. Post p̄dicta. Secundum vsqȝ ibi Quidā aūt dicūt. Tertiū vsqȝ ad finē distinctionis. In speciali snia magistri stat in tribus ppositionib⁹ quaꝝ prima est hec. Quidā dicunt peccata semel dimissa p gratie pditionē iteꝝ ad penā replicari. Sz alijs placet hmōi peccatū iteꝝ a deo non imputari. Hanc magister insinuans pponit primo vtrū dimissis peccatis in ɔtritione si homo postmodū ɔfiteri ɔtemnat vel in pristina peccata vel in ɔsimilia peccata īcidat. an peccata prius dimissa redeāt. Postea tāgit circa hoc diuersas opiniones. Quidā eīm dicunt ea redire ꝛ adducūt parabolā de seruo nequā a quo videt̄ vniuersum debitū etiā prius dimissum exactū esse. tāgūtur etiam in littera plures autoritates: que faciūt ad ppositū. Sed ɔtra hoc opponit. nō eīm videt̄ iustū vt p peccato quo quis semel iudicat⁹ est: iteꝝ iudicetur. Et r̄ndet q ppter hoc non bis sup eodē peccato iudicat̄. qz nō p̄fecte penituit cū non indigne psoluitur ꝛ ingrat⁹ fuerit. Alioꝝ opinio est q peccata dimissa ante nō redeāt iteꝝ nisi ppter ingratitudinem. ppter ingratitudinē eīm quis reus cōstituit̄ sicut añ fuerat ac si peccata redirēt pristina. Postea magister a determinatiōe hu⁹ questionis cessat ꝛ se excusat relinquēs studiū eius studioso lectori. eo q vtraqȝ opinionū doctores fautentes habet. Secūda ppositio est hec. In sacramēto pnie: penitētia exterior ē sacramentū. interior aūt res sacramēti. Hanc magister insinuans querit. cū sacramentū sit sacre rei signum. quid in pnia sit sacramentū ꝛ quid res. Postea soluit ſm opinionē aliquoꝝ dicentiū. exteriorē esse sacramentū: interiorē esse rem sacramenti. Contra qd statim opponit q sacramēta noue legis efficiūt qd figurant. exterior aūt pnia non efficit interiorē. ergo non est sacramentū. Et ſm opinionē eoꝝ r̄ndet dicens. q veꝝ sit de illis sacramētis que in noua lege instituta sunt. vt baptismus. ɔfirmatio. ꝛ corpus xpi. penitentia aūt nō est talis. qz in primis parētibus fuit. ꝛ tēporibus eoꝝ instituta sicut ꝛ matrimoniū. Obijcit etiam alio modo. qz sacr̄m debet p̄cedere rem. pnia aūt exterior nō p̄cedit interiorē vt sepius. Et respondet q etiā in alijs sacramētis sepe p̄cedit res sacramētuȝ sicut ecōuerso vt in adultis ɔtritus gratia añ baptismum ɔfert̄. Tertia ppositio est hec. Alij dicūt tā exteriorē pniam esse sacramentū q̄ȝ interiorē. tm̄ non esse duo sacramēta. sed vnū completū. Hanc eīm propositionē pponens soluit questionē p̄missam: ſm aliorum opinionē qui dicunt tā exteriorē q̄ȝ interiorem vnū esse sacr̄m. sicut species panis ꝛ vini nō duo sūt sacramēta sed vnū. Exterior aūt pnia est tm̄ sacramētum. Interior aūt ē ꝛ res ꝛ sacr̄m. remissio autem peccatoꝝ est tm̄ res. Et sic tria sunt in hoc sacramento sicut sunt in alijs sacr̄is. Et tantum in speciali.

De sacramento vnctionis extreme. a

Preter premissa est etiā aliud sacramētū. s. vnctio infirmoruȝ q̄ fit in extremis oleo p ep̄m ɔsecrato. Et sūt tria genera vnctiōis. Est eīm vnctio q̄ fit chrisma te. que d̄r p̄ncipalis vnctio. qz in ea p̄ncipaliter paraclyt⁹ dat̄. Uñ ꝛ ppter abundantiaȝ grē duos liquores mixtos habet. oleū scȝ et balsamū. oleū ɔsciētie. balsamū fame. Chrisma ŏo grece vnctio latine d̄r. Nec tamē omne oleū ad vnctionē sanctificatū chrisma vocat̄. ſ illud solū qd miscet̄ cū balsamo. quo capita regū ꝛ pontificū vngunt̄. quo etiam baptisatos sacerdos vngit in vertice. ꝛ pōtifex p impositionē man⁹ ɔfirmādos vngit in frōte. Est ꝛ alia vnctio q̄ cathecumini ꝛ neophiti vngunt̄ in pectore ꝛ inter scapulas. in perceptione baptismi. Tertia vero vnctio est q̄ d̄r oleū infirmoꝝ. de qua nunc agit̄.

DI. XXIII

De trib⁹ generib⁹ vnctionis.

A quibus institutum sit hoc sacr̄m. b

Hoc sacramentum vnctionis infirmoꝝ ab aplis institutū legit̄.

Ait em̄ Jacob⁹. Infirmat᷑ aliquis in vob: in ducat p̄sbyteros eccl'ie. ⁊ orent sup eū vngē-tes eū oleo in noīe dn̄i. ⁊ alleuiabit eū dn̄s: ⁊ si in peccatis fuerit: dimittent᷑ ei. In q̄ osten-ditur duplici ex causa sacr̄m hoc institutū. s. ad peccatoꝝ remissionem. ⁊ ad corꝑalis infir mitatis alleuiationē. Vn̄ constat eū qui hāc vnctionē fideliter deuoteq̄ꝫ ꝑcipit. ⁊ i corꝑe ⁊ in aīa alleuiari. si tamē expedit vt in vtroq̄ꝫ alleuiet᷑. Q si forte corꝑis valitudinē illi hr̄e non expedit. illā que est aīe sanitatem in hoc sacramēto acquirit. Et sicut in alijs sacramē-tis: ita ⁊ in isto. aliud est sacramentu꞉. aliud res sacramenti. Sacramentū est ip̄a vnctio exterior. res sacramēti vnctio interior. q̄ pec-catoꝝ remissione ⁊ ꝟtutū ampliatiōe ꝑficit᷑. Et si ex ꝯtemptu vel negligētia sacramentū hoc pretermittit᷑: periculosum est ⁊ damna-bile.

De iteratione huius sacramēti. c

Querunt aliqui. si hoc sacramentū iterari possit. cū baptism⁹ ⁊ alia quedā sacramēta semel suscepta nō ite-rent᷑. Aug⁹. dic. sacramentū nō iterandū: ⁊ sacramēto nō faciendā esse iniuriā. ꝫ hoc dic vbi ait de sacramēto baptismi ⁊ ordinatiōis. Vn̄ nō videt᷑ illud generaliter accipiēdu꞉. ꝫ de sacramēto baptismi ⁊ ꝯfirmatiōis ⁊ ordi-nationis. que nullaten⁹ sunt repetēda. quia semel tm̄ ⁊ nō sepi⁹ dat᷑ baptism⁹ ⁊ ꝯfirmatio ⁊ ordinatio. Sacramentū ꝟo altaris et pnīe ⁊ cōiugij sepe iterari videt᷑. q꞉ sepe sacramē-tum corꝑis ꝑcipit᷑. frequēter pnīa agit᷑: cōiu-gium sepe ꝯtrahit᷑. Quare ḡ vnctio similiter nō potest iterari? Si morb⁹ non reuertitur. medicine non iteret᷑. Si ꝟo morbus non pōt cohiberi. quare medicina debet ꝓhiberi. Si-cut oratio iterari potest. ita ⁊ vnctio iterari posse videt᷑. vtraq̄ꝫ em̄ illic cōmemorat Jaco-bus. ⁊ vtrūq̄ꝫ illic cooperat᷑ ad ferendā alle-uiationē corꝑis ⁊ aīe. Cur ergo negat᷑ vncti-onem sup infirmū posse iterari ad impetran-dam sepi⁹ sanitatē mētis ⁊ corꝑis: cū propter idē sepe iterāda sit oratio. Quidā autē de om̄i sacramēto intelligi volūt q̄ nō sit iteran-dum. s. ꝫm totū illud qđ ꝑtinet ad sacramētū dicētes quedā sacramēta sepi⁹ posse suscipi. quedā vero nō. Nec tn̄ que sepi⁹ sumuntur. totalr̄ iterant᷑ vt sacramentū altaris et vn-ctionis. que licet sumant᷑ sepi⁹. tamē q꞉ non iteꝝ benedicit᷑ eadē hostia vel idē oleū. non iterat᷑ sacramentū cu꞉ iniuria. Sed dicet quis sic ⁊ baptism⁹ nō iterat᷑. ⁊ si aliq̄s freque-ter baptizet᷑ dū eadē aqua nō iteꝝ benedica-tur? Sed aliud est inquiūt illi de bn̄dictione aque qua fit baptism⁹. aliud de bn̄dictiōe pa-nis ⁊ olei. Potest em̄ baptism⁹ celebrari i aq̄ etiā nō bn̄dicta. q꞉ illa benedictio ꝓreuerē-tia tm̄ fit ⁊ decore. nō virtute sacramēti. Sꝫ corp⁹ xp̄i nō potest ꝯfici nisi de pane ꝯsecrato nec vnctio illa fieri potest nisi de oleo ab ep̄o ꝯsecrato. Ideoq̄ꝫ illa sanctificatio ad ꝟtutē sacramēti ꝑtinere videt᷑. In ꝯiugio q̄ꝫ semel tm̄ benedicit᷑ quisq̄ꝫ nō sepi⁹. Benedicit᷑ em̄ vt ait Amb. cū prima ⁊ nō secūda vxore. Si ergo cū dicit᷑ sacr̄m non esse iterandū. nec i-iuria ei esse facienda. rōne꞉ dicti referas ad satisfactionē rei q̄ sacramentū explet᷑ de om-ni sacramēto generalr̄ id verū ē. Si vero ad susceptionē sacr̄i. de quibusdā veꝝ est q̄ non iterant᷑ crebra susceptiōe. de alijs ꝟo quibus-dā nō. q꞉ frequent᷑ sumunt᷑. vt hoc vnctionis sacramentum qđ in omni pene ecclesia sepe repetitur.

Alioꝝ opinio

Ista est distinctio. xxiij. hui⁹ quarti libri. In qua magister post q̄ꝫ determinauit de baptismo quod est sacramentū intrantium. ⁊ de confirmatione. eucha-ristia ⁊ penitētia que sunt sacramenta ꝓgredientium Hic vero determinat de extrema vnctione. que est sa-cramentum exeuntiū. Et tria circa hoc facit. Primo em̄ quid sit hoc sacramentum manifestat. Secundo ostendit quid efficiat. Tertio suadet ne quis ipsu꞉ ex cōtemptu ⁊ negligentia ꝑtermittat. Primū facit a principio distinctionis vsq̄ꝫ ibi. Hoc sacramentū vn-ctionis. Secundū vsq̄ꝫ ibi. Querunt aliqui si hoc sa-cramentū. Tertiū vsq̄ꝫ ad fine꞉ distinctionis. In spe-ciali sententia magistri stat in tribus propositionib⁹. quaꝝ prima est hec. Extreme vnctionis infirmoꝝ que fit in oleo cōsecrato ꝑ manus episcopoꝝ sunt tria genera iuxta dicta magistroꝝ. Hanc magister infinua-tus dicit. Primo q̄ sacramentū extreme vnctiōis fit oleo ꝑ episcopū cōsecrato. Et tangit triplex gen⁹ vn-ctionis. Est em̄ queda꞉ vnctio principalis q̄ fit chri-mate ⁊ oleo. s. mixto balsamo. ⁊ tali vnctione vngunt᷑ reges ⁊ pontifices in capite. cōfirmandi aūt in fronte baptizandi aūt in vertice. Alia est vnctio qua vngun-tur cathecumini iter scapulas. Tertia est vnctio qua vnguntur infirmi. ⁊ de hac ad p̄sens agitur. ⁊ he due fiunt simplici oleo benedicto. Postea dicit hoc sacra-mentū institutū fuisse ab apostolis. vt dicit beat⁹ Ja-cobus in canonica sua. c. v. Secūda propositio est hec: Hoc sacramentū duplici de causa ab apl'o est institutū. s. ad peccatoꝝ remissionē. ⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationē. Hanc magister insinuās di-cit hoc sacramentū institutū fuisse ad duplicē effectū ad sanitatē anime ⁊ corꝑis. q꞉ tamē non expedit hoī vt semꝑ alleuiet᷑ corꝑaliter. ideo non semꝑ hoc sacra-mentū sanitatē acquirit. quādo hoc sacramentū de-uote ⁊ fideliter recipit. Postea ponit hui⁹ sacramēti ꝯformitatē ad alia. Nam in hoc sacramēto est aliquid qđ est sacramentū tm̄. vt est extrema vnctio. ⁊ aliqđ qđ res sacramēti. vt interior vnctio. i. peccatoꝝ remis-missio. ⁊ virtutū appositio. ⁊ ideo hoc sacramentum ꝯtemnere vel negligere periculosum est. Tertia ꝓ-positio est hec. Hoc sacramentū ex cōtemptu ⁊ negli-gentia non ꝑtermittatur nec ipsum reiterat᷑ nisi mor-bus reuertat᷑. Huius ꝓpositionis prima ps patet ex

premissis. secundã magister insinuans q̃rit. Utrum hoc sacramentũ possit reiterari. Et ostendit p beatuz Aug. q nõ. quia iniuriã facit sacramẽto qui reiterat sacramentũ. Et sic rñdet q Aug. loquit tñ de trib sacramẽtis. s. de baptismo. ɔfirmatione et ordine que nullo modo iterãda sunt. Alia vero sept iterari põt vt eucharistia. penitẽtia. et matrimoniũ. quare etiam vnctio iterat. si eñ morb iterat et vnctio que est medicina morbi iterat. Et tñ in speciali.

De ordinibus ecclesiasticis. a

Di. XXIIII

Nunc ad consi derationẽ sacre ordinatiõis accedam. Septẽ sunt spiritualiũ officioꝝ gradus siue ordines sic ex sanctoꝝ patrũ dictis apte tradit. et capitis nostri. s. iesu xpi exemplo mõstrat. qui omnium officia in semetipso exhibuit. et corpi suo qd est ecclia eosdẽ ordines obseruãdos reliquit. Septẽ autẽ sunt pp̃ter septiformẽ gratiam sancti spũs. cui qui non sunt pticipes: ad grad ecclesiasticos indigne accedũt. Illi vero in quoꝝ mentibus diffusa est septiformis gr̃a spũs sancti. cũ ad ecclesiasticos ordines accedunt. in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quare septẽ sunt

Quales assumendi sunt ad clerum. b

Clemẽs pa.

Tales autẽ ad ministerium spũale eligendi sunt clerici. q̃ digne possint dñica sacramẽta tractare. Melius est eñ dño sacerdoti paucos habere ministros q̃ possunt digne op dei exercere. q̃m multos inutiles q̃ ordinatori graue onus inducant. Tales eñ decet esse ministros xpi qui septiformis gr̃a spũs sancti sint decori. ex quoꝝ doctrina et ɔuersatiõis forma eadẽ gratia i alijs transfundat. ne celestes margaritas spũalium verboꝝ officiorũq3 diuinoꝝ sordide vite pedib ɔculcẽt. In sacramẽto q̃ septiformis spũs septẽ sunt grad ecclesiastici. s. hostiarij lectores. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi. sacerdotes. Oẽs tñ clerici vocant. i. sortiti.

De corona et tonsura

Corona eñ signaculũ est q̃ signant in ptẽ sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat. et seruire deo regnare ẽ. Uñ ministri ecclie reges esse debẽt. vt se et alios regãt. quib Petr ait. Uos estis genus electum. regale sacerdotiũ et c. Sũmitas capitis desup nudat. vt eorum mens ad dñm libera mõstret. q̃ reuelata facie gl̃iam dei ɔtẽplet. Sũmitas eñ capitis est eminẽtia mẽtis. denudatio capitis est reuelatio mẽtis. Cleric eñ secretoꝝ dei nõ ignarus esse debet. Tondent etiã capilli vsq3 ad reuelationẽ sensuũ. sc3 oculoꝝ et auriũ. vt vicia in corde et opere pullulãtia doceant p̃cidenda. ne ad audiendum et intelligendũ verbuz dei prepediatur mens. p quo seruato: reddetur i excelsis corona. Tonsure aũt ecclesiastice vsus a nazareis exortus videt. qui prius crine seruato. deinde ob vite ɔtinentiã caput radebant: et capillos in igne sacrificij ponebãt. Hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultibus mancipãtur quasi nazarei. i. sancti: crine posito inueniantur. Sicut ad Ezechielẽ dr. Fili hominis sume gladiũ acutũ et duc sup caput tuum et barbam. In actibus etiã apostolorum priscillaz et aquilã hoc fecisse legimus. Paulus quoq3 et alij quidã discipuli christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus ɔstituti clerici vocant. quoꝝ nomina et rationes nominũ Isidor expones ait. Cleros et clericos hinc appellatos esse credimus. quia Mathias electus est sorte. quẽ primũ p apostolos legim ordinatum. Cleros eñ grece. latine sors vl hereditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici. quia de sorte sunt domini. vel quia deum partem habent. Generaliter vero clerici nũcupati sunt omnes qui in ecclesia dei seruiunt quoꝝ gradus et nomina sunt hec. hostiari. lector et c.

Isi. in li. vi. ethimo.

De hostiarijs. c

Isidorus

Hostiarij idẽ et ianitores sunt q̃ in veteri testamẽto electi sunt ad custodiã templi vt nõ ingrederet in illud immũdus. Dicti aũt hostiarij eo q p̃sint hostijs templi. Ipsi eñ tenẽtes clauẽ oĩa intus et extra custodiũt. atq3 inter bonos et malos habẽtes iudiciũ. dignos recipiũt. indignos respuũt. Uñ et eis cũ ordinant claues ecclie dant ab epõ. Et dr eis. Sic agite tanq3 rationem deo reddituri p rebus q̃ clauibus istis recludunt. Hoc officiũ dñs i sua psona suscepit q̃n flagello de funiculis facto vendentes et emẽtes eiecit de templo. Ipse eñ se hostiarium significãs dicit. Ego sum hostiũ p me si quis introierit saluabit. et ingrediet et egredietur et pascua inueniet.

De lectoribus. d

Isidorus

Secundus est gradus lectoꝝ. lectores a legendo. sicut psalmiste a psalmis canendis vocati sunt. Illi eñ p̃dicant populis quid sequantur. isti cantant

Iſta eſt diſtinctio · xxxj · huius quarti libri · In qua magiſter poſtq̃ ſupius determinauit de cauſa efficiente ⁊ finali matrimonij q̃ ipm̃ ꝯſtituũt. Hic vero determinat de bonis matrimonij q̃ ſunt cauſe honeſtantes matrimonij actũ. Et tria facit. Primo enĩ bona matrimonij enumerat. Scḋo aborſum ꝓcreãtes fore homicidas determinat. Tertio bonũ matrimonij coitũ a pctõ excuſare declarat. Primũ facit vſq; ibi Qui vero venena ſterilitatis. Scḋm vſq; ibi. Cũ ergo hec tria bona. Tertiũ vero vſq; ad finẽ diſtinctiõis In ſpeciali ſñia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarũ p̃ia eſt hec. In matrimonio cõiter triplex bonũ eſt. ſ. fides. ꝓles. ⁊ ſacr̃m. Hanc mgr̃ inſinuãs inducit tria eſſe bona mr̃imonij. ſ. fides. ꝓles. ⁊ ſacr̃m Ad fidẽ aũt ꝑtinet vt vir ad altã mulierẽ nõ accedat nec mulier aliũ virũ admittat. Ad ꝓlẽ aũt vt amanter ſuſcipiat ⁊ religioſe educat. Ad ſacr̃m vero vt ꝯiugiũ non ſeparet. Aliq̃n aũt ſepat corꝑaliter ex aliq̃ cauſa. nõ tñ ſacramẽtaliter ꝑ totã hanc vitã qḋ autoritatibus ꝯfirmat. Addit etiã ꝙ ſacr̃m qḋ eſt tertium matrimonij bonũ nõ ẽ ipm̃ ꝯiugiũ ſ; eiuſdẽ rei ſignũ cuius eſt cõiugiũ. ſ. ſpũalis ⁊ inſeꝑabilis xp̄i ꝯiũctio ⁊ eccleſie. Poſtea dicit ꝙ bonũ ꝓlis ⁊ bonũ fidei aliq̃ñ in matrimonio deficiũt. nũq̃ tñ deficit bonũ qḋ ẽ ſacr̃m. Poſtea dicit ꝙ illi ꝯtrahũt ad inuicẽ inconti nentie cauſa dũmõ tñ ſit ꝑpetuus ꝯtractus ⁊ non vitet generatio ꝓlis: verũ matrimoniũ ꝯtrahũt. Illi vero q̃ venenũ ſterilitatis ꝓcurãt vel ſilia mala: veri coniuges nõ ſunt · Scḋa propoſitio eſt hec. Qui venena ſterilitatis apponũt nõ ꝯiuges ſ; potius fornicarij

existunt. et si post infusionē anime abortiū pcurent se esse homicidas nō dubitēt. Hanc magr insinuās q̄rit. vtrū illi qui abortum pcurēt sunt homicide. Et r̄ndet q sic. si principiū est formatū et animatū aliter non. Tertia ppositio est hec. Tria bona federis cōiugalis sic ordinant vt nō sit ibi culpa mortal. Hanc magister ponēs dicit q tria p̄dicta bona matrimonij sic ordināt. imo excusant actū matrimonij vt peccatum nō sit vel qñ fide thori seruata piuges puenuint causa plis vel vt mortale nō sit. vt qñ fide fuata cōueniunt incōtinentie causa. Ultimo obijcit in otrariū tripliciter. Primo p apl'm qui actū piugalē fm indulgentiā pcedit dicēs. hoc aūt dico fm indulgentiam. sed indulgētia vel venia nō est nisi peccati. ergo a culpa nō excusat maritalis cōcubitus. p qd etiam quidā pbant ipm esse peccatū. Et respōdet magister distinguēdo de indulgētia. Est em̄ indulgētia pcessionis et pmissionis. Concubit⁹ ergo coniugalis qui fit causa plis indulget fm concessionē sicut minus bonū. Sz cōcubit⁹ qui fit causa innocētie indulgetur fm pmissionē sicut min⁹ malū. excusat tñ huiusmodi actus cōiugalis p matrimonij bona. dummodo tñ sit infra limites matrimonij. Sed si excedat limites nō excusat: qd multis autoritatibus declarat Secūdo opponit p hoc q omnis cōcupiscētia et delectatio que sunt in coitu mala sunt et inordinata. et ita sunt peccatū. Et r̄ndet illā pcupiscentiā semp eē malā et inordinatā inordinatōe penali q̄ est pena peccati. non tñ est sp inordinata inordinatōe culpabili quia non semp est peccatū. Illa ergo delectatio coitus piugalis p bona matrimonij defendit nisi sit immoderata et vltra cōiugij terminos se extendēs. Tertio obijcit p autoritatē beati Gregorij q̄ dicit q post accessum ad vxorē debet hmōi ab ingressu ecclie abstinere. quia voluptas ipsa que est in cōmixtione carnali sine culpa nō est. Et r̄ndet q hoc intelligendū est qñ ad vxorē accedit incōtinētie causa. vel qr vix sine incōtinentia accedit. Et tñ in speciali.

De solutione carnalis debiti. a

Di. XXXII

S Ciendū etiā ē qr cū in omnib⁹ alijs vir p̄sit mulieri vt caput corpi. est em̄ vir caput mulieris. in soluēdo tñ carnis debito pares sunt. Ideo apostol⁹ vtriqz pariter p̄cipit in hac causa sibi inuicē subijci: inquiēs. Uir debitū reddat vxori. similiter et vxor viro. qr mulier nō habet potestatē sui corpis sed vir similiter et vir nō habet potestatē sui corporis sed mulier. Quia nec mulier ad aliū virum: nec vir ad aliā mulierē potestatez sui corpis habet. nec vir ad ptinendū. nec mulier potestatē habet sine mutuo psensu. sed alter alterius potestatē habet corpis. vt poscēti alteri nō liceat alteri negare debitū. In hoc enim pares sunt. qr nec viro nec mulieri corp⁹ suum licet alij tradere. Sz sibi īuicē debitores sunt in hac causa. ne peccādi det occasio. p qd nō dominiū tollit viro s vitiū. Debēt em̄ sibi coniugati nō solū ipsi⁹ sexus sui cōmiscēdi fidē liberoz pcreandoz causa. que prima est in ista mortalitate societas. vez etiam in firmitatis inuicē excipiēde ad illicitos concubitus deuitādos mutuā qdammodo fulturē vt et si alteri eoz ptinentia placeat. nisi ex alterius cōsensu nō possit. Ad hoc em̄ neuter habet potestatē sui corpis. qd adeo verū est vt etiā q non filioz pcreandoz sed infirmitatis et incōtinentie causa expetit vel ille de matrimonio vel illa non sibi alterutrum negent. ne p hoc incidant in dānabiles corruptelas. Reddere em̄ debitū coniugale nullius est criminis. exigere aūt vltra generandi necessitatem. culpe est venialis. Fornicari vero vel mechari: puniendi est criminis.

(Ambr. in lib. de bono piuga li.)

Qz neuter continere valeat nisi ex cōmuni consensu. b

Qz vero sine cōsensu vxoris vir ptineri non valeat. subditis pbatur testimonijs. Ait enim Aug⁹. Si dicat vir cōtinere iā volo. nolo aūt vxor: pōt. Qd em̄ tu vis illa non vult. Nunqd p continētiā tuā illa debet fieri fornicaria: Si alij nupserit te viuo. adultera erit. Non vult tali lucro deus tale damnū cōpensari. Redde debitū et si nō exigis: redde. Pro sanctificanōe pfecta deus tibi cōputabit. si nō qd tibi debetur exigis. s reddis qd debes vxori. Idē. Scdm verba apostolica etiā si vir ptinere voluisset et tu noluisses: debitū tibi reddere cogeret. et illi de⁹ imputaret ptinentiā. si non sue s tue pcederet infirmitati. ne in adulteriū caderes. Quisquis ḡ cōpatiens infirmitati vxoris reddit nō exigit debitū. aut si pp̄ter propriā infirmitatē ducit vxorē plangēs potius qr sine vxore esse nō potuit q̄ gaudēs qr duxit. securus expectat diē nouissimū. Idem. Una sola causa esse pōt: qua te ad id qd vouisti nō modo nō hortaremur. s etiā phiberemus implere. si forte tua piunx hoc tecuz suscipere animi vel carnis infirmitate recusaret. Nā vouēda talia nō sunt a piugatis: nisi ex cōsensu et volūtate cōmuni. et si pp̄ropere factū fuerit. magis est corrigēda temeritas q̄ psoluēda pmissio. Nō em̄ de⁹ exigit si qs ex alieno aliqd vouerit. s poti⁹ vsurpare vetat alienuz. Idē. Aplus ne cad tps vt vacet orationi nisi ex psensu voluit piugē carnali inuicē fraudari debito. Idē. Manifestum est ita voluisse legē: feminā sub viro esse. vt nulla eius vota q̄ abstinētie causa vouerit: reddant ab ea. nisi auctor fuerit vir pmittendo. Nā cū ad perūi eiusdē viri ptinere voluerit lex: si p̄us pmiserit et postea phibuerit. nō tñ

(Aug⁹. super psal. xlvj.)

(Aug⁹. ad ediciam)

(Aug⁹. in li. de adulterinis piugijs.)

dixit vt faciat mulier qđ vouerat. q2 pmissa iam pus a viro fuerat. Uiri dixit esse pctm. q2 abnuit qđ pus cõcesserat: non tñ mulieri ex hoc iussu moedit. vt cũ pus vir ei ꝯcesserit postea si phibuerit ꝯtemnatur. Ex his appa ret ꝙ vir vel mulier ꝯtinentiã đo offerre nõ potest sine com muni ꝯsensu. nec alter alteri debitũ negare dz. Si v̾o quilibet eoꝝ alterũ a suo iure absoluerit ad pteritã seruitutẽ nũ quid reuocare poterit: Hoc eñ videt̃ Aug9 supra voluisse. Quibusdã videt̃ ꝙ mulier ñ discedẽs a domo viri. q̃ viro pmittẽte ꝯtinẽ tiã vouerit vel pmiserit. eodẽ phibẽte soluẽ non valeat. ⁊ hoc ppter dignitatẽ viri q̃ est caput mulieris. Sz meli9 hoc intelligit̃ in ta li casu. vbi vir ꝯcedit mulieri vouere ꝯtinen tiã ⁊ añ votũ phibet implere. Si v̾o habituz mutauerit non pt̃ reuocari p̃ millõ. Qui vx orem suã velare pmiserit. aliã non accipiat. sed similiter ꝯuertatur.

Ex cõcilio remensi.

Quib9 tpibus cessandũ sit a coitu. c

Et licet debitũ po-

scentis sit sp soluendũ. nõ licet tñ qualibz die poscere. Unñ Aug9. Christiano cũ vxore sua aliqñ licet ꝯuenire. aliqñ nõ. Propter pces sionis eñ dies ⁊ ieiunioꝝ aliqñ non licet con uenire. q2 etiã a licitis abstinendũ est. vt fa cili9 impetrari possit qđ postulat̃. Idẽ. Quo tiens eñ vel dies natiuitatis vel reliq̃ festiui tates aduenerint. nõ solũ ꝯcubinaꝝ ꝯsortio. s etiã a ppꝛijs vxorib9 abstinete. Itẽ Amb. Si causa pcreandoꝝ filioꝝ ducit̃ vxor. non multũ tps ꝯcessum videt̃ ad ipm vsum. q2 ⁊ dies festi ⁊ dies pcessionis ⁊ ipa rõ ꝯcept9 et partus: iuxta legez cessare vsum carnis his debere tpibus demonstrant.

Aug. in li. 8 questione no ui ⁊ ve. testa.

Ambro.

Hieronym9 videt̃ dissentire a pmissis. d

Illi autez quod di-

ctũ est reddere debitũ nõ esse peccatũ. vide tur obuiare qđ ait Hiero. Quicũq3 vxori de bitũ reddit. vacare nõ põt orationi. nec car nes agni edere. Itẽ. Si panes ppositõis ab his q̃ vxores suas tetigerãt comedi nõ pote rant. Quãto magis panis q̃ de celo descen dit: nõ potest ab his q̃ ꝯiugabilib9 paulo an te hesere cõplexib9 violari atq3 ꝯtingi. Non ꝙ nuptias cõdemnem9. s ꝙ eo tpe q̃ carnes agni mãducaturi sum9: vacare a carnalib9 opib9 debeam9. Hoc capitulũ maxime ad mi nistros eccl'ie ptinere videt̃. quibus nõ lice bat sacra officia celebrare atq3 mysteria te

Hiero. i quo dam s̃mone.

pore ꝯiugalis ampli9. quo etiã pñtia spũs san cti nõ dat̃. Unñ idẽ ait. Cõnubia legitima ca rent quidẽ pctõ. nec tñ tpe illo quo ꝯiugales actus gerunt̃. pñtia spũs sancti dabit̃. etiã3 si ppheta esse videat̃. qui officio generatiõis obsequitur.

Hiero. super Math.

Quibus temporibus non sunt celebran de nuptie. e

Nec soluz in opere

carnali obseruãda sunt tpa. s etiã i celebran dis nuptijs. s̃m illud Nõ oportet a septuage sima vsq3 in octauã pasce ⁊ trib9 hebdomadi bus añ festũ sancti Johis. ⁊ ab aduentu dñi vsq3 post epiphaniã celebrare nuptias. Qđ si factũ fuerit separent̃. Itẽ Nicola9 papa. Nec vxorẽ ducere nec ꝯiugia facere q̃dragesima li tpe cõuenire posse vllo mõ arbitror.

Nicolaus ad consulta bulgaroꝝ

Ista est distinctio. xxxij. hui9 quarti libri. In qua magister postq̃ supius determinauit de bonis matrimonij quibus actus matrimonialis excusatur. Hic determinat de ipso actu s̃m ꝙ accipit rõnem de biti. Et tria facit. Primo eñ ꝑponit quõ vir ⁊ mu lier in soluẽdo ⁊ petẽdo ꝯiugij debitũ par habeãt do miniũ. Secũdo oñdit quõ reddere ꝯiugale debituz nulli9 sit crimis. Tertio subiungit quõ non quolibet die nec vir nec mulier licite põt petere9 Primũ ⁊ se cundũ a principio dis. vsq3 ibi. Et licet debitũ poscẽ ti. Tertium v̾o vsq3 ad finez dis. In speciali senten tia magistri stat in trib9 ppositionib9. quaꝝ prima ẽ hec. In soluẽdo ⁊ reddẽdo carnis debitũ vir ⁊ vx or habẽt par dñium. Hanc mgr̃ insinuãs ꝑponit pri mo ꝙ cũ vir in omnib9 p̃sit mulieri sicut caput corpi in redditiõe tamẽ debiti pares sunt. q2 alter habz al terius corpis potestatẽ. vt alteri poscẽti nõ licet alte ri debitũ denegare. siue poscat causa plis pcreande siue incõtinentie causa. qđ autoritatib9 ꝯfirmat. vbi etiã dicit ꝙ sic habet alter alteri9 corpis potestatẽ ꝙ sicut nec mulier ad aliũ viꝝ. nec vir ad aliã mulierez potestatẽ habet accedẽdi. ita nec ad ꝯtinendũ sui cor poris habet potestatẽ nisi mutuo ꝯsensu. Scđa p positio est hec. Licet nulli9 crimis sit reddere debi tum ꝯiugale. tñ exigere vltra generãdi necessitatẽ est delictũ veniale. fornicari v̾o aut mechari ẽ mortale. Hanc magister insinuãs subdit. ꝙ reddere cõiugale debitũ nulli9 est crimis. exigere v̾o vltra generandi necessitatẽ venialis est culpe. sz fornicari aut mechari puniẽdi est crimis. Postea pbat plurib9 autoritati bus ꝙ ꝯiuges ne fraudent̃ ad inuicẽ carnale debitũ sine ꝯsensu cõmuni tenere nõ pñt. qđ supra supposu erat. Postea querit si vir vxori ꝯsenserat vt ꝯtinenti am deo offerat ⁊ a suo iure eã absoluat. vtrũ possit li centiã datã reuocare. Et rñdet ꝙ in hoc casu si ei cõ senserat vouere ꝯtinentiã ⁊ votũ phiberet hoc iple re. hoc bñ potest. sin aũt post reuocare nõ põt. Ter tia ppositio est hec. Nulli9 in matrimonio licite põt debitũ carnis quolibet die exigere seu poscere. Hãc mgr̃ insinuãs dicit. ꝙ licet debitũ poscẽti sit psoluẽ dum. nõ tamẽ licet quolibet die exigere seu poscere. sicut in dieb9 festiuis siue pcessionis. ⁊ ieiunioꝝ. qđ autoritatib9 ꝯfirmat. Postea oñdit ꝙ beat9 Hiero nymus vult ꝙ reddere debitũ sit qñq3 peccatum. qđ est ꝯtra p̃dicta. Dicit eñ beat9 Hiero. q̃ vxori debitũ

reddit nō potest orōnibus vacare nec sumere carnes agni. i. eucharistiā. Dicit etiā q nō sp est reddēdum debitū vt in dieb' quib' est orationib' vacandū vel eucharistia sumēda. Et rādet q dictū Hieronymi referendū est ad ecclesie ministros quib' nō licet sacra offerre vel ministeria celebrare tpe piugalis amplex'. Ultimo dicit q sicut in carnali cōmixtione sic τ ī celebrandis nuptijs sunt tpe obseruāda. q2 nō quibus cūqz tpibus sunt nuptie celebrāde. Tempa quib' nō sunt nuptie celebrande sunt a septuagesima vsqz ad octauā pasce. τ tribus septimanis añ festū Johānis baptiste. τ ab aduētu dñi vsqz p' epiphaniā. quod si factum fuerit separentur. vt dicit mgr. Et tantum in speciali.

De diuersis cōiugij legibus. a

Di. XXXIII

Querit hic de antiqs patrib' q plures simul legunt habuisse vxores vel pcubinas: vtr peccauerint. Ad qd dicimus p varietate tempor varia inuenit dispensatio pditoris. Ab exordio eñi tpis iter duos tñ adā scz τ euā inchoatū est piugium deo p os ade dicēte. Homo adherebit vxori sue: τ erūt duo in carne vna. τ fm inchoationis modū inter duos tñ p oēm successionez tempor ptraheret piugiū: si pmi homines ī obediētia pstitissent. Post eor vo copulam filij τ filie eor matrimonio piuncti sunt. sed vn' vni tñ. Jdeo aūt fratres sororibus sunt copulati. q2 nō erāt alie mulieres vel viri: q-buo ade filij vel filie iungerent. Prim' oīm lamech duas legit simul habuisse vxores. et hoc in eo arguit. q2 p expletiōe carnalis voluptatis id fecisse phibet. Postea vo cū iam pene oēs hoīes falsis dijs seruirēt. paucis in cultu dei pmanētibus consultū est a deo plures in matrimonio copulare sibi. ne illis paucis deficientib': cultus noticia dei deficeret. Unde abraā viuente vxore ad ancillam intrauit τ ex ea genuit Jacob: etiā liberis τ ancillis se copulauit. Et filie Loth patre ebrio vse sunt. Cū eñi ceteris in idolatria relictis abraā τ filios ei' in peculiarē populū sibi dominus elegisset. rite multar fecunditate mulier. populi dei multiplicatio querebat. q2 ī successione sanguis erat successio religiōis. Unī etiā in lege. maledicta erat sterilis. q nō relinquebat semē sup terrā. Hinc etiā sacerdotib' cōiugia decreta sunt q2 in successione familie: successio est officij. Nō ergo abraam vl' iacob deliquit. q2 preter vxorē filios ex ancilla quesiuit. nec illor exemplo pter piugale debitū. fecunditatē in aliqua licet alicui q rere. cū illor piugia nostror equant virginitati. τ immoderat' vsus cōiugij nostri tpis. turpitudinē fere imitet fornicatiōis illi' tpis.

De hoc Aug'. sic ait. Antiquis iustis nō fuit peccatū q pluribus feminis videbant. nec cōtra naturā hoc faciebāt. cū non lasciuiēdi causa s gignēdi hoc facerēt: nec ptra morem q2 eo tpe ea fiebāt. nec ptra pceptū. q2 nulla lege erat phibitū. Jdē. Obijciunt iacob qtuor vxores qd qñ mos erat: crimen nō erat. Sic patriarche piugib' excipiētibus semen suū miscebant. nō pcupiscētia pficiēde voluptatis. s puidentia ppagāde successionis. sicut apostoli auditorib' suis admirantib' doctrinā suā cōdelectabant. nō auiditate cōsequende laudis. s charitate semināde veritatis. Jdē alibi. Antiquis tpibus cū adhuc salutis nostre mysteriū velaret. iusti officio ppagandi nuptias ptrahebāt. nō victi libidīe s ducti pietate. q multo facilius ptinere possent τ vellēt. Utebant tñ coniugibus. τ plures vni viro hre licebat. quas casti' habebat q nunc vnā qliber istor in quibus videmus qd fm veniā pcedit aplus. Habebāt eñi eas in ope generādi. non ī morbo desiderij. Jtē Amb. Dixit Sara ad abraā. Ecce conclusit me dñs vt nō pariā. Jntra ergo ad ancillam meā τ filiū facias ex ea. τ ita factū est. Considera primū q abraā añ legē moysi τ añ euāgelium fuit. Nō ergo in legē cōmisit abraā. s legē puenit. Nondū eñi interdictū videbatur. Secūdo psidera q nō ardore aliquo vage succēsus libidinis. nō petulātis forme captus decore. ancille ptuberino piugale post habuit thor. s studio querēde posteritatis τ ppagande sobolis. Adhuc post diluuiū raritas erat humani generis. erat etiā religiōis. Deniqz τ loth sancti hanc filie causam qrentes posteritatis habuerūt ne genus deficeret humanū. τ iō publici muneris gra priuatā culpā ptexit. Jtē Aug'. Justus qui cupiat dissolui τ esse cū xpo. tñ sumit alimentū. non cupiditate viuēdi. s officio psulēdi. vt maneat qd necessariū est pter alios. Sic misceri femi sive iure nuptiar officiosum fuit sanctis viris. nō libidinosum. Qd eñi est cib' ad salutem hoīs. h est pcubit' ad salutē hūani generis. τ vtrūqz nō est sine delectatōe carnali. q tñ modificata τ refrenata tpantia: in vsū naturalē redacta libido esse nō pōt. Qd aūt in sustētando vitā illicit' est cib'. h est in qrēda ple fornicari' vel illicitus concubit'. τ quod est in cibo licito immoderatior appetit'. hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

Ambros. — Aug'. (marginalia)

Nō pfert xginitas Johis castitati abrae. b

Q2 vero castitas.

virginalis non pferat in merito coniugali castitati abrae. Aug⁹ ondit inquiēs. Sic nō est impar meritū patiētie in petro q̄ passus ē et in Johē qui passus nō est. sic nō est impar meritū ɔtinētie in Johē q̄ nullas exptus est nuptias. et in abraā qui filios genuit. Nā illi⁹ celibatus. et isti⁹ cōnubiū p tempoꝝ distributionē xp̄o militauerūt. ɔtinentiā Johīs in ope: abraā in solo habebat habitu. Melior ē autē castitas celibū q̄ꝫ nuptiaꝝ. Quaꝝ vnaꝫ abraā habebat in vsu. ambas in habitu. Caste enī ɔiugaliter vixit. Esse aūt castus sine coniugio potuit. sed tunc nō oportuit. Itē hieronym⁹. Quis ignoret sub alta dispensatōe dei oēs retro sanctos eiusdē fuisse meriti: cui⁹ nunc xp̄iani sunt. Quō abraā an placuit in coniugio. sic nūc virgines placent in castitate. Seruiuit ille legi et tpi suo. seruiam⁹ et nos legi et tpi nostro. in quos fines seculorum deuenerūt. Ex his apparet q̄ sancti patres an legē sine peccato plures habuerunt vxores vel ɔcubinas. Eas enī nunc vxores appellat scriptura. nūc ɔcubinas. Rachel tn̄ et lya ambe vxores fuerūt. non ɔcubine.

Ambro. li. de virginib⁹

hiero.

Oppositio. E

Si quis opponat.

q̄ fidē thori non seruabāt illi patres. Dicim⁹ in hoc seruasse fidē thori. q2 nō alijs sed pprijs vxoribus vel ancillis miscebant. Ecce q̄ fuerit ɔsuetudo in hac re an legē. Legis vero tpe interdixit Moyses carnalē copulā fieri cum matre. cū nouerca. cū sorore. cū nepte. cum amita. cū matertera. cū nuru et alijs q̄busdam. Permisit aūt diuortiū fieri dato libello repudij. in quo vir scribebat causas p quib⁹ vxorē repudiabat. Permisit aūt aliaꝫ ducere dato pori libello. qō ppter duriciam cordis eoꝝ pmissum xp̄s dicit. Non vt ɔcederetur discidiū. sed vt tolleret homicidiū. Permisit fieri mala ne fierēt peiora. et h pmittendo non dei iusticiā demonstrauit. sed in peccatore minuit culpam.

Que erat cōsuetudo legalis.

Cui licebat plures habere vel non. D

Sed nunquid sub

lege licebat habere plures vxores? Audi q̄d scriptū est i deuteronomio. Nō habebit vxores plurimas que alliciāt animā ei⁹. Super quē locū ait Aug⁹. Manifestū est salomonē hoc p̄ceptū trāsisse. Dauid aūt plures habuit: nec p̄ceptū p̄terijt. Permissum est enī regi plures habere. nō plurimas que alliciant animā multiplicate. Cū tn̄ addit vt nō eleuetur cor ei⁹: alienigenas phibitū esse videt. Verūtamen multiplicatio vxoꝝ generalit phibita est. Permissum est aūt regi plures habere. sed non multiplicare. Veniente autē plenitudinis tpe quo xp̄i grā vbiq̄ꝫ est dilatata. reducta est lex nuptiaꝝ ad priorē honestioremq̄ꝫ institutionē. vt vn⁹ vni in figura xp̄i et ecclesie ɔiungat. Ne querit electio muneris in successione generis. sed in pfectione vite: et sinceritate sciētie. et virginitas fecunditati pfert. et sacerdotib⁹ ɔtinētia indicit.

De virginitate mētis et carnis. E

Melior est aūt vir-

ginitas mētis q̄ꝫ carnis. Vn̄ Amb. Tolerabilius est mentē virginē q̄ꝫ carnem habere. vtrūq̄ꝫ bonū est si liceat. Si nō liceat. saltem nō casti homini. sed deo simus. Virgo ɔstitui potest. adulterari nō potest. nec lupanaria infamant castitatē. sed castitas etiā loci abolet infamiā. Idem. Nō potest caro an corrumpi. nisi mens an fuerit corrupta. Idē Isidor⁹. Non potest corp⁹ corrūpi nisi p̄us anim⁹ corruptus fuerit. Nā da enī a cōtagione aīa caro nō peccat. In fine hui⁹ capituli aperit quō verū sit. nisi aīa p̄us fuerit corrupta. corpus nō posse corrumpi. s. pctō. Illud etiā Augustini aduertendū est. Sicut inq̄t sancti⁹ est mori fame q̄ꝫ idolaticis vesci. Ita sanctius est defungi sine liberis. q̄ꝫ ex illicito coitu stirpē querere. Vndecūq̄ꝫ vero nascantur hoīes: si parētū vitia nō secrent. et deum recte colāt: honesti et salui erūt. Semen enī ex q̄licūq̄ꝫ hoīe: dei creatura est. et eo male vtenti male erit. nō ipm aliq̄n malum est.

Ambr. in li. de virginibus

Isidorus

Aug⁹. in lib. de bono ɔiugii.

Ista est distinctio. xxxiij. hui⁹ quarti libri. In qua magister postq̄ superi⁹ determinauit de bonis matrimonij. Hic aūt determinat quō hec bona fuerūt in matrimonijs antiquoꝝ patrū. Et tria facit. Primo enī antiquis patrib⁹ fore ɔcessum plures habere vxores declarat. Secūdo ɔtinentiā abrae ɔtinentie Johīs cōparat. Tertio tpe euāgelij virginitatem p̄cellere fecunditatē insinuat. Primum facit vsq̄ꝫ ibi. Nō vero castitas. Secundum vsq̄ꝫ ibi. Melior est aūt virginitas. Tertiū vsq̄ꝫ ad finēꝫ distinctionis. In speciali sn̄ia magistri stat in tribus ppositionib⁹. q̄rū prima est hec. Ex diuina pmissione antiqui patres plures habuerūt vxores nō expletiōe carnalis voluptatis. sed quia successione sanguinis: erat successio religionis et fidelitatis. Hāc magister insinuās querit vtꝝ antiqui patres sine peccato plēs vxores vel ɔcubinas habuerūt. Et r̄ndens p̄mittit q̄ sm̄ diuersitatē tempoꝝ varia fuit dei dispositio. Ān petm̄ inter duos tm̄ fuit coniugiū inchoatū. sm̄ quem inchoationis modū si primi parētes in obediētia pstitissent p tpis successionē inter duos tm̄ fuisset matrimonialis cōtract⁹. Post petm̄ primis parentib⁹ ad

īnnicem ꝯuenientibus ⁊ ꝓlem ꝓcreantibus filij eoꝝ tum ⁊ filie coniuncti sunt. sed vnus tm̄ vni ⁊ frēs sororibus copulati sunt. qꝛ nō erant alie mulieres ⁊ viri quibꝰ filij ade ⁊ filie ꝯiungerent. Lamech aūt primus omniū legit duas vxores habuisse. qḋ in eo reꝑhenditur. ideo qꝛ ꝓ expletiōe carnalis voluptatis hoc fecerit. ꝓcessu xō tꝑis cum iam quasi oēs homines deos colerēt. paucis in cultu dei remanētibꝰ: diuina dispensatione consultū est vt viri possent sibi plures vxores in matrimoniū copulare ne cultus vł noticia dei deficeret illis paucis deficientibus. sicut patet in Abraam ⁊ Jacob. Unde ⁊ ex lege maledicta erat sterilis que non relinquebat semen super terram.

Secunda ꝓpositio est hec. Continentiā quā Johannes habuit actu. hanc Abraā potuit seruare solo habitu. Hanc magister insinuans dicit in commendatione coniugij antiquoꝝ patrū. ꝙ virginalis castitas non ꝑfertur in merito antiquoꝝ patꝝ ꝯiugali castitati. qḋ autoritate Augꝰ. determinat dicētis. Sicut non est impar meritū ꝯtinētie in Johāne qui nullas expertus est nuptias. ⁊ in abraam q̄ filios genuit. Nam illiꝰ celibatus ⁊ istiꝰ cōnubiū ꝓ tꝑis distributione xp̄o militauerūt. sed ꝯtinentiā Johēs in opere: Abraam solo habitu habebat. Postea obijcit ꝙ antiqui patres habentes plures vxores non videntur fecisse fidē thori. Et rn̄dens dicit ꝙ fidē thori seruabant qui ꝓprijs tm̄ vxoribus vel ancillis ⁊ non alijs mulieribꝰ ꝯiungebant. ⁊ sic patet que fuerit añ legē matrimonij ꝯsuetudo. ⁊ ꝙ in matrimonio antiquorū patꝝ fuerūt ꝑdetermiāta matrimonij bona. Postea determinat de matrimonio tꝑe legis dicens. ꝙ tempore moysi fuit matrimoniū determinatū: ⁊ q̄tū ad legitimaꝝ ꝑsonaꝝ determinationē. qꝛ nō licebat copulare carnaliter patri vel sorori vel nouerce vel nepti amite ⁊ materterer quibusdā alijs ꝑsonis. Et etiam q̄tū ad sꝑationē. qꝛ ꝑmisit Moyses dato libello repudij diuortiū fieri ⁊ aliā ducere. in quo quidē libello vir scripsit causas ꝓpter q̄s repudiabat vxorem. qḋ ꝓpter duriciā cordis eoꝝ ꝑmissum est vt maius malū. s. homicidiū tolleret. Postea querit qbus licet sub lege hr̄e plures vxores. ⁊ quibꝰ nō. Et rn̄det ꝙ multiplicatio generaliter est ꝓhibita. ꝑmissū tamē est regi plures hr̄e vxores sꝫ nō multiplicare. i. plurimas hr̄e. qꝛ talis multiplicatio ꝓpter carnales actꝰ mentē eneruat ⁊ allicit. Addit etiā ꝙ adueniēte tꝑe plenitudinis iuxta priorē ⁊ honestiorē institutionem vnꝰ tm̄ vni ꝯiungit in figura christi et ecclesie.

Tertia ꝓpositio est hec. In hoc quidē tꝑe xginitas fecūditati ꝑcellit ⁊ ꝯtinētia sacerdotibꝰ īducitur. Hanc magister insinuās dicit. ꝙ hoc tꝑe virginitas fecūditati ꝑcellit ⁊ ꝯtinētia ipis ꝑsbyteris ꝑcipitur cū tamē in lege fecūditas xginitati ꝑferre ⁊ sacerdotibus cōiugia indicere inducitur. Ultimo dicit ꝙ xginitas mentis melior est ⁊ commendabilior q̄ virginitas carnis. quod autoritatibus confirmat. Et tantum in speciali.

De ꝑsonis legitimis. a

Di. XXXIIII

Nunc superest

attendere que ꝑsone sint legitime ad ꝯtrahendū matrimoniū. Legitime iudicantur ꝑsone ſm statuta patꝝ q̄ diuersa sunt. Alie nāqꝫ fuerūt legitime añ legē. alie sub lege. alie in tꝑe grē. Itē in ꝑmitiua ecclis quedā erāt legitime q̄ modo nō sunt. Eaꝝ xō que mō legitime sūt vel illegitime. quedā sunt plene legitime. q̄dam oīno illegitime. quedā medie. Plene legitime sunt qbꝰ nō obuiat votū ꝯtinētie vł ordo sacer. vel cognatio. vel dispar cultꝰ. vł cōditio. vel nature fragilitas. ⁊ siqḋ est aliḋ. Penitꝰ xō illegitime sunt. ꝑ votū. ꝑ ordinē. ꝑ cognationē. ꝑ disparē cultū. Medij xō sūt nec plene legitimi. nec omino illegitimi. per frigiditatē. ꝑ cōditionē. Si em̄ tales iunguntur ignoranter. cōmanere possunt quibusdam accedentibus causis. ⁊ eisdem deficientibus diuidi.

De frigidis separandis. b

De his em̄ qui cau

sa frigiditatis debitū reddere nō possunt cōsulit Grego: vt ꝑmaneāt. Sꝫ si mulier causatur dicens. volo esse mater ⁊ filios ꝓcreare. decreuit vt vterqꝫ eoꝝ septima manu ꝓpinquoꝝ iuret: ꝙ nunq̄ carnaliter ꝯuenerūt. ⁊ tūc mulier secundas nuptias ꝯtrahat. Uir aūt q̄ frigide nature est: absqꝫ spe ꝯiugij ꝑmaneat. Ait em̄ sic. Interrogastis de his q̄ matrimonio iuncti sunt ⁊ nubere non possunt. si ille aliā vel illa aliū ducere possit. De qbus scriptū est. Uir ⁊ mulier si se coniunxerint. ⁊ post dixerit mulier ḋ viro ꝙ coire non possit cū ea. Si potest ꝓbari qḋ dic̄ ꝑ iustū iudiciū: aliū accipiat. Si xō ille accepit aliā. separentur. Itē. De his reqsisti qui ob causam frigide nature dicūt se nō posse inuicē operā carnis dātes cōmisceri. Iste xō si nō pōt ea vti ꝓ vxore. habeat eā quasi sororē. qḋ si retinaculū cōiugale voluerit rescindere. maneant vtriqꝫ innupti. nā si huic nō potuit naturalit̄ ꝯcordare. quō alteri ꝯueniet. Igit̄ si vir aliā vxorē vult accipe. manifesta pater rō. qꝛ suggerēte dyabolo odij fomitem: exosam eā habuerit. ⁊ iō eam dimittere mēdacij falsitate molit̄. Qꝫ si mulier causat̄ ⁊ dicit. volo eē mater ⁊ filios ꝓcreare. vterqꝫ eoꝝ septima manu ꝓpinquoꝝ tactis sacrosanctis reliquijs iureiurādo dicat. vt nunq̄ ꝑ cōmixtionē carnis cōiuncti: vna caro effecti fuissent. Tunc videt̄ mulierē secūdas posse cōtrahere nuptias. humanū dico ꝓpter infirmitatem carnis eoꝝ. Uir aūt q̄ frigide nature est. maneat sine ꝯiuge. Qꝫ si ⁊ ille aliā ꝯiugē acceperit tūc hi q̄ iurauerāt ꝑiurij crimine rei teneātur ⁊ ꝑnia pacta priora cogant̄ recipe cōnubia. Hoc seruandū est cū vterqꝫ idē fatet̄. Sed vir si asserit se debitū reddidisse vxori. et illa diffitet̄. cui potiꝰ fides habēda sit. merito q̄ritur: De hoc ita statutū est. Si q̄sita accepe

Gregorꝰ

rit vxorē ⁊ habuerit eā aliquo tpe. ⁊ ipa femina dicit q̄ nunq̄ coisset cū ea. ⁊ ille vir dic̄ q̄ sic fecit. In veritate viri cōsistat. quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutū est.

De his qui maleficijs impediti coire non possunt. c

(Hismarius remensis archiepiscopus)

De maleficij autez

impedimēto hoc tenendū decernit. Q si p sortiarias ⁊ maleficas ꝯcubit⁹ nō sequit̄. hortandi sunt quib⁹ illa eueniūt vt spū ꝯtrito ⁊ humiliato deo ⁊ sacerdoti de oīb⁹ peccatis ꝯfessionē faciāt ⁊ lachrymis atq̄ elemosynis orationib⁹ ⁊ ieiunijs dn̄o satisfaciāt. ⁊ p exorcismos ac cetera ecclesiastice discipline munimina ministri eccl̄ie tales sanare ꝓcurent. Q si nō potuerint: separi valebūt. Sz post q̄ alias nuptias expetierint illis viuētibus: quib⁹ post iuncte fuerint. ꝑoribus quos reliquerāt: etiā si possibilitas ꝯcubēdi eis reddita fuerit recōciliari nequibūt. Qd in fine h⁹ capituli ꝯtinet̄ ex rigore magis dictū intelligendū est q̄ ex canonica eq̄tate. Uel intelligendū est nō posse recōciliari ꝑorib⁹: nisi iudicio eccl̄ie quo diuisio facta fuerat.

De furiosis addit. d

Furiosi quoq̄ duz

(Fabian⁹)

in amentia sunt: matrimoniū ꝯtrahere non valent. Un̄ Fabian⁹. Nec furiosus neq̄ furiosa matrimoniū ꝯtrahere possunt. s si contractū fuerit nō separent̄. Itē Nicolaus papa. Hi q̄ matrimoniū sani ꝯtraxerūt ⁊ vni ex duobus vel ambobus amentia vel furor vl̄ aliqua infirmitas accesserit ob hāc infirmitatē taliū ꝯiugia solui nō possunt. Similiter ēt etiam sciendū de his q̄ ab aduersarijs excecantur. vel membris truncant̄ vel a barbaris execti fuerint.

De his qui cum duabus sororibus dormiunt. e

De his etiā qui cuz

(Ex aurelianē sinodo)

duab⁹ sororib⁹ vel cū duob⁹ fratrib⁹ dormiunt videndū est. q̄d censeāt canones. Qui dormierit cū duab⁹ sororib⁹. ⁊ vna ex illis añ fuerit vxor. neutrā ex ipis habeat. nec ipi adulteri vnq̄ in ꝯiugio copulent̄. Itē nec propriae vxori licet sibi reddere debitū. quā sibi reddidit illicitā: sororē ei⁹ cognoscēdo. nec post mortē vxoris licet ei vel adultere copularim cōiugiū. Itē Zacharias papa. Locu-buisti cum sorore vxoris tue. si fecisti. neutrā habeas. ⁊ vxor tua si nō fuerit ꝯscia sceleris ⁊ continere non vult: nubat in dn̄o cui vult. Tu vero ⁊ adultera sine spe coniugij maneatis. ⁊ dum viuitis pn̄iam agite. Qd ait: cui vult nubat. intelligendū est post mortē viri. Un̄ Grego. Qui vxores suas in adulterio deꝑhendūt. nec ille nec illa aliā vxorē accipiat vel aliū virū q̄du ambo viuūt. Si vo adultera mortua fuerit. vir eius si vult nubat. adultera vo nunq̄: ⁊ si mortuus fuerit vir ei⁹ sed omnibus diebus penitentie lamenta ꝑsoluat. Hic de illo adulterio agitur. quod cū cognato viri: vel cum cognata vxoris committitur.

(Zacharias papa)

Non est dimittenda vxor ꝑ aliqua macula seu deformitate corporis. f

Illud etiā sciendū

est q̄ ꝑ aliqua infirmitate vel macula corporali: nō licet viro vxorē dimittere ⁊ econuerso. sed debet alter alteri subsidia prouidere. Un̄ Aug⁹. Si vxorē quis habeat sterilē siue deformē corpe. vel debilē mēbris. vel cecam vel claudam. vel surdā. vel si quid aliud. siue morbis vel laborib⁹ dolorib⁹q̄ ꝯfectā. ⁊ q̄cq̄d excepta fornicatiōe excogitari pōt vehement̄ horribile. ꝑ societate fideq̄ sustineat.

Ista est distinctio. xxxiiij. huius quarti libri. In q̄ magister post q̄ superius determinauit d̄ matrimonio quantū ad eius institutionē. significationem ⁊ q̄tum ad ei⁹ causam efficientē ⁊ finalem. ⁊ q̄tū ad eius bona. Hic determinat de eo quantum ad causā materialem ⁊ q̄tum ad personas contrahentes. Et tria facit. Primo eñ determinat que ꝑsone sūt legitime ad contrahendū matrimonium. Secūdo ostendit q̄ q̄nq̄ matrimoniū ꝓpter frigiditatem maxime ad instantiā vnius sit soluendū. Tertio quomodo furiosi dum sunt in amentia actuali contrahere nequeunt. Primū facit vsq̄ ibi. De his eñ qui causa frigiditatis. Secundū vsq̄ ibi. Furiosi quoq̄. Tertiū vero vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sn̄ia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Quedam persone ad contrahendum matrimonium sunt plene legitime. quedam omnino illegitime. ⁊ quedam in medio constitute. Hāc magister insinuans ꝓponit primo q̄ ad matrimoniū ꝯtrahendum alique ꝑsone fuerūt legitime ante legē. alie sub lege alie tempe gratie. quedā etiam persone in primitiua ecclesia erant legitime quemodo non sunt. Illarum vo quemodo sunt legitime vel illegitime. quedam sunt plene legitime. vt ille quibus aliquod impedimentum non obuiat. quedam vero sunt oīno illegitime. vt ille quibus obuiat ordo sacerdotalis: vel cognatio. vel disparitas cultus. quedā sunt medie: que nec plene legitime nec omnino illegitime. vt ille quibus obuiat frigiditas vel cognatio. tales eñ si ignoranter coniunguntur permanere possunt. ⁊ eisdem deficientib⁹ diuidi pñt. Scd̄a ꝓpositio ē hec

Propter frigiditatē maritus coniugio separat᷑ vir alteri nunq̄ coniungat᷑. Hāc magister ponēs dicit. q illi q̄ causa frigiditatis debitū reddere nō possunt. poſſūt sic ꝑmanere si volūt. Si aūt mulier causet᷑ seu conquerat᷑ dicens q vult esse mater ⁊ filios procreare. decretum est q vterq̄ coniugū septima manu ꝓpinquorū iuret q nunq̄ carnaliter conuenerūt. ⁊ hoc ita fieri dȝ. Primo vir ⁊ mulier iurabūt q nunq̄ carnaliter conuenerūt ⁊ tunc septē de ꝓpinquis qui meli⁹ possunt scire veritatē ꝑ signa ꝓbabilia: iurent q credūt eos verū dixisse. ⁊ tūc mulier secūdas nuptias contrahere pōt. vir aūt qui est frigide nature absq̄ spe coniugij manere dȝ Si em̄ ille aliā vxorē duceret. cogendus esset ille redire ad priorē. Quando aūt impedimentū ex vtraq̄ pte ꝓuenit. vterq̄ debet remanere innuptus. Hic igitur mod⁹ seruandus est qn̄ vterq̄ coniugū idē fatet᷑ sed vir si asserat. mulier aūt diffitet᷑. in hoc ꝯo poti⁹ adhibenda est fides viro. quia caput mulieris ē vir. Qđ mgr̄ confirmat autoritate Postea dicit q si aliquod maleficiū cōcubitus non sequat᷑. illi quib⁹ hoc euenit hortandi sunt. vt de omnibus cōfiteant᷑ commissis. ⁊ satisfaciant de his deo. Ministri ꝯo ecclie ꝑ exorcismos ⁊ ecclesiastica sacramenta tales sanare ꝓcurent. ⁊ si non possunt sanari separari poterunt Postq̄ tn̄ altas nuptias expetierūt viuentibus illis quibus iuncte fuerūt. non poterūt reconciliari prioribus quos reliquerāt. etiā si possibilitas coeūdi eis restituta fuerit nisi iudicio ecclesie: quo diuisio facta fuerat. Tertia ꝓpositio est hec. Furiosi ⁊ amentes totaliter non possunt cōtrahere matrimoniū legalit᷑. Hanc magister insinuans dicit. q furiosi dum sunt ī amentia contrahere nō possunt. qđ autoritatibus confirmat. Postea dicit q ille qui dormit cū sorore vxoris sue neutrā illarū habere debet. Et tam ipse q̄ adultera nunq̄ debent coniugio copulari. Qđ magister multis autoritatib⁹ ꝓbat. Ultimo dicit q n̄ licȝ viro vxorem dimittere nec ecōuerso ꝓpter aliquam infirmitatē corporalē. sed debet alter alteri subsidia ꝓuidere. quod autoritatibus confirmat Ex quibus patet q qui per legitimum matrimonium coniungunt᷑ corpaliter non possunt postmodū separi aliqualiter. Et tn̄ in speciali.

Eodē iure vtit᷑ vir ⁊ mulier. a

XXX V — Hoc etiā notā-

dū ē q cum dn̄s concedat vxorē dimitti causa fornicatiōis viro. eadem licentia nō tollit᷑ feminis. Unde hieronymus. Precepit dn̄s vxorē nō dimitti excepta causa fornicatiōis. ⁊ si dimissa fuerit. manere innuptā. Quicq̄d viris ꝑcipit᷑. hoc consequenter redūdat ad feminas. Nō eni adultera vxor dimittēda est. ⁊ vir mechus tenendus. Itē. Apud nos quod non licet feminis eque nō licet viris. ⁊ eadē seruit⁹ pari cōditione censet᷑. Ex his ostendit᷑ q mulier pōt sup fornicatiōe virū conuenire: vt vir mulierē. Unde Innocenti⁹ papa. Christiana religio adulterium in vtroq̄ sexu pari rōne condemnat. sed viros suos mulieres non facile de adultero accusant. viri aūt liberi⁹ vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerūt. et ideo mulierib⁹ ꝓdito earū crimine negat᷑ cōmunio. virorū aūt latēte cōmisso. non facile quisq̄ ex suspitionib⁹ arcet᷑. q̄ tn̄ submouebitur. si ei⁹ flagitiū detegat᷑.

Hiero. ad mortē fabiole

Innocenti⁹ papa

Qđ fornicariam nequit dimittere vir nisi ipse expers fuerit ⁊ econuerso. b

Si vero querit᷑ an

adulter adulterā possit dimittere cā fornicationis: Dicim⁹ q nec adultera vxor dimitti a viro. nisi ⁊ ipse expers fornicatōis existat ⁊ ecōuerso. Unde Aug. Nihil iniqui⁹ est q̄ causa fornicatiōis dimittere vxorē. si ⁊ ipse conuincit᷑ fornicari. Occurrit eni illud. in quo alterum iudicas: teipm̄ condemnas. Quapropter quisquis fornicatiōis causa vult abijcere vxorem. prior debet esse a fornicatōe purgatus. qđ similiter ⁊ de femia dixerim. Idē. Indignant᷑ mariti si audiāt adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas. cū tāto grauius eos puniri oportuerit: q̄to magis ad eos ptinet ⁊ ꝟtute vincere. ⁊ exēplo regere femias. Ex his apparet q adulter adulteram dimittere nō valet ⁊ ecōuerso.

Aug.

Qđ possunt recōciliari qui separantur causa fornicationis. c

Si quis autē forni-

cationis expers fornicariā dimiserit. alij copulari nō pōt. ꝟ continere oportet vel ad dimissam redire. sic ⁊ de femia. Unde ⁊ apls. His q̄ matrimonio iūcti sunt. ꝑcipio nō ego: ꝟ dn̄s vxorē a viro nō discedere. q si discesserit: maneat īnupta. aut viro suo recōciliet᷑. ⁊ d viro addit. Et vir vxorē nō dimittat. Sȝ Ambro. ait. Jō nō subdit de viro sic de muliere. quia licet viro aliā ducere. Sȝ hō a falsarijs in Ambrosij libro positū credit᷑ Supplendū eni ē ī viro qđ de vxore ꝑmisit. apte dicit Aug⁹. sic. Quare nō addit de muliere qđ ꝑmisit de viro. nisi q similē formā vult intelligi. vt si dimiserit q cā fornicatiōis ꝑmittit᷑. maneat sine vxore. aut recōciliet᷑ vxori. Idē. Si nec nubere illi concedit᷑. viuo viro a q̄ recessit. nec huic alterā ducere viua vxore quā dimisit. multominus fas est. illicita cū q̄buslibet stupra cōmittere. Idē. Utrū facile dimittat᷑ vxor dn̄s solā fornicatōis cām excepit. ceteras ꝯo vniuersas molestias si q̄ extiterint iubet ꝓ fide coniugale ⁊ ꝓ castitate fortit᷑ sustineri. ⁊ mechū dixit. q̄ a viro solutā duxit. Ex his ostendit᷑ q si cā fornicatiōis fit sepatio. nō pt vir vl' mulier ī aliā trāsire copulā. Pōt aūt recōciliari ⁊ cohitare sic p⁹. si dimissū alt᷑ reuocare voluerit.

Ambro.

Aug⁹. super eplam ad corinth.

Que pdictis videntur obuiare. d

Joh. chrys.

Hiero.

Dicit tamen Johã

nes Chryso. Sicut crudelis ꝛ iniquus est q̃ castã dimittit: sic fatuus est ꝛ iniquus q̃ retinet meretricẽ. Patron⁹ enĩ turpitudinis est q̃ celat crimẽ vxoris. Itẽ hiero. Cũ mulier vnã carnẽ in aliã diuiserit. ꝛ se fornicatiõe a marito sepauerit. nõ debet teneri. ne viꝝ q̃ꝫ sub maledicto faciat: dicẽte scriptura. Qui tenet adulterã stult⁹ est ꝛ insipiẽs. Idem ad Amandũ pͤsbyteꝝ scribens de quadã q̃ viro suo viuẽte alij nupserat. sic ait. Rẽ nouam loquor. imo nõ nouã ꝫ veterẽ. q̃ veteris testamenti autoritate ꝯfirmat. Si reliq̃rit secundum viꝝ mulier ꝛ reconciliari voluerit priori. non potest.

Determinatio. e

Sed hec oĩa intelli

genda sunt de illa q̃ ab adulterio redire noluit. nec ꝑ pniam peccatuꝫ delere. Q̃ si vir sciẽter patit: ꝯsentire videt. Si enĩ in adulterio ꝑseuerare elegit. patron⁹ turpitudinis ꝛ lenocinij reus marit⁹ habebit. nisi eã adulterij ream facere voluerit. Si aũt a peccato recesserit ꝛ ꝑ pniam illud purgauerit. poterit viro recõciliari. Vñ Aug⁹. Quid tibi durum videt vt post adulteriũ recõciliet coniunx: si fides assit nõ erit duꝝ. Cur enĩ adhuc deputam⁹ adulteros. quos credim⁹ penitẽtia esse sanatos. Idem. Non erit turpis nec difficilis etiã post patrata ꝛ purgata adulteria recõciliatio ꝯiugij. vbi ꝑ claues regni celorum nõ dubitat fieri remissio peccatorum nõ vt post viri diuortiũ adultera reuocet. ꝫ vt post xpi ꝯsortiũ adultera nõ vocet. Item Grego. Debet recipe peccatricẽ que pniaꝫ egit. ꝫ nõ sepe. Item Hermes. Si vir scierit vxorẽ suã deliquisse ꝛ nõ egerit pniam mulier: ꝫ ꝑmanet in fornicatiõe sua. ꝛ vir viuit cũ illa. vir re⁹ erit ꝛ ꝑticeps peccati eius. Q̃ si mulier dimissa egerit pniam ꝛ voluerit ad virum reuerti. debet recipe peccatricẽ que penitentiã egit. ꝫ non sepe.

Aug⁹. ad polentum

Hermes l. ii. de adulterinis ꝯiugijs

De illis qui se ante polluerunt per adulterium. f

Solet etiam queri

an valeat duci i ꝯiugiũ que ꝑus est polluta ꝑ adulteriũ: De h̃ Leo papa ait. Null⁹ ducat i matrimoniũ quã ꝑus polluit adulterio. Itẽ Relatũ est aurib⁹ sanctoꝝ sacerdotũ quendã alteri⁹ vxorẽ stupro violasse. ꝛ insuꝑ mechẽ iuramentũ dedisse q̃ post legitimi mariti mortẽ si supuiueret duceret eã in vxorem. qđ factũ est. Tale ꝫ cõnubiũ ꝓhibem⁹ ꝛ anathematizam⁹. His alijsq̃ꝫ autoritatibus vetant in cõiugiũ copulari. q̃ se ꝑus adulterio maculauerũt. Sꝫ ecõtra Aug⁹. ostẽdit dicẽs. Deniq̃ꝫ mortuo eo cũ quo fuit veꝝ ꝯiugium fieri potest ꝯiugiũ cũ qua ꝑcessit adulterium. Idẽ. Posse fieri sane licitas nuptias ex ꝑsonis illicite coniunctis. honesto placito subsequente: manifestũ est.

Leo papa

Ex ꝯcilio tiburiensi.

Aug⁹.

Determinatio. g

Sꝫ hec vltima au

toritas de ꝯcubinis loquit. ꝓhibẽs ꝯcubias posse trãsire ad honestũ placitũ nuptiarũ. si castitatẽ ꝛ fidẽ ꝯuare velint. Prima ꝟo autoritas Augustini de illis ait. q̃ de pctõ penitu erũt. ꝛ nihil in mortẽ viri machinati sũt. nec viuẽte viro fidẽ adultere dedit mech⁹. q̃ eã in ꝯiugio duceret si supuiueret. Qui ꝟo hec faciũt. alijs ꝑmissis autoritatibus ꝓhibetur copulari.

Ista est distinctio. xxxv. huius quarti libri. In qua magister postq̃ꝫ superius determinauit de ĩpotentia coeundi que actuꝫ matrimonij ĩpedit. Hic aũt determinat de sepatione thori ꝓpter fornicationem. q̃ similiter matrimoniũ tollit vinculo matrimonij durãte. Et duo facit. Primo enĩ ostẽdit quomodo vterq̃ꝫ ꝯiugiũ põt aliũ dimittere ꝓpter fornicationẽ. qñ ip̃e est a fornicatiõe immunis. Secũdo subiungit quõ null⁹ possit ducere ĩ matrimonio quã polluit in adulterio. Primũ facit vsq̃ꝫ ibi. Solet etiam queri. Scdm vsq̃ꝫ ad finẽ dis. In speciali sñia magistri stat in duabus ꝓpositionib⁹. quaꝝ prima est hec. Et si vir vxorẽ dimiserit causa fornicatiõis. alteri nõ nubat ea viuente in statu huius corruptionis. Hanc magister insinuãs proponit primo q̃ sicut licet viro causa fornicatiõis vxorẽ dimittere. ita eadẽ causa dimittere licet vxori viꝝ. qđ autoritatibus ꝓbat. Postea dicit q̃ illud qđ dictũ est debet intelligi si ille q̃ alteꝝ vel alterã dimittit sibi crimini nõ subiacet. Adultera aũt adulteꝝ dimittere nõ põt causa fornicationis. qđ autoritatibus ꝓbat. Postea dicit q̃ si causa fornicatiõis facta fuerit sepatio. non potest vir vel mulier in aliã copulã ꝯiugalẽ trãsire. possunt aũt recõciliari ꝛ cohabitare simul si pri⁹ dimissam alter reuocare voluerit. qđ autoritatib⁹ ꝓbat. Postea ĩducit plures autoritates q̃ dicũt. q̃ si vir sciat vxorẽ suam deliq̃sse. ꝛ nõ egerit mulier pniam ꝛ ĩ fornicatiõe ꝑmaneat. ꝛ hoc patiat vir cũ ea viuẽs ꝛ cohabitans videt ꝯsentire ꝛ re⁹ ꝛ ꝑticeps esse hui⁹ peccati. et iõ retinere eã nõ dꝫ. Si ꝟo mulier dimissa a pctõ discesserit ꝛ ꝑ pniam illud purgauerit. poterit viro recõciliari. ꝛ vir talẽ dꝫ recipe. sꝫ nõ sepe. Secũda ꝓpositio est hec. Vir nõ põt ducere vxorẽ quã pri⁹ ꝑ adulteriũ polluit. si ip̃o in mortẽ viri machinata fuerit seu si vir dederit fidẽ q̃ eã duceret. si vir nõ supuixerit. Hãc mgr̃ ponẽs ꝓbat autoritate Leonis pape. Obijcit tñ ꝯtra hoc mgr̃ ꝑ autoritates sctõꝝ. q̃s soluit dãs eaꝝ sanã intelligentiã. Et tñ in speciali.

Si ꝑ extrema ꝯditione valeat vxor separi a viro ⁊ econuerso. ʃ a

Di. XXXVI

Hunc de cõdi-

tione videamus an valeat coniugium diuidere? Ad qꝺ dicimꝰ quia nõ negat̃ ingenua posse nubere seruo. sed si nescit̃ esse seruilis cõditionis. libere ꝑt dimitti cũ seruitꝰ eiꝰ fuerit deprehensa. ꝭm illud. Si quis ingenuꝰ homo ancillã alterius vxorẽ accepit. ⁊ estimat qꝺ ingenua sit. si ipsa femina fuerit postea in seruitutẽ deiecta. si eam a seruitute redimere potest faciat. si nõ potest. si voluerit aliã accipiat. Si ꝟo ancillã eam scierat ⁊ collaudauerat. post eam vt legitimã habeat. Itẽ ex eodẽ. Si femina ingenua accepit seruũ. sciens ꝙ seruꝰ esset. habeat eum. qꝛ omẽs vnũ patrẽ habemꝰ in celis. vna lex erit viro ⁊ femine. Cũ dicit̃ sciens illum seruũ. datur intelligi. ꝙ si nescierit illũ seruũ esse non cogit̃ manere cum ipo. Si eĩ conditionis dolũ patit̃. non cogit̃ adherere ei cuꝰ fraude decepta est. Si aũt scierit vir conditionẽ mulieris vel ecõuerso. nõ valet eã dimittere. Vñ Zacharias papa. Si quis liber ancillã in matrimonio accepit. non habet licentiã dimittẽdi eam. si consensu amborum cõiuncti sunt. nisi ob fornicationẽ. De illis agit quibꝰ alterutrius cõditio nota est qñ coniunguntur.

In ꝯcilio apꝺ Vermeriam.

Zacharias papa

De copula serui ⁊ ancille diuersorum dominorum. ʃ b

Queritur etiã si ser-

uus vnius ancillã alterius acceperit: an sit inter eos coniugium? De hoc etiam ita statutum est. Dictum est nobis ꝙ quidã legitima seruoꝝ matrimonia potestatiua quadã ꝑsumptione dirimant. non attendentes illud. quod deus coniunxit homo non separet. vnde nobis visum est vt coniugia seruorum non dirimantur. etiã si diuersos dñ̃os habeant. sed in vno coniugio ꝑmanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandũ est vbi legalis cõiunctio fuit. ⁊ ꝑ voluntatẽ dominoꝝ. Attende finẽ huiꝰ capituli vbi videtur innui ꝑter voluntatẽ dominorũ inter seruũ ⁊ ancillam non posse contrahi cõiugium. vel si contrahit̃ non esse ratũ. Quibusdam tñ videt̃ inter eos posse fieri ꝯiugiũ dominis ignorantibus.

In ꝯcilio cabilonensi.

De viro qui se facit seruum vt diuidat̃ ab vxore. ʃ c

Illud etiam notan-

dum. ꝙ si mulier virum liberũ acceperit. ⁊ ille vt causam prestet discidij se alicuiꝰ seruũ fecerit. nec ille vxorẽ dimittere. nec illa ob vinculum cõiugij in seruitutẽ redigi poterit. Unde illud. Perlatũ est ad sanctã synodũ. ꝙ quidã ingenuꝰ ingenuam acceperit vxorem. ⁊ post filiorum ꝓcreationẽ: occasione diuortij: cuiusdam seruum se fecerit. vtrum ⁊ mulierem necessario tenere debeat. ⁊ si tenuerit: an illa etiam seruituti subijci debeat: quesitum est? Judicatum est vxorem minime debere dimitti. nõ tamen ob christi legẽ mulierem in seruitutem redigi. dum ille nõ ex consensu coniugis se seruum fecerit. quẽ liberum ipsa maritum acceperat.

In tiburiensi concilio.

De etate contrahentium. ʃ d

Hoc etiam sciendũ

est ꝙ pueri ante. xiiij. annos. ⁊ puelle añ. xij. annos ꝭm leges matrimoniũ inire neqũnt. Q̃ si ante predicta tempa copulã inierint. separari possunt. q̃uis voluntate ⁊ assensu parentũ iuncti fuerint. Qui vero in pueritia copulati post annos pubertatis nolũt se relinquere. sed in ꝯiunctione ꝑmanere. iam ex hoc efficiunt̃ coniuges. ⁊ deinceps nequeunt separari. Item. Sponsalia ante septennium ꝯtrahi nõ possunt. solo eñ ꝯsensu contrahuntur. qui interuenire nõ potest nisi ab alterutra ꝑte intelligat̃. qꝺ inter eos agit̃.

Duo illa executi sumus cũ alioꝝ quorundam adiectiõe quibꝰ ꝯiugiũ solui põt. nec tamen solui sp̃ necesse est. Nũc de alijs q̃ ꝑsonas illegitimas penitꝰ faciũt. addendũ est ⁊ ꝑmũ de ordine.

Ista est distinctio. xxxvj. huius quarti libri. In qua magister postq̃ superius determinauit de impedimentis antecedentibus matrimoniũ contrahendum. ⁊ de superuenientibus in contractum. Hic ꝟo determinat de incidentibus in ipso contractu. sicut ẽ error conditionis. Et duo facit. Primo enim determinat de impedimento seruilis conditionis. Secundo de impedimento ex defectu etatis. Primum facit a principio distinctionis vsq̃ ibi. Hoc etiam ẽ sciẽdum. Secundum vero vsq̃ ad finem distinctionis. In speciali sñia magistri stat in duabus propositionibus. quarum prima est hec. Cum persona deꝑssa seruitute contrahens ignoranter eam potest dimittere. ⁊ alteri cõiũgi matrimonialiter. Hanc magister insinuans querit Primo vtrum seruitus coniugiũ diuidere possit. Et rñdet ꝙ libera potest accipe ꝭuũ ⁊ ecõuerso liber ancillã. ſ; si mulier nesciat viri ꝯditionẽ vel ⁊ ecõuerso vir mulieris cũ ꝭuitꝰ fuerit deprehensa potest libere dimittere eã. Si autem scierit

mulieris conditionē vel econuerso nō potest dimitte re. qđ autoritatibus confirmat. Postea querit si ambo. s. vir ⁊ mulier sint seruilis conditionis. vtrū possit inter eos esse coniugiū. Et respondet ex autoritate eiusdē concilij φ sic. dūmodo fiet piunctio ex volūtate dñoꝝ. Quis dicāt alij φ etiā dñis ignorātibus possit inter eos fieri piugiū. Postea dicit φ si mulier accepit viꝝ liberꝝ. ⁊ ille postea se fecerit seruum occasione diuortij. nō ille potest vxorē dimittere. nec illa p matrimonij vinculū potest in seruitutem redigi. dū ille nō ex assensu piugis se seruū fecerit. qđ autoritatibus eiusdē pcilij pbat. Secunda ppositio est hec. Spōsalia nō ptrahunt nisi ab altera pte sciatur quid inter eos in tali facto agat. Hanc quidē ppositionē magister insinuās dicit. φ fm leges pueri ante decimūquartū anni ⁊ puelle añ duodecimū annum non possunt matrimoniū inire. qđ si fecerint ante p̄dicta tempora separi poterunt. Qui autem in pueritia copulant. ⁊ post annos pubertatis nolunt se dimittere: sed in coniunctione pmanere. ex hoc efficiūt coniuges. ⁊ deinceps nequeunt separi. Addit etiam φ sponsalia ante septimum annum contrahi non pñt. Oportet etiam φ ab vtraqꝫ parte intelligatur quid inter eos agatur. Ultimo dicit determinatum esse de duobus impedimentis coniugij quibus solui potest nec tñ solui semp est necesse. Et tñ in speciali d̄ sñia huius distinctionis.

In quo ordine nequeat fieri piugiū. a

DI. XXXVII

Sunt igitur quidam ordines in quib⁹ nullaten⁹ potest ptrahi coniugiū. ⁊ si intercesserit copula: fit diuortiū. vt sacerdotum. dyaconat⁹. ⁊ subdyaconatus. In alijs vero pmittit sortiri coniugiū: nisi religionis habitum sumpserint: vel ptinētie votū fecerint. Unñ Leo papa. Clericos. lectores. ostiarios exorcistas. acolitos. si extra votū ⁊ habitum inuenium nt: ⁊ ptinentiā pfiteri nolūt. vxorē ducere v̄ginē eccl'ia romana pmittit. non viduam vel repudiatā. qz deinceps nec ad s̄bdyaconatū puehi poterūt. nec laic⁹ vxorem sortit⁹ nisi virginē. vel bigam⁹ ad clericatū.

Leo papa

